Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lucas Osiander G. B. S.

D. Lvcae Osiandri Theologi Olim Wvrtembergici Celeberrimi De Stvdiis Verbi Divini Ministrorvm Privatis Recte Institvendis Admonitio

Francofvrti: Lipsiae: Svmptibvs Et Impensis Georg. Marci Knochii, MDCCXXXIII.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0001
DFG

Pr. 227 p. Fad } F. a.
72 p } 5 5 a. 10
Pr. Consp. Fad. 248 p.
76 p. Fad } Jus Can.

1 Kupfer.

F.a – 1027.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn878212515/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0004
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0007
DFG



D. Lucas Osiander
Theologus Wurtenbergensis clarissimus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0008
DFG

D. LVCAE OSIANDRI

THEOLOGI OLIM WVRTEMBERGICI CELEBERRIMI

DE

STVDIIS VERBI DIVINI MINISTRORVM PRIVATIS RECTE INSTITVENDIS

ADMONITIO.

RECENSVIT ADSPERSISQVE

NOTIS LITERARIO-THEOLOGICIS

VSVI PVBLICO

COMMODIOREM REDDIDIT

G. B. S.

ACCEDVNT

ALIA QVAEDAM SIMILIS FERE ARGVMENTI,

PHIL. MELANCHTHONIS ET CASP. CRVCIGERI

NEC NON

INEDITARVM HACTENVS ALIQVOT CL. VIRORVM

EPISTOLARVM DECAS.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE,

SVMPTIBVS ET IMPENSIS GEORG. MARCI KNOCHII.

MDCCXXXIII.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0009

DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

VIRIS

SVMME REVERENDIS, MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS

CHRISTOPHORO HENRICO ZEIBICHIO

SS. THEOL. DOCT. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA VITEMB.
PROFESSORI PVBL. TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITI
ET SACRI SENATVS ASSESSORI

ATQVE

JOHANNI GOTTLOB CARPZOVIO

DOCT. THEOLOGO ET SVMMO SACRORVM APVD
LVBECENSES ANTISTITI

VIRIS

maximorum
de singulis muneribus grauissimis
meritorum
in quibus
studium ueritatis sine ambitu
pietatem sine fuco
eruditionem sine ostentatione
nostra admirantur tempora
futura si qua sunt praedicabunt

ut

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0011
DFG

ut aliquod
animi Ipsis dediti deinctique
monumentum extet
OSIANDRVM hunc suum illustratum
non quod moris sit sed quod amor jubeat
offert
largissimam porro Spiritus S. gratiam
in obeundis muneribus
fortissimum Numinis praesidium
in ferendis mundi odiis
Ejusque
promptissimum semper auxilium
in promouendis uoce scriptisque
rei cum sacrae tum literariae
commodis
donec olim
annis meritisque plenè
posita mortalitatis sarcina
ad capessenda immortalitatis praemia
euehantur
sincera animi religione
precatus

EDITOR.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S.

NOn omnino multa sunt, quae uti in limine quasi constitutus prolixius ediſſeram, Tua, Lector candide, ualde intereſſe uidetur. Cum uero ad emetiendum breuioris etiam narrationis iter face & uiatico opus habeamus, ne ſine omni prorſus commeatu lectioni hujus, quem Tibi offero, libri Te tradas, aliquam tamen praemunitionem, qua occaſionem cauſasque & ſcopum ſcriptionis meae ediſſeram, non prorſus ſuperuacaneam fore praecipio. Annus agitur tertius ſupra trigeſimum, ex quo ex Alma Leucorea redux & ualde juuenis, nondum enim uigeſimum tertium attigeram annum, inexpectato indulgentiſſimi in coelis Patris juſſu ſacro admotus muneri multa adhuc mihi ad partes ejus rite feliciterque obeundas deeſſe deprehendi. Viuis igitur, quibus in ſuperas ſedes receptis aeternum bene ſit! Praeceptoribus ſubductus mutis me tradere coactus ſum. Eam in rem omnes, qui

de instituendis theologicis studiis praeceperunt, quotquot nanciſci poteram, ſtudioſius euoluebam, ut in quibus uel errore juuenili uel aliqua praeter uoluntatem negligentia me peccaſſe intelligerem, priuata diligentia quantocius emendare ac ſupplere poſſem. Enim uero larga ejusmodi ſcriptorum ſeges eſt, & non pauci copioſe de ſtudiorum ſacrorum ratione tradiderunt. Sed ii fere ſunt tantum non omnes, qui ſui temporis formam atque ſeculi illius genium ante oculos habuerunt & ideam quandam perfecti in eo gradu Theologi, ad quem pauciſſimis adſpirare licet, effingere anniſi ſunt. Quamobrem propria experientia edoctus commentationes illas eam praeſtare operam non omnino poſſe, quam ab illis expectaueram, peroptaui ſaepius, ut ſingulis fere annis Recitationes, quas uocare liceat, propaedeumaticas, a Doctore quodam Theologo in Academiis inſtituerentur, quibus ad noſtri aeui guſtum & ad ingeniorum talentorumque diuerſitatem accommodata Theologiam diſcendi methodus, & quae eo ſpectant, accurate diligenterque exponerentur. Quae enim mea ſtupiditas eſt, non aliter, credo, juuenes confirmati haud judicii recens ad mercatum bonarum literarum in academiam aduolant ac emtores bene nummati & ſimplices ad publicas urbis nundinas, qui non, quibus maxime egent, ſed in quas primum incidunt, & quae nitore quodam externo ſe commendant, merces magno & temporis & pecuniae & rei quoque publicae poſtea damno emunt ſecumque domum & in patriam referunt. Neque uero lectionem librorum hujus generis inutilem dixerim. Multa nos de ſtatu eruditionis ſacrae ſuo tempore, & quae Patrum noſtrorum de illa illiusque ſcriptoribus fuerit ſententia, docere poſſunt, uaria ſuppeditare conſilia, cum ad facilius addiſcendam Theologiam tum ad majores profectus in ea faciendos ſaluberrima; nec paucos etiam primum hoc pelagus ingreſſis monſtrare ſcopulos,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0014
DFG

pulos, quibus, nisi studiose euitare discant, facile impingere & in ipso adhuc littore naufragium facere possunt. Incidi, cum in talia inquirerem, in collectionem uariorum dediscendi tractandique literas opusculorum Viri clar. Th. Creenii, cujus industria quantopere mihi tum placuerit facile existimari licebit (*). Ille uero, quod tamen etiam non improbabam, humaniorum politiorumque literarum studiosis potissimum, conquisitis doctissimorum hominum de illis dissertationibus, inseruire uoluit. Similem mox praecipiti fortassis juuenilis affectus aestu & praeoccupato judicio Theologiae cultoribus operam, adhibito selectu, plures enim haud merentur, nauare animo mecum constituebam, atque cum elapsis aliquot annis celeberrimum magnumque nostro tempore Daniae Theologum B. Seuer. Lintrupium hujusmodi laborem moliri intelligerem (**), dextra saliente mamilla gaudebam. Quae tamen spes una cum pluribus aliis, quae diligentia tanti uiri sperare jusserat, beato ejusdem obitu decollauit. Etsi uero ab illo tempore in uoluendo hoc saxo remissius laborauerim & lubentissime ornandam hanc ipsi spartam reliquerim: Ea tamen, quae subinde in lectione quotidiana occurrebant eo spectare uisa, uel tribus saltem uerbis margini allinere solitus sum, ex quibus tandem, me fere haud animaduertente, cumulus uariarum observationum accreuit, ut plurimos simili modo enarratos, quo nunc B. Osiandri tractatum sisto, facile exhibere possem.

Equidem, si rem accuratius expendere libeat opusculum hoc Theologi meritorum, quae in coetum puriorem & rem literariam extant plurima, honore summi in classem illam non satis apte referri uidetur, utpote, quo uiam non instituendi,

 sed

(*) Primum uolumen *Roter. 1692.* alterum *Lugd. Bat. 1696.* & tertium *ibid. 1699. in 4to* diuersis sub titulis prodierunt.

(**) B. J. F. Buddeus ualde illud laudat in *Isagoge historico-theolog. in uniuersam theologiam L. I. c. 1. p. 10.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0015
DFG

ſed continuandi potius ſtudia theologica praeire, non ſtudioſum Theologiae inſtruere, ſed V. D. Miniſtrum commonefacere uoluit. Haec uero ipſa inprimis ratio me impulit, ut illud e reliquis ſeligerem & in lucem retrahendum eſſe arbitrarer. Neceſſaria, niſi totus fallor, mihi noſtro aeuo uidetur talis admonitio, quo plures utcunque peractis aliquot in academia annis ſacrum ingreſſi munus literarum ſacrarum ſtudia neglectim habent, & non niſi Poſtillis, quas uocant, inhiant atque corraſis utcunque calamo exceptis quibusdam praeceptorum lectionibus contenti de amplificanda, cujus ſaepe uix prima addidicere fundamenta, rei ſacrae ſcientia jugi meditatione & lectione plane non cogitant. *Quid in his deinde*, ut Quintiliani uerbis utar, *deprehendes praeter fictam frontem & perpetuum otium & quandam ex arrogantia autoritatem?* Addo libellum hunc ſubacti judicii uim ſingularemque uiri exercitatiſſimi prudentiam ſpirare, & uaria, etſi conciſa breuitate, monita ſuppeditare, quae ad majores quotidie profectus faciendos atque muneris ſacri partes expeditius obeundas V. D. Miniſtrum inſtruere poſſunt. Juſtum ei quoque pretium conſtituerunt uiri harum rerum intelligentiſſimi, qui uel ſummam ejus curate recenſuerunt, uel ſedulo legendum ſuis commendarunt (*). Accedit, quod ſemel iterumque repetitis typis excuſus quidem ſit, nihiloſecius tamen rarius, ut ſolent breuiora ſchediaſmata ſe facile oculis eruditorum ſubducere, haberi queat, adeo ut nonnullis, quos haec talia noſſe par erat, ne uiſum quidem fuiſſe obſeruauerim

(*) Factum illud prolixe & non ſine honorifica ejus commemoratione a THEOD BERCKELMANNO, SS. Theol. D. & Prof. Helmſtad., *in Iſagoge de ſtudio theolog. Helmſt. 1629. in 8uo ed. diſſ. IV. p. 78. ſeqq.* nec non in Diario: *Fortgeſetzte Sammlungen von alten und neuen theologiſchen Sachen A. 1726. IV. Beytrag n. VIII. p. 560. ſeqq.* Hoc uero uide ſis ap. J. A. QVENSTEDIVM *in ethica paſtor. append. c. I. aaa. IV.* & AVG. HERM. FRANCKIVM *in monit. paſtor. praef. p. 218. ed. in 8uo*, Ideae Studioſi Theologiae additis.

rim (*). At uero delicatioribus quibusdam seculi nostri Aristarchis ad palatum non erit, quod humanitatis etiam studiis sacerdotem aliquid temporis dare jubeat & profanos non exiguo numero scriptores ipsi legendos proponat. Quod quidem adeo non uitio ipsi uertendum esse existimem, ut potius omnium incorrupte arbitrantium calculo approbatum & collaudatum iri confidam, qui quantum decus quantamque utilitatem Theologo elegantiores literae adferant, intelligunt. Quicquid autem ejus sit, ipse B. Vir, qua erat modestia, nemini sua obtrudere uoluit, in ipso opusculi fronte confessus: *Se praeceptum non habere, consilium autem dare*, quod pro lubitu quilibet uel sequi uel rejicere possit. Haec denique ejus mens fuit, hic scopus, ut uerbi diuini ministros excitet, ne ad stiuam se damnatos putent, sed donum, quod in se est, ἀναζωπυρεῖν atque arae & non foco seruire contendant. Nec dubitem, qui pro ratione sortis & temporis consilio huic auscultauerit fore, ut suo olim exemplo (alterum inter Criticos dixeris Scioppium) Tanaqu. Fabrum in ruborem daturus sit, qui bonam mentem & acrem attentamque lectionem in plerisque Theologis hodie desiderari censet (**).

(*) Patet hoc uel ex eo, quod inter ipsos methodorum studii theol. scriptores referant affecto plane alieno ipsi titulo u. g. J. Christoph. Dornius *in bibliotheca theologica critica P. I. L. II. c. III. §. IV. p. 235.* Christ. Matth. Pfaffius *in introduct. in hist. theol. literar. P. I. p. 45.* Mart. Lipenius *in bibliothec. theolog. p. 791.* Frid. Andr. Hallbaver. *in dissertatione de scriptoribus method. theol.* Libello similis argumenti Desid. Erasmi recuso praefixa *A. 1724. §. X. p. 8.* Vt taceam plerosque uitae B. Osiandri scriptores nullam ejus plane mentionem facere. Editiones tres me uidisse recordor, *Tubingensem 1591. in 8uo. Vitebergensem A. 1596. 8uo*, quae a priori nihil differt, nisi quod typis chartaque illa praestet & tertiam: M. Joh. Praetorii *rationi formandorum studior.* addita est *Vitemb. 1609. in 12mo.*

(**) Tanaqv. Faber *in epistol. n. LXXII. p. 347.* Non immerito autem supercilioſam Criticorum uanitatem reprimit Lvdov. Molinaevs apud Wit-

Tandem ut de meo in libellum hunc edendum illustrandumque studio non prorsus nihil dicam: Erit forsitan, quem mirari subeat, in alieno me fundo serere, cum proprius haud delit. Nec me fugit ex hoc commentandi genere parum gloriae in auctores redundare, ut jam olim M. Ant. Sabellicus conquestus sit: *Talem haud laborem plus gratiae apud eos, quibus inprimis consultum uideri potest, sibi comparare, quam contemtus apud alios & ludibrii: Velut nullum sit scriptorum genus sordidius, otiosius, ineptius hoc uno, cujus infelix sterileque ingenium, quia per se nihil praestare possit, obstetricis uicem parientibus praestet, exhibeatque se eorum ministrum, quae merito aliis referantur accepta, quod ipsum propemodum seruile sit, aut certe non multum ab eo diuersum* (*). Peruelim autem existimes, optime Lector, me prorsus non aucupandae uanae cujusdam gloriolae ergo hoc, quicquid est, operae, suscepisse, qui nihil aliud quaero, quam ut libellus lectu dignissimus, qui in situ & squalore jacuit, in plurium iterum manus perueniat, & qui sacris in publico coetu operantur, maxime languida inter illos & in somnum alias abitura ingenia a desultoria & uaga lectione, uera superficiariae eruditionis matre, ad solidiora, si fieri possit, studia, majoremque in illis diligentiam reuocentur. Ac primum atque, ut mens mea intelligi queat, non ea in sententia uelim quemquam esse me omnia approbare & ad perficiendum quibuslibet commendare, quae Autor noster hic pro-

---

WITTENIVM *in memoriis philosoph. p. 232.* ubi Criticos Theologis, quod ex fonte ipsorum haud biberint, infestos esse prolixius ostendit. Ipse etiam TANAQVILLVS profanae mentis homo audacissimusque Criticus nimia sua censendi libertate id consecutus est, ut contumeliosissimis post mortem epigrammatibus magni in Gallia uiri in eum luderent, ex quibus unum hic repetere sufficiat:

Tanaquill etoit un grand fou
De me priser tant l' ignorence
Il fit son Dieu de sa science
Et ce fut le Bourreau qui lui tordit le cou.

(*) SABELLICVS *in praefat. ad paraphrasin Sueton.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0018
DFG

propoſuit. Multo minus ad omnium uerborum aut apicum ejus rationem reddendam me adſtringi patiar, quin potius, ſi duriora quaedam ipſi exciderint, mihi ne imputentur, ſerio proteſtor ac deprecor. Illuſtraui multa ex hiſtoriae literariae fontibus, quae ſolo ab auctore nomine indicato, obſcuriora uideri poterant; allatis & rationibus & uerbis magnorum uirorum non pauca ab eo recte dicta confirmaui: ſubinde quaedam etiam aliquando tectius, ſaepe apertius notaui, in quibus ejus ſententiam deſerendam eſſe putabam. Cum noſtro tempore alia plane rerum etiam in republica literaria facies ſit, ſufficere mihi ratus ſum, ſi multis in locis auctoris conſilia ſuo tempore, nec prorſus abſurda nec inconſulta fuiſſe demonſtrarem, etſi noſtris non omnino moribus reſpondeant. Haud me fugit celeberrimum noſtra aetate Criticum Petr. Burmannum magno in eos ſtomacho inuehi, qui prolixiores in libellos breuiores notas ſcribunt (*). Spero tamen me excuſatius hoc feciſſe, quod quicquid ita peccauerim, Lectoris cauſa peccaſſe confitear. Quae ante plures, quod dixi, annos collegeram, quaſi aliud agendo facile in ordinem hunc redegi. Ab illo etiam tempore, quo in manibus bibliopolae haeſit MSCtum, augeri multum & alicubi emendari etiam potuiſſent (**). Aſt non opus eſt omnia cum puluiſculo congerere, ubi nauſeam legentium excitatum iri jam metus eſt. Haud ita pridem parca mihi nimis manus in hoc ſcribendi genere taxabatur, nunc fortaſſis exprobrabitur abundantia, quam uero exemplo Conſtant. Schüzii & D. Dauid. Vogelii uel defendere uel excuſare potero (***). Cum uero cuſtos pauperis

(*) P. Burmannus *in praefat. ſylloges epiſtolar. uir. illuſtr.*

(**) e. g. non ſine teſte Gebhardum Strigoriae exulem obiiſſe ſcripſi *in appendic. p. 49* quem in patria urbe Diaconum A. 1607. defunctum eſſe me Joh. Brachmannus docuit in *Circenſibus ſcholae Gouranae panegyribus p. 1.* & de Dan. Bucretio ejusque filiorum fatis multa addi poſſent lectu digna ad *p. 37 append.* ex Christoph. Coleri *orat. nuptiali in nuptias C. B. Alberti & Marth. Richteriae Vrat. 1651. edita.*

(***) Chytraei ille orationem *de ſtudio theol. Lipſ. 1701.* Rivii hic libellum de

ris horti rariora & singularia exhibere nequeam, mei similibus me scripsisse liceat, quibus etiam haec non satis cognita nec fortasse prorsus inutilia uidebuntur. Oblectandi denique aliorum etiam animi gratia apendicem addidi, cujus argumentum ab ipso opere non prorsus alienum uidetur, & quidem Auctoris meaque etiam uerba uel explanare uel confirmare poterit. In promtu fuisset pro decade myriadem epistolarum, si hic locus esset, dare, sed hanc etiam explorando lectorum gustui sufficere posse autumo. Non promitto plures uel libellos uel epistolas tales, quod uitae summa breuis, uergente ad senium aetate, haud finat spes ordinare longas. Erunt, quod non dissimulo, quaedam, quorum rationem haud uidere poterit, qui locum & tempus, in quibus uiuimus & ciuibus meis me scripsisse non aduertet, cujus uero rei causas me domi habere, qui pituita non laborat, facile odorare potest. Quod commodum in mentem adhuc uenit recordari. Quod si praeterea alicui displiceat, me Poëtas saepe recentiores nec adeo magni nominis excitasse, ille lacinias has affectae olim dissertationis de utilitate Poëtarum in Histor. Liter. esse sciat, quae integra una cum aliis diuersi argumenti operi curarum juuenilium ac taedia senectutis mitiganda & priuatam non omnino pessime transactae juuentutis recordationem abs me inserta est.

Vnum precari restat, ut lapsus meos & Typographi in nominibus inprimis propriis errores mitiorem in partem interpreteris, neque me culpam indicum praestare aliquis cogat, quem sine obstetrice cauta ac diligenti foetum hunc edere oportuit. Quod si celeb. Dn. D. Hofmanno hoc attendere libuisset, prolixa de suspicionibus nimiis & injustis querela opus haud esset. Sed nolo disceptationis ferram in re non magni momenti ulterius reciprocare. Tuo me, quaeso Lector, quisquis sis, precum sacrificio digneris, qui meas candida mente manuque Tibi offero. Vale.

de officio ministr. in pagis Regiom. 1726. in 4. commentario satis prolixo illustratum foras dederunt.

CAP. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0020
DFG

REVERENDIS VIRIS,
PIETATE ET ERVDITIONE PRAESTANTIBVS,

DOMINIS

PASTORIBVS

ET

DIACONIS

IN DVCATV WIRTEMBERGICO,

FRATRIBVS SVIS

IN CHRISTO CHARISSIMIS,

LVCAS OSIANDER, D.

SALVTEM IN DOMINO

PRECATVR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0021
DFG

MVLTI BONI ET PII VIRI (singulari Dei beneficio) praeclaris ingeniis praediti, & egregie liberalibus artibus exculti, qui in studio Theologico magnos Tubingae fecere progressus*, passim in hoc cele-

---

Magnos Tubingae fecere Progressus. Laus haec Almae inclutaeque huic Scholae propria fere ac perpetua ab ipsis restauratae purioris doctrinae initiis fuit, quod munditiem doctrinae coelestis curae cordique haberet & imbuti orthodoxa religione iuuenes ex ea, tanquam Trojano ex equo, magno saepe numero prodirent, & castae solidaeque ueritatis studio postea gregem sibi commissum fideliter pascerent, atque ab omni labe illibatum praestare conarentur. Vtinam hodie laudatissima haec Patrum uestigia accuratius legerent, qui piis doctisque hominibus irenicis suis consiliis justam conquerendi causam hactenus dederunt. Quae in rem sacram & literariam Doctorum Tubingensium merita extent longe amplissima, aliquo modo uideri potest in M. Erh. Cellii *Imaginibus Professor. Tubing. Tub. 1596. in forma media ed.* & in J. W. Pregizeri *Suevia & Wirtenbergia S. Tub. 1717. eadem forma ed.* ubi *p. 369.* Bibliotheca Wirtembergico-Sueuica studiose satis collecta ab illius filio Georg. Cvnr. Pregizero sistitur. Plura uero & limatiora nos expectare jubet illustris J. Jac. Moseri diligentia, qui ad Professorum Tubingensium uitas & merita accuratius exponendas animum appulit, datoque Tubing. 1718. in lucem specimine sitim in integri Operis Lectorum animis ualde excitauit. Dypticha quasi V. D. M. Wurtembergensium dedit M. Joh. Ferber *Tub. 1723. in 8. Das alte und neue geistl.* Ministerium *in dem gantzen Hertzogthum Würtenberg.* Sed sterilis nimis labor est, non nisi nuda

celebri Vuirtembergico Ducatu Ecclesiis sunt praefecti: quos etiam magno cum fructu Ecclesias sibi commissas docere, & in uera pietate fideliter instituere compertum habeo. Ita tamen comparatum est in rebus humanis, CHARISSIMI FRATRES, ut ingenii bona & diuinitus concessa dona exercitio quotidiano magis magisque splendeant, atque augeantur: quemadmodum contra, si exercitium absit, tanquam ferrum in aëre humido rubiginem contrahunt, & torpent. Qua de causa Paulus ad Timotheum scribit: Noli negligere gratiam*, quae in te est, 1. Tim. IV, 14.

---

nuda recitare nomina & lectoribus perquam taedioſus. Quodſi plurimorum ſaltem aliquam notitiam addidiſſet, operae pretium fuiſſe exiſtimaremus.

* *Noli negligere Gratiam.* "Ne "per negligentiam & deſidiam, "quae HILARII uerba ſunt in *Pſalm. "CXVIII. p. 473*, indigni praedi- "catione uerbi Chriſti ſimus." Ceterum egregie locum hunc oppido memorabilem contra Sociniano-rum detorſionem uindicat Summus Noſtratium Theologus B. J. GERHARDVS *in Loc. Theol. Tom. VII. §. 62. p. m. 93. ſq.* & contra Romano-Cathol. *ibid.* § *144. p. 243. ſqq.* Etſi uero cum impoſitione manuum ſub initium Chriſtianae religionis plantandae dona plane ſingularia ſaepe conferrentur; Timotheum tamen ea habuiſſe non ſatis conſtat, adeoque hic ordinaria potius intelligenda eſſe credo, larga manu diuinoque munere Timotheo tributa. conf. B. MICH. WALTHERI *Harmonia Bibl p. 1224.* Egregia plane ſunt & digna, quae hic leguntur, NATALIS ALEXANDRI, Theologi ex ordine S. Dominici in Gallia celeberrimi, uerba: "Gratia negligitur a Paſtore, qui pro- "pter Dei gloriam, propter Eccle- "ſiae utilitatem, propter anima- "rum ſalutem indefeſſo Zelo non" laborat. Si miniſtro a Deo ele- "cto, qualis erat Timotheus, ti- "mendum eſt ne gratiam negli- "gat, quae in ipſo eſt; quanto ma- "gis illis timendum, qui ſuam ad" Paſtorale munus promotionem" ambitioni ſuae uel cupiditati, pa- "rentum petitionibus, hominum" fauori, non diuinae uocationi"

est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. Etsi enim Paulus eo loco de admirandis donis Spiritus sancti praecipue loquitur, quae per manuum impositionem in primitiua Ecclesia conferebantur: tamen simul etiam ostendit, Spiritus sancti dona per negligentiam minui; si tamen non omnino amittantur. Quare recte faciunt, qui praeter ordinarios labores, quos Concionibus conscribendis & habendis impendunt, etiam certas horas priuatis studiis Theologicis, & liberalibus artibus repetendis atque eruditorum uirorum scriptis, praesertim, quae a Theologiae studio non sunt prorsus aliena, tribuunt. Ea enim pia diligentia non modo haud uulgarem eruditionem sibi comparant: ut praecipuis Ecclesiis progressu temporis cum laude & utilitate recte praefici possint: uerum etiam uocationis ordinarii labores, qui in docenda Ecclesia suscipiuntur, admodum fiunt leues & bene tolerabiles: ita ut talis exercitatus Theologus intra horae unius aut alterius spacium praestare possit, quod alius uix duobus diebus magno labore consequitur. Vt enim non difficile est patrifamilias conuiuium, etiam lautum, instruere: si omnis generis uictualia in magna copia ad manum habeat: ita Theologus, qui multa lectione copiosam docendi materiam collegit, magno cum fructu, & paruo negocio, multas salutares doctrinas, sacris literis aptissime & solide confirmatas, neruose Ecclesiae sibi commissae, tanquam lautissimas epulas, apponet. Hoc uoluit Christus, cum diceret: Omnis scriba doctus in regno coelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera.

Matth. XIII.

Pluri-

"debent. *in Comment. literali & morali in Epp. Paulinas Paris, 1710. in* forma primae magnitudinis ed. b. l. p. 20.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0024
DFG

Plurimum autem refert, FRATRES CHARISSIMI, quo ordine priuata ſtudia * inſtituantur. Qui enim

---

* *Quo ordine priuata Studia.* Aureum hoc eſt B. Viri monitum, quod tamen hoc aeuo plane negligitur, ubi plurimos Studia ſua ſine delectu, ſine ordine, imprimis V. D. Miniſtros etiam, tractare quotidie uideas. Per omne Scriptorum genus nullo habito diſcrimine nulloque adhibito judicio, prout in quemque incidunt, uagantur: deſultoria leuitate uix 2. a 3. pagellis forte praefationis perlectis unum deſerunt ad alium properantes, neutrum uero a capite ad calcem perlegunt, ac in ſuccum ſanguinemque conuertunt. Tempus, quod a publicis ſacri muneris operis reliqui ipſis eſt, ſiquidem literas amare uidentur, legendo commentandoque absque conſilio & circumſpectione fallunt, & quandoque etiam perdunt. Reuera enim nusquam eſt, qui faſtidioſa lectione ſic ubique eſt, & bonas horas non optime collocat, qui intempeſtiua & confuſa diligentia non ſingula accurate perpendit, & horis ſuis locoque conuenienter peragenda diſtribuit. „Etenim quicquid praecipiti uia „certum deſerit ordinem, laetos non habet exitus.“ Multa igitur de ordine ſeruando & tempore ſtudiis impendendo recte laudabiliterque praeceperunt, qui rationem bonas literas tractandi praeſcripſerunt, quae noſtri ordinis homines ſibi quoque dicta exiſtiment. Adferam pauca uerba ex notiſſimi STEPHAN. PRAETORII *Antiſtitis Heliopolit.* quem Cl. CRENIVM, etſi bis editum, neglexiſſe in 3. Vol. Collectionis ſuae Scriptorum de Methodo ſtudendi miror, libello: ratio formandorum ſtudiorum, qualem ſibi adoleſcentes Academias adituri, uel qui recens etiam acceſſerunt, aliquando praeſcribi poſtulant ed. Vitemb. 1609. ubi ſtatim in praef. ad Lect. “Licet“ alicui adſint muti ac uocales Ma-“ giſtri, nec deſit ingenium, deeſt“ autem certa ſtudiorum inſtituen-“ dorum ratio: is ſe quidem homo“ mouet, ut apud TERENTIVM di-“ citur, uerum nihil promouet: &“ ſi aliquando ad metam ipſi perue-“ nire contingit, certe id fieri tar-“ de neceſſe eſt. Sunt haec, quae“ dico, tam manifeſta, ut nulla de-“ monſtratione egeant. Adeo u-“ tique hic etiam attendi debet,

nim bono delectu certos labores certis & commodis horis deputauerit: is & minore moleſtia literis incumbet, & una accommodata hora plus profecerit, quam aliis incommodioribus duabus aut tribus efficere queat. Quare, ut in Academiis lectiones certis temporibus ſunt deſtinatae: ita magno cum fructu Eccleſiae Miniſter horas (quoad ejus fieri poteſt) ſtudiis ſuis apte diuidet.

Hac in re meum Vobis, CHARISSIMI FRATRES, conſilium fidele in hoc ſcripto impertiar: non quod prae aliis adeo ſapere mihi uidear: quippe qui meae tenuitatis mihi probe ſum conſcius: ſed quod Veſtra ſtudia iuuare & promouere, pro uirili, cupio. Neque quenquam ad hunc ordinem, a me conſignatum, alligatum uolo: uariae enim perſonarum, locorum, uocationum & laborum circumſtantiae interdum ordinem hunc mutabunt. Currentibus autem calcar addere, remiſſiores uero ad alacritatem excitare uolui. Qui tamen certo ordine (ſiue hoc meo, ſiue alio meliore) ſtudia ſua continuauerint, non dubitent, majores uno anno, quam ſine ordine, toto biennio aut triennio, progreſſus facturos, & rem praeſtantiſſimam, TEMPVS, optime collocaturos, & magnam inde utilitatem & uoluptatem capturos eſſe. Cogitemus, FRATRES CHARISSIMI, rem magnam eſſe, Eccleſiam Chriſti paſcere & regere, & nos aliquando ante tribunal ſupremo paſtori, Domino noſtro Jeſu

---

"quod XENOPHON olim *in Oeco-*
"*nom.* effatus eſt: ἀδὲν ἕτως, ἅτε
"ἄχρηστον, ἅτε καλὸν ἀνθρώπα ὡς
"ἡ ταξις. nihil tam pulchrum, ni-
"hil utile in rebus humanis quam ordo eſt." Adde, ſi lubet, elegantiſſimam BON. ANCVSACI *Orationem de ordine ſtudiorum, inter orat. ipſius Bonon. 1564. in 4ta ed. p. 165. ſqq.*

Jesu Christo, de officio nobis commisso, rationem reddituros. Quod ut cum gaudio faciamus, & immarcessibilem gloriae coronam a Principe pastorum Jesu Christo accipiamus, faxit Deus trinus & unus, Amen. Scriptum Stutgardiae, anno Christi 1591. in festo S. Bartholomaei; quo die ante annos triginta sex *, primam Con-

---

*Quo die ante annos 36. In ipsa urbe Goeppingensi summum uirum sacro primum muneri admotum refert JOH. MAGIRVS in homilia die ejus exequiarum habita & Tub. 1604 excusa, quae non pauca memorabilia habet ab aliis neglecta. Ipsa ejus uerba dabo, quod ad horum uerborum illustrationem facere uideantur: *Er hat durch GOttes gnädige Anschickung* A. Chr. Seruatoris *1555. im 21. Jahr seines Alters den Lauff seines Predig-Ambts angefangen bey der Kirchen zu Göppingen, dahin Er durch ordentlichen Beruff aufs* Diaconat *uerordnet, und des fürtrefflichen* Theologi D. JAC. ANDREAE *seeliger Gedächtniss, damalen Pfarrers daselbsten,* Collega *worden, der ihn umb seiner Gaben willen, die sich schon dazumahl an ihm spüren lassen, hertzlich geliebt, bey dem Er auch wohl etwas profitiret, welches ihm hernach zu mehrern und höhern Kirchen-Diensten an unterschiedenen fürnehmen Orten dieses hochlöbl. Hertzogthums sonders beförderlich gewesen. Lit. D.* Ex ipso hoc Sermone funebri errores D. J. FECHTII & ERDM. VHSEI corrigi, Lexici uero MENCKENIANI dubia decidi possunt. Recte scilicet KOENIGIVM *in Bibl. V. & N p 595.* WITTENIVMque *in Diar. Biogr. Tom. I.* diem annumque ejus emortualem indicare d. XVII. Sept. Anni M DC IV. & quidem rude donati Stutgardiae: *Wohlgedachter Rath zu Eßlingen,* ait MAGIRVS, *hat ihn nicht allein mit einem stattlichen* Honorario *uerehret, sondern auch sambt allem seinem Hausrath mit ihrer eigenen Fuhr allher* (Stutgardiam) *in sein eigen Haus-Wesen führen lassen, da inner wenig Tagen hernach* Apoplexia *ihn getroffen &c. Lit. D. IIII.* non uero Tubingae, quod Lexici Literat. Auctor dubitanter asserit *Tom II. p. 384.* qui falso etiam WITTENII *Memorias Theolog. renouatas* allegat, in quibus hujus OSIANDRI nihil com-

Concionem coram Ecclesia Christi habui in pago *Klein Eislingen*, praefecturae Göppingensis.

VESTER IN DOMINO

FRATER

LVCAS OSIANDER, D.

Ecclesiastes in aula Vuirtembergica.

CAP. I.

---

comparet. Verum Dn. JOH. FECHTIVS *in Apparatu ad Epistolas* MARBACHIANAS *n. 34. p. 126.* & qui eum sequitur Cl. ERDM. VHSEN *im Leben der Kirchen-Lehrer P. I. p 320.* perperam annum quoque natalem MDXXXI. adsignant. Accuratius igitur PAVL. FREHERVS *in Theatro Clar. Viror. P. I. Sect. III. p. 331.* Annum ejusdem Seculi XXXIVtum indicat, quod MAGIRVS *in homilia fun.* his uerbis confirmat, ut, quae supra recitauimus, non repetamus: *Dis seynd die Schrancken und der Bezirck, so ihm GOTT in seinem Leben und* Ministerio *assignirt und zugetheilt, darinnen Er lange und bis ins 70. Jahr seines Alters, welches Er im nechstkünfftigen* Decembri *würde complirt haben, und über das 48. Jahr seines Predig-Ambts mit grossem Ernst und Eyffer geloffen &c. Lit. D. I.* Si enim calculum ducamus ab anno emortuali 1604. hos 70. subtrahendo, Annum 1534. emergere patet. Obiter addo nostrum hunc cum juniore homonymo confundi a FREHERO, qui nostro censuram LL. ARND. *de V. C.* etiam adscribit, quam tulisse juniorem in uulgus notum est: atque alia etiam ratione a WITTENO *l. c. Diar. Biogr.* & celeberrimo JAC. LE LONG *in Biblioth. S. T. II p. 888.* conf. qui plura hujusmodi παραδείγματα obseruarunt: RVMETSCH. *de uniuersa Theol. Euang. Hist. p. 81.* & J. MOLLER. *in Homonymoscop. p. 709.*

CAP. I.

DE

PRECIBVS.

STVDIO THEOLOGIAE *omnino piae preces praemittendae sunt, quae ab animo pio & fiducia in misericordiam & bonitatem Dei proficiscantur: quibus non modo nos & nostros, verum etiam totam uniuersalem Christi Ecclesiam, inprimis uero eam, quae nostrae curae commissa est, Deo Optimo Maximo commendemus. Praeluceat enim nobis ea in re exemplum D. Pauli Apostoli, qui passim in epistolis suis precum suarum ardentissimarum & gratiarum actionis pro Ecclesiis Christi crebram facit mentionem. Gratias (inquit) agimus Deo semper pro omnibus uobis: memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione. Et alibi inquit idem Apostolus: Gratias ago Deo meo in omni memoria uestri, semper in cunctis orationibus meis, cum gaudio deprecationem faciens, super communicatione uestra in Euangelio Christi, a prima die usque nunc. Et post pauca. Et hoc (inquit) oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet, in scientia & in omni sensu, ut probetis potiora, & sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu justitiae per Jesum Christum, in gloriam & laudem Dei. Nec fere ulla est inter D. Pauli epistolas, in*

A precibus in studiis Theologicis incipiendum.

1. Thess. 1.

Philip. 1.

Ibidem.

qua non de precibus suis pro Ecclesiis Christi luculenter testificetur. Non enim, ut in P. olim Laici, precandi officium in Ecclesiasticas personas rejecerunt: ita nos idem laicis imponere debemus, ut illi pro se & pro nobis orent: interim nobis stertentibus, aut aliud agentibus. Tota Ecclesia Christi oret ardenter: sed ejus Ministri ardentius & frequentius Dominum pro totius Ecclesiae salute inuocent. Hoc mihi uidentur uoluisse, qui primi horarum Canonicarum recitationem Ecclesiae Ministris injunxerunt: ut, uidelicet, memini-*

---

* *Primi horarum Canonicarum.* BENED. HERBESTVS, Presbyter Neapolitanus, Horarum Canonicarum Rationarium scripsit *Colon. 1567. in 8. ed.* plurima uero GVIL. DVRANDO debet. Conf. JOH STEPHAN. DVRANTVS *de ritibus Eccles. Cathol. L. III. c. II. p. 732. seq.* OLIVER. BONANTIVS *de institut. obligatione & religione Horarum Canonicarum Duaci 1624. in 8.* CAR. STENGELIVS e. S. J. in Libro, *quem Thuribulum aureum*, i. e. *de Horis Canonicis Syntagma* inscripsit *Aug. Vind. 1622. in 8.* BRVNO NEVSER. *Tr. de Horis Canonicis Mogunt. 1669. 8.* & integra *de Horis Canon. Dissert.* AD. RECHENBERGII Lips. habita, inter *Exercit. H. E.* relata *p. 828.* itemque PAVL. TARNOVIVS *in Examine Doctr. Pont. de Oratione Rosi. 1619. Sect. II.* SAM. BASNAGE *in Annal. Politico-Eccles. Tom. I. ad ann. 51. §. 22. p. 628. sqq.* & Illustris BOEHMERVS *in opere Juris Ecclesiast. L. III. T. I. §. 93. p. 134. sqq.* Varias institutionis illarum rationes adfert JOH. BONA *in Psalmod. diu. c. II. § 2. p. 670. sq. ed. Operum Antwerp. 1677.* plures magno agmine adducit J. A. FABRICIVS *in Bibliograph. Antiquar. c. XI. §. 11. p. 363.* Casus conscientiae circa horarum canonicarum obseruationem apud R. Catholicos enasci solent plurimi, quos uide excussos atque decisos in FR. FELICIS *Potestatis Ord. Min. Panormitani Examine Eccles. Colon. 1712. in 4* promulgato *Tit. I. P. II. c. III. p 70 sqq.* Proxime uero ad mentem B. OSIANDRI accedit doctissimi JOH. MABILLONII sententia, "qui etsi, in-" quit, Deo acceptum sit, ut Cle-" rici, aliis ordinis sui officiis, quae" proximi charitas exigit, identi-" dem incumbant: ideo tamen di-" uersas orandi horas, ut HIERO-" NYM. ad EVSTACHIVM loquitur," habere debent, ut si forte fuerint" aliquo opere nimium detenti," "ipsum

miniſſent, non tantum ſui officii eſſe, Eccleſiam Chriſti docere, uerum etiam pro ea ſedulo orare. Admixtae ſunt deinde temporis progreſſu precationes ad Sanctos, & opinio meritorum humanorum, quaſi propter opus operatum, ſeu propter multas illas & uerboſas preces Deus peccata remitteret, & corporalia atque ſpiritualia bona in Eccleſiam conferret: quos errores nemo noſtrum pius & intelligens hodie probare poteſt. Interim tamen hoc improbari non debet, quod Eccleſiaſticis perſonis injunctum fuit, ut pias preces pro Eccleſia Dei funderent.

Preces quomodo inſtituendae. Pſ. XIX.

Preces autem noſtras ſic ordiamur, ut primo peccatorum noſtrorum, quae uel ſermone, uel opere, uel cogitationibus admiſimus, quin etiam occultorum (quae noſtram conſcientiam fugiunt) remiſſionem, & precum noſtrarum exauditionem, propter Mediatorem Chriſtum, petamus; & nitamur Chriſti promiſſione, qui nos orare

---

"ipſum eos ad officium tempus ad-
"moneat. Atque hoc demum pa-
"cto jugis orationis praeceptum
"implere poſſunt, ex Auguſtino, ſi
"nullo die intermittantur opera
"orandi. Porro, ut idem S. Do-
"ctor ait in Ep. ad Probum, ideo
"per certa interualla horarum ac
"temporum etiam uerbis rogamus
"Deum, ut ipſis rerum ſignis nos
"acrius excitemus. Dignior e-
"nim ſequetur effectus, quem fre-
"quentior praecedit affectus. In
opere de Liturgia Gallicana rariſſimo diſquiſit: *de curſu Gallic. §. 6. p. 427.* ab ipſis Apoſtolis ad imitationem antiquae ſynagogae eas in primitiua Eccleſia introductas eſſe opinatur Par Fratrum non ignobile MACRORVM *in Hierolexico p. 313.* Veriſimilior tamen eſt POLYD. VERGILII ſententia, qui HIERONYMO tribuit *L. VI. c. II. de Inuentor. Rer. p. ed. Lugd. Batau. 1644. in 12. 407.* atque argumentis non contemnendis eam corroborat. Etſi certarum horarum preces Clem. Alexandri aeuo quidam fundere jam ex libera deuotione inceperint. Conf. JOH. DALLAEVM *de Cult. relig.* objecto *L. III. c. XIV. p. 422.* MART. SCHOOCKIVS *de Bonis Eccleſiaſt. Sect. II. c. V. p. 290. ſqq.* & MICH. PRAETORII *Syntagmat. Muſici T. I. P. I, membr. III. p. 82.*

Matth VII. *re jussit, & exauditum iri nostras preces, promisit, dicens: Petite, & dabitur uobis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Sic enim expurgata conscientia, patri nostro coelesti reconciliati, ardentius & majore fiducia orabimus, & quae petierimus, impetrabimus.* Marc. XI. *Noster enim Saluator Christus inquit: Omnia quaecunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient uobis.*

Gratiarum actiones fiant. *Agamus autem Deo in precibus nostris etiam gratias pro corporalibus & spiritualibus beneficiis, quae & in nos & in alia Ecclesiae suae membra, imo in totam Ecclesiam suam contulit & quotidie confert. Deus enim, ut est liberalissimus & benignissimus pater, inuitatur pia nostra gratitudine, ut subinde majora & plura dona in nos largiter effundat.*

Quid in precibus Ecclesiæ Ministerpetere debeat. *Rogemus autem Dominum Deum nostrum, ut nos in ministerio nostro Spiritu suo sancto gubernet, ut sanam, sinceram, & salutarem doctrinam uerbi diuini dextre proponamus: ut Ecclesiam nobis commissam recte regamus: ne qua Christi ouicula, nostra uel negligentia uel temeritate, pereat. Oremus patrem coelestem, ut nostros & totius nostrae familiae mores regat, ne cuiquam offendiculum praebeamus: neue una manu (ut dicitur) destruamus, quod altera aedificauimus: sed ut potius uitae innocentia nos & nostris auditoribus praeluceamus. Petamus a DEO, ut Ecclesiam suam inter tot haereses & persecutiones atque tumultus conseruet, protegat, augeat, eamque Satanae insidiis & furoribus deleri non sinat. Sed & pro Magistratibus omnibus, inprimis pro piis, qui sunt nutricii Ecclesiae, maxime autem pro Illustrissimo & pientissimo nostro Principe, & Conjuge ipsius Illustrissima & piissima sedulo Dominum inuocemus, ut ipsis longaeuam uitam concedat, eos benedictione multiplici donet, Spiritu suo regat, defendat, atque tueatur. Si enim D. Paulus de Magistratibus, qui tum nullam adhuc habebant Christi Saluatoris agnitionem, sic scripsit:* 1. Tim. II. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt: ut quie-*

quietam & tranquillam uitam agamus, in omni pietate & castitate, &c. Quanto magis orandum est nobis pro piis Magistratibus, sub quorum gubernatione & protectione Ecclesiae Christi florent: quorum etiam magna in Ecclesiam Dei ejusque Ministros fideles merita & beneficia exstant. Etenim quantam ruinam interdum piorum Principum obitus intempestiui in Ecclesiis trahant, tristia exempla mutationum in religione, & multorum piorum Ministrorum exilia testantur. Sed & pro aduersariis nostris apud Deum intercedamus, Matth. *ut conuertantur, & saluentur. Praeterea homines afflictos, tentationibus & persecutionibus uariis & grauibus subjectos, uel in genere, uel etiam in Specie (si nobis noti sunt) Deo nostro commendemus. Tandem etiam postulemus, ut nobis Dominus commodas tempestates, uictum & amictum, & publicam pacem atque tranquillitatem diuturnam largiatur.* V.

Etsi autem haec omnia, imo plura, quam quae recensui, in* Medita-
Ora-

---

* *Etsi autem haec omnia, imo plura.* Materiam Auctor suggerere uoluit & plurima omnino potioraque precum V. D. Ministri quotidianarum capita paucis comprehendit: Verba admetiri opus haud existimauit; quod, qui ea pie meditari ex consilio ipsius utilissimo, antequam ad preces se accingat, didicit, & spiritu & ueritate orat, nemo iis destitui possit. Nec artificiis oratoriis hic locus est, sed dono precationis a Spiritu S. liberaliter tributo. Quam in rem, non sine insigni utilitate legendus est WILCKINS tractatus a B. GOD. WERDECKIO, Past. apud Ligniz Mariano meritissimo, ex anglico germanice uersus *uom der Gabe des Gebeths Lign. in 8. ed.* Habemus, quod sequamur & instar omnium est B. LVTHERI exemplum, quem singulis diebus ad minimum 3. horas easque studiis aptissimas in orationem posuisse VIT. THEODORICVS narrat apud MELCH. ADAMI *in Vit. Theol. Germanorum p. 68. ed. in fol.* conf. MELANCHT. *in oration. fun. Tom. III.* declamat: *p. 27.*, prolixeque differentem Dn. J. CHR. SCHWEDLERVM *in praefat. Libelli precum* LVTHERI *sub Tit. Lutherisches Hauss-Buch A. 1706. ed. praef. §. 31. p 81. sq.* & imprimis M. ANTON

tiones prae ante recitationem Orationis Dominicae.

Oratione Dominica breuissime simul & absolutissime comprehensa sunt. tamen profuerit, supra commemorata capita ante Orationem Dominicam, uel recitare uel meditari: ut de rebus nobis necessariis, & de periculis, in quibus Ecclesia ejusque membra uersantur, commonefacti, ardentius oremus, & preces nostras Dominica Oratione, tanquam aptissimo epilogo, uel potius omnium precum optimo Compendio*

TON PROBVM, Past. Islebiensem, in orat. *de uocat. & doctrina Lutheri. Lipsi. 1583. ed. Lit. I.* ubi, quam ardens in precatione Spiritus ejus fuerit, multis exemplis docet. Huic addi meretur deuotio DAN. GRESERI, Antistis Dresd., pii cordatique Theologi, qui orationem Dom. una 4. Linguarum potiorum comprehensam per uices, uariasque preces alias Ver. Ecclesiae quotidie sub ipsius diei ingressum, recitare solitus est, uid. CHRIST. SCHLEGELII, Hist. Superintend. Dresdens. *in uita* GRESERI *p. 94.* & GRESERVS ipse *in Historia uitae suae Dresd. 1587. edit. & rarissima Lit. Q.*

* *Dominica oratione, tanquam aptissimo Epilogo.* Fuisse jam olim, qui hanc a Christo ipso praescriptam orandi formulam repudiarunt, uel AMESII exemplum probat, qui obseruandam non esse contendit in *Casib. Conscient. L. IV. c. XVII. qu. V. p. 144.* cui accesserunt majori adhuc uehementia & animi intemperie Brouniſtae in Anglia, de quibus uid. HORNBECKIVS *in Summa Controuersiar. L. X. p. 793.* & *in Theol. practica P. II. L. IX. c. XVI. p. 315.* dolendum uero magis est fuisse etiam nostro tempore & nostra in patria V.D.M. Microgra fonensem M. TOB. HÖPFNERVM, mirabile illud synciput, qui hanc orandi formulam in suggestu ante praelectionem uerborum S. Scripturae explicandorum adhiberi solitam improbaret, *in abgenöthigter, gründl. und bescheidener Vertheidigung A. 1707. ed. qu. II. p. 10. sqq.* cui frigidam suffundit LIEBMANN. PHIL. ZEISOLD. *Sächs. Gnad-Stabs-Prediger, in kurtzer Beleuchtung der beyden Fragen, Dresd. 1707. in 4.* quam uero temeritatem Vener. Pirnensium in Saxonia Antistes D. DAV. GOTTFR. SCHWERTNERVS peculiari schediasmate germanico, *bescheidentl. und schrifftmässige Einwendung* dicto, repressit. Consilium denique Autoris nostri de dirigendis ad Orat. Dominicam precibus ipsius Lutheri est,

*dio concludamus. Neque tamen tales prolixas meditationes, cuiquam, ut omnino & ſemper neceſſarias, obtrudo: neque battologiam (uel ethnicam uel P.) a Chriſto rejectam inſtituo: paucis enim uerbis, imo cogitationibus & ſuſpiriis uerisque gemitibus, multa complecti poſſumus. Quin etiam urgentibus ualde neceſſariis * occu-* Matth. VI. Rom. VIII.

---

eſt, quem ſe fuiſſe ſecutum fatetur modo adlegatus THEODORICVS *im Unterricht das Vater Unſer recht zu uerſtehen Lipſ. 1545.* ut taceam B. JOH. MATHESIVM eadem ueſtigia legere in append. libelli precum ſuarum *Nor. 1568. ed.*

* *Urgentibus ualde neceſſariis.* Candide noſter agit, ubi adeo praeciſe quippiam ceu norma regulaque praeſcribi nequit. Nouimus AVGVSTINVM & CASSIANVM aegyptiorum Monachorum preces laudasſe, quae fuerint uelut animi quaedam ejaculationes ac breues. uid. LAMB. DANAEVM *in Orat. Dom. explicatione pererudita Geneu. 1582. in 8. ed. P. III. c. III. p. 246.* ne tamen bene utique dicta male in rem ſuam uertat ſegnis tepidaque caro hominum etiam Sacrorum, perplacet mihi confeſſio Theologi pientiſſimi ABRAH. KLESELII, Antiſtitis quondam Jaurouienſis optime meriti, non paucis in exemplum ponenda: *Er hatte manchmahl lieber ſeinem Studiren, als ſeinem Gebethe etwas abgebrochen, und augenſcheinlich den Vortheil empfunden.* uid. ſi lubet, homilias meas *die uerkehrte Bibel der Gottloſen P. I. hom. XV. p. 325.* Qua in re laudabiliter ueſtigia LVTHERI preſſit, cujus oraculum: *Fleiſſig gebethet iſt über die Helffte ſtudiret, pecul. diſſertat.* illuſtrauit Vener. GEORG. HENR. GOEZIVS *Lub. 1718.* Cujus uero aurea etiam uerba ſunt: "In" omni ſtudio S. Literarum omni-" no de ingenio & labore deſpe-" randum eſt; ſed cum timore &" pietate intellectum Tibi petas." Iccirco cum codicem accedis, o-" culos & cordis & corporis pri-" mum in coelum eleues ad Chri-" ſtum, breui ſuſpirio ejus gratiam" implorando, quod idem ſaepius" faciendum eſt inter legendum." Sed ut dicas & cogites: da Do-" mine, ut haec recte intelligam," magis ut & faciam." *Tom. I. Epiſtolar. p. 175.* Vere enim eleganterque ORIGENES ſcripſit: "Non" ſtudium ſolum nobis adhiben-" dum eſt ad diſcendas S. Literas," uerum & ſupplicandum Domi-" no, & diebus ac noctibus obſe-" "cran-

occupationibus, theologicis praesertim, breuiores in Oratione esse possumus: modo ea ex animo pio, uero zelo, & fiducia in Mediatorem Christum proficiscatur. Sic initio a precibus facto, & studiis & reliquis laboribus atque inceptis nostris Dominus largiter benedicet, Amen.

CAP.

"crandum, ut ueniat Agnus ex tri-
"bu Juda & ipse accipiens Librum
"signatum dignetur aperire. In Exodum *Hom. XII. c. 34* conf. quae de Ministrorum necessitate precum ad Lectionem etiam grauiter ac erudite monent B. noster BALDVINVS *in breui Institut. ministrorum uerbi c. XII. p. 122. sqq.* DAV. CHYTRAEVS *in oratione luculenta de optima ratione discendi Theologiam in Selectarum Declamat. Academiae Jenensis T. I. 1554. ed. p. 459. sq.* ubi formulam habet piam deuotamque, & GISB. VOETIVS *in Exercitiis Pietat. c. III. p. 84.* dictis exemplisque P. P. Apostolicorum allatis illud urget BERNH. RAVPPACH. *in Comment. de officio Minist. Eccles. & ex mente & exemplo PP. Apost. §. 20. p. 155.* qui tandem grauiter pieque finit: Tu, qui haec legis V. D.
"Minister, si eodem precum Spi-
"ritu animatus armatusque DEO
"& Te & gregem tuam quotidie
"cum lachrymis ac intentissime
"commendas, habes, unde gaude-
"re speratumque muneris S. fru-
"ctum tibi quam certissime pro-
"mittere possis: Sin minus, eru-
"bescе, neque adeo mirare, si o-
"ptato laborum careas successu,
"per preces demum obtinendo
"perque preces conseruando *p. 158.*
"Hoc enim, ut de meo addam, nullus dubito nos multo doctiores melioresque Theologos fore, quo diligentius precibus uacabimus omnes.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0036
DFG

CAP. II.

Prima hora antemeridiana.

DE LECTIONE BIBLICA.

Bibliorum quotidiana lectio Theologo summe necessaria.

ABsolutis precibus ad studium Theologicum accedendum existimo, cui primas tres horas ante prandium tribuendas censeo: dum ingenium adhuc quasi recens est, & uiget. Quia igitur Theologum, qui alios docere uolet, inprimis decet, ut in sacris literis sit optime uersatus: quo ex iis (pro concione, & in priuatis colloquiis: tum apud ualentes, tum apud aegrotantes) tanquam bonus paterfamilias possit de thesauro suo proferre noua & uetera: necessaria erit ei quotidiana lectio sacrae Scripturae: ne ea,* Matth. 13.

---

* *Quotidiana Lectio S. Scripturae.* Non superuacanea censeri debet haec admonitio nostro hoc seculo diuinam S. Literarum simplicitatem uehementer nauseante, quo animi Doctorum etiam ipsorum nimio profanarum literarum amore saepius ita fascinantur, ut in uoluendo codice sacro remissius agant, jugemque ac debitam operam haud ponant. Nil igitur uetat, quo minus grauissimam MICH. NEANDRI querelam nostro etiam tempore non plane falsam aut nimiam putemus, "qui, pleri-"que, ait, etiamili, qui sumus Pro-"fessione Theologi, omnibus re-"bus & studiis plus ocii, studii,"temporis ac laboris, quam hujus"Lectioni tribuimus: ita ut de"100. Theologis, uix unum inue-"nias, qui in uita semel Biblia to-"ta attente perlegat: de mille non"unum, qui tota intelligat: de de-"cies mille nullum, qui eo studio"singula in iis examinet, trutinet"ac perpendat, qui plerique pla-"na nobis facimus, quae obscura"& difficilia sunt in HOMERO,"PINDARO, VIRGILIO, OVIDIO,"DIOSCORIDE, ubi apices, syllabae"ac uoces singulae exactissima dili-"gen-

ea, quae legerit, progressu temporis (praesertim in aetate prouectiore)

"gentia ponderantur. *in Erotem. Graec. Lingu. praef aurea plane & doctissima p. 328. & sq.* ubi plura huc spectantia legi debent, quae ob chartae angustiam addere haud licet. Valde enim uereor, ne inter nos etiam supersint, qui quod ore non profitentur, corde sibi somniant: Lectionem S. S. Theologiae Studioso non esse admodum necessariam. Quem errorem grauiter confixit SIXT. AMAMA *in AntiBarb. Bibl L. I. Err. gener. VI. p 153. sqq.* Orationi Lectio, Lectioni succedat oratio, Diuo monente HIERONYMO *Epist. XIX. ad Letam Tom. I. Oper. f. 27. ed. Basil.* ERASM. RODEROD. Multa uero de Lectione hac Bibliorum, quam uocant, cursoria docte utiliterque praecipit incomparabilis noster WOLFG. FRANZIVS in uere aureo de interpretatione S. Scripturae Libro, quem non legendum, sed ediscendum serio suaserim, ut profecto, qui in seculi mores non intueatur, uix fidem integerrimo Theologo MICH. WALTHERO habere possit conquerenti: "malam "auctorem ipso gratiam apud ple-"rosque iniisse," *in officina Bibl. Reposit. poster. p. 991.* Lectionem ille Vet. Testamenti capite aliquo Noui distingui non uult, nec Lectorem arctis capitum cancellis quotidianas operas suas metiri, sed ordine libros Vet. Test. totius, iisque absolutis Noui demum euoluere & quolibet die tot perlegere capita jubet, quot de una materia congruere conspexerit. *p. m. 6.* quod saluberrimum esse monitum ipsa experientia dudum commonstrauit. Incidi his diebus in Locum S. AVGVSTINI *in Epist. III. ad Volus. T. II. p. 8.* quem ad inflammandos S. S. Literarum amore animos aptissimum hic addere placet: "Tanta est Christianarum" profunditas literarum, ut in eis" quotidie proficerem, si eas solas" ab ineunte pueritia usque ad de-" crepitam senectutem, maximo o-" cio, summo studio, meliore in-" genio conarer addiscere: non" quod ad ea, quae necessaria sunt" saluti, tanta in eis perueniatur" difficultate, sed cum quisque ibi" fidem tenuerit, sine qua pie re-" cteque non uiuitur, tam multa" tamque multiplicibus mysterio-" rum umbraculis opaca intelligen-" da proficientibus restant, tanta-" que non solum in uerbis, quibus" ista dicta sunt, uerum etiam in" rebus, quae intelligenda sunt, la-"

"tet

ore) memoria excidant. Et, ne in ſacris concionibus, ſuis tantum uerbis aliquid aſſerat, quod tamen ſacrarum literarum teſtimonio non confirmet. Recte enim Hieronymus ſcripſit: Quod ſine autoritate ſcripturae dicitur, eadem facilitate contemnitur, qua dicitur. Hieron. c. XXIII. Matth.

Igitur

"tet altitudo ſapientiae, ut anno-
"ſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſi-
"mis cupiditate diſcendi hoc con-
"tingat, quod eadem Scriptura
"quodam loco habet: cum con-
"ſummauerit homo, tunc incipit
Eccleſ. XVIII, 6. aurea etiam plane
ſunt, quae huc ſpectantia habet
HIERONYMVS *in Ep. ad Nepotianum de uita cleric.* quae adferre ſupersedeo, quod facile legi poſſint a celeberrimo quondam Theologo J. FR. MAYERO Strenae loco ſuis oblata Gryphiswald. 1711. In hac ipſa autem quotidiana Lectione S. Codicis probe attendendum eſt B. HIER. WELLERI monitum, quod amico olim dedit: "Illud i-
"terum iterumque te moneo, ut
"S. S. longe aliter legas, quam
"profanas literas, uidelicet, ut
"cum quadem reuerentia & ſum-
"ma animi intentione legas, non
"ut hominis aut angeli uerba, ſed
"ut uerba diuinae majeſtatis, cu-
"jus unicum uerbulum plus pon-
"deris apud nos habeat, quam uni-
"uerſa ſcripta ſapientiſſimorum &
doctiſſimorum hominum" *in Epiſt. de Studio Theolog.* a D. RIETHMEYERO *Helmſt. 1717. ed. p. 1.* quo multa utiliſſimaque conſilia ſuggeruntur ad mentem LVTHERI & ex fontibus ejus deriuata, quod uideri poteſt apud J. HENR. ACKERVM *in Opuscul. Eloquentiae faſc. I. p. 61.* conf. LVTHERI locus egregius apud M. WALTHERVM *in Harmon. Bibl. in 1. Timoth. IV, 13. p. m. 1223.* & ut modum rationemque quotidiani in SS. Literis ſtudii habeat, qui neſcit, eruditam JOH. TRIBECHOVII *de Bibliorum Lectione curſoria diſſertationem Jen. 1699. in 4. habitam* conſulat. Multum etiam proderit J. A. AEPINI *Tabulas Oeconomiae Bibl. Roſt. 1718. in Fol. editas* ſemper adjungere, aut J. ABR. KROMAYERI *Analyſes Jenae 1709. in 8. ed.* illae accuratiores, hae copioſiores ſunt. Dici non poteſt, quantam utilitatem praeſtet Summam connexionemque ſingulorum Librorum S. ſibi bene imprimere: quod omnibus memoriae ſubſidiis aliis praeferendum eſſe perſuaſiſſimus ſum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0039
DFG

Bibliorum cursoria lectio qua-

*Igitur prima diei hora cursorie, diligenter tamen, legat unum Caput Biblicum in ueteri, & unum in Nouo Testamento: interposito inter utramque lectionem aliquo temporis spacio. Et ad manum habeat aliquem purum & breuem interpretem *, quem,*

---

* *Aliquem purum & breuem interpretem.* Multa bonae frugis in summa, qua utitur, & quam ipsa nominis sui recisione affectat, breuitate habet EMAN. SA. S. JES. Theologus Portugallus, (de quo uid. B. J. FRIED. MAYERVS *in Biblioth. Bibl. diss. IV.* §. *17. p. 69.* JOH. FABRICIVS *in Histor. Biblioth. suae P. I p. 256.* PHIL. ALEGAMBE *in Bibliothec. Soc. Jesu p. 102.* NIC. ANTON. *in Biblioth. Hispan. Nouae T. I. p. 272.* & MORERY *in le grand Dictionair P. IV. p. m. 302.*) *in Notationibus in totam Script. S. Colon. 1620. forma majori* editis, cui tamen ed. palmam praeripit *Antwerpiensis 1598. in 4to.* Sed sterilis & concisus nimis adhuc est iisque maximam partem subsidiis destitutus, quibus ad sensum Spiritus S. indagandum opus est; ut taceam praejudicatis etiam temporis religionisque suae opinionibus aliquando, etsi rarius, eum in transuersum abripi. Accommodatior Versioni nostrae, nostrisque hominibus utilior erit B. ABR. CALOVII Opus Biblicum ad mentem uerbisque Lutheri exaratum, quod Vinariensium atque J. OLEARII glossis, laude alias sua non defraudandis, & omnibus hujusmodi scriptis hactenus editis praeferre nullus dubito, & diligentius manibus plurimorum haud uersari ualde doleo. Sensum literalem in plurimis accuratissime eruit, dubia grauiora feliciter soluit & meditationes Lutheri spiritu ac rebus optimis plenissimas suggerit, ejusque stylo V. D. Ministrum emphatico prorsus & uere theologico adsuescere facit. Saepenumero hic inuenisse me ueritas ipsa testari jubet, quae in Voluminosis & magno eruditionis criticae uariaeque lectionis apparatu superbientibus celeberrimorum interpretum operibus frustra quaesiueram. Quam uero uellem Biblia exegetica Summe Reuerendi D. CHR HENR. ZEIBICHII maxima diligentia & summa accuratione edi coepta, quam primum fieri posset, ad umbilicum deducta uidere, quae profecto plus in recessu habent, quam prima fronte ostendunt & utilissime adhiberi possent. At uero testudineo gradu

quem, si aliquis scrupulus inciderit, mox consulere possit: ne legendo, & non intelligendo temporis jacturam faciat. Quod si una hora non possit utrumque caput absoluere satis commode, suaserim, ut alternis diebus, unum in Testamento ueteri, altera die unum in Nouo legat. Satius est enim, ut pauciora cum aliquo fructu, quam multa sine emolumento, tractemus.

lis esse debeat.

Vtendum autem censeo in hac cursoria lectione translatione D. Lutheri: non modo eam ob causam, quia purissima est: uerum etiam,*

Bibliorum

---

du opus hoc procedit, ut spes illud aliquando absolutum uidendi paene decollauerit. Tum uero meliori etiam typo chartaque mundiori exscribi mereretur. Interim adhiberi utiliter potest, quod auspiciis celeb. Tubing. Theologi C. M. PFAFFII *Opus Biblicum Germanicum*, nuper admodum in forma primae magnitudinis prodiit. Enimuero, cum propter solas Patris Theologi solidi & sine ambitu eruditi atque orthodoxiae studiosissimi insertas notas, tum propter appendices utilissimas magni aestimari debet. Vtinam uero, quod haud raro quidem, non tamen semper factum esse uidimus, a priuatis suis aliorumque sententiis operi priuatis etiam coetus S. & plebis maxime usibus destinato inserendis sibi omnino temperasset, & coaceruatis saepe uariis interpretationibus, quam Lectori sequendam putet, indicasset. Taceo ex fontibus haud raro uersionem obscuriorem minusque commodam substitui, HEDINGERIANAS *in Nou. Test. glossas*, quibus meliores dari utique potuissent, repeti, & in locis, quos alii praeterierunt, Librisque historicis parca etiam ualde manu explicationem additam esse. Vir Summus, cujus sedulitatem & doctrinae uariae ubertatem nemo non agnoscit ac ueneratur:

**Translatione D. Lutheri.* Quaeri autem possit tot Myriades inter editionum in dies fere singulas prodeuntium, quam sibi potissimum ad usus quotidianos V. D. Minister eligere debeat. Vnam enim altera multum praestare in propatulo est, & infinitis mendis typographicis, aliquando etiam non necessariis & temerario ausu tentatis correctionibus non paucas misere deturpatas esse facile probari

 posset.

translatio D. Lutheri usurpanda.

iam, quia ob summam perspicuitatem commentarii loco esse potest. Et, ut in citandis testimoniis scripturae uerba formalia uersionis Lutheri recitare possit Ecclesiae Minister: ne, si aliis uerbis aut phrasibus utatur, auditores, qui domi Lutheri Biblia legunt, de fide Concionatoris sui dubitent, si ipsius allegatio cum textu Germanico non conueniat.

Vulgata

Si quis etiam uulgatam latinam uersionem (quae antiquitatis*

---

posset. Praestare autem reliquis B. DIECMANNI Stadensem & J. FRICKII Vlmensem, nemo facile negauerit; nisi typis aciem fere oculorum fugientibus utraque excusa esset, ut per totos uitae dies aegre ad extremam usque senectam iis uti possimus. Nullo modo tamen suaserim exemplum, etsi longo usu detritum, cui adsueuerit aliquis, abjiciendum esse. Adeoque uel NIC. HAASII *Lipsi. 1704.* forma satis commoda typisque nitidioribus primum excusa, ob annotationes breues quidem, sed succiplenas multisque aliis nominibus commendanda, uel a JOACH. MORGENWEG *Hamb 1708.* singulari studio & accuratione curata adhiberi poterunt. Habet haec editio analyses concinnas & accuratas, multaque alia utilissima, imprimis uero marginem, cui commodum uaria adscribi possunt; ut usibus V. D. Ministri priuatis accommodatissimam omnium prorsus existimem.

* *Vulgatam latinam Versionem.* Nec hanc prorsus negligendam firmiter persuasum habeo. Aurum enim uenerandae antiquitatis, etsi infinitis obductum scoriis, & commodam haud raro sensus diuini interpretationem adfert, ipseque B. LVTHERVS ejus uestigia hinc inde legere mihi uidetur. Et quotidiana Lectione, quod mireris, eam tenendam suadet DAV. CHYTRAEVS *in Omt. de optima rat.* discendi Theologiam supra allegata *p. 463.* quae *in Vol. Orat. Hanou. 1614* non reperitur, nisi eam, quae *p. 650. seqq.* legitur, comparare cum hac uelis, quae tamen prolixior est & non omnino eadem haberi potest. Accurate copioseque de ualore ejus disputat Summus noster CALOVIVS *in Critico S. Diatrib. IX.* ubi tandem aliis uersionibus latinis praeferendam censet ratione antiquitatis, amplitudinis & celebritatis, perspicuitatis & proprietatis *p. 461.* Nec omitti debet judicium Viri

Cl.

tatis nomine celebris est, & qua, ut plurimum, in latinis Theologicis Latina *scriptis*

Cl. CHRIST. CELLARII de illa: Habet id uulgatus interpres peculiare, quod Latinismi satis peritus fuerit, & saepe magis, quam ullus Interpretum, antiquos ritus & inde natas proprias significationes, non sine efficacia sensus, uersione sua expresserit. Cujus generis multa Cl. uiri CASAVBONVS atque BVCHNERVS obseruarunt *in Dissert. de utilitate propaedeumatum* §. 8. Hinc non praeter rem conjicit eruditissimus S. J. Theologus NIC. SERARIVS: "Opinio mihi est, eos, qui utrumque nobis Testam. latine uerterunt, illiteratos haud fuisse priscorumque Scriptorum, qui uel hodie non extent, uel si extant, mihi aliisque nostro e uulgo ignoti inuisque sint, monumenta complura legisse. Hinc fieri, ut in Bibliis uerba nobis quaedam barbara, inepta, soloecizantia uideantur, quae forte ualde bona sunt. *In Sylloge Epistolarum Clar. Viror. a* P. BVRMANNO *collectarum. Tom. I. p. 607.* Addatur ALBERICVS GENTILIS JCtus non incelebris, qui latinitatem ejus omni studio & opera defendit *pec. differt.* cum Exceptionibus tamen B. WALTHERI *in Off. Bibl. 326.* conf. LEONH. HVTTERVS *in Controuersia Generali de Verbo Dei Vit. 1606. in 4. ed. Disp. Vita* AVG. VARENII *Dissert. de auctoritate Versionis Vulg.* CHRIST. KORTHOLT. Tr. *theologico-Philol. de Variis Script. Sac. editionibus Disp. III. c. IX. p. 90. sqq.* BRIAN. WALTONVS *in Apparatu ad Opus Polyglott. Prolegom. X. p. 301.* JOS. PASENVS *de praecipuis Bibliorum linguis & uersion. Patau. 1716. ed. p. 54.* JOS. SCALIGER *in Scaligerianis ed. Colon. 1595. p. 405.* & J. M. DILLHERRVS *in Disp. Acad. Tom. I. Disp. III. p. 40. sqq.* JOH. MEISNERVS *in Synopsi Controuers. Pap. Disp. V. n. 10. p. 38. sqq. Vitemb. 1656. in 4. ed. & Unpartheyischer Bibliothecarius P. V. n. 80. p. 359. sqq.* Addatur J C. DORN. *in Bibl. Theolog. critica P. I. L. IV. c. V. p. 710. sqq.* & P. ADOPH. BOYSEN *in Diss. Critico-theolog. de Codice graeco N. Test.* & consilio LVTHERI *in uers. germ.* §. *15. p. 57. sq.* Adhiberi autem simul oportet censuram Versionis uulgatae Viri doctissimi, SIXTINI AMAMAE *Franequ. 1620. ed. Tom. I. Supplementorum Critici Operis Anglicani* etiam insertam, itemque HENR. DE BVCKENTOP, Ord. FF. Minor. in Acad. Louan. Theologi, *Lux de Luce s. Libri III.* in quorum I. ambiguae Locutiones, II. dubiae Lectiones ex Origin. Linguarum Texti-

transla- *scriptis & disputationibus uti solemus) adhibere, & obiter inspicere uelit,*

Textibus illustrantur, III. autem de Edit. SIXTI V. agitur Bruxell. *in 4to 1710.* & quae de Correctionibus ejusdem Versionis Sixtino-clementinis, ut JAMESII pec. libellum non attingam candide satis disserit RICH. SIMON *in Hist. Crit. Vet. Test. append. p. ed. in Belg. forma 4. pagg. 1681. foras datae 137. sqq.* Secus ac SIXTVS Senens. *in Biblioth. Sacra L. VIII. p. 854.* Quanquam si Latinitatis rationem habere uelimus, malim SEBAST. CASTALIONIS uersionem legi, quae pura nitidaque est & multa quasi per paraphrasin egregie illustrat. Non me latent aduersae Magnorum Virorum censurae, quibus uero aliorum encomia opponi possent in postrema ed. *Lipsi. majori 1697.* studiose collecta. Conf. AVG. PFEIFFERVM *in Critica S. c. XII. §. 11. p. 460. sq.* & *in thesauro Hermeneut. hypomn. ad c. IV. §. 6. p. 221.* imprimis Cl. VOCKERODT. *in Consultat. Liter. IV. p. 147. sqq.* & Ven. J. G. CARPZOVIVM *in Critica S. P. II. c. VI. p. 674. sqq.* LE LONG. *P. I. Bibliothecae Sacrae c. IV. p. 291.* J. C. DORNIVM *in Bibl. Theol. cit. loc. L. IV. c. VI. §. 17. p. 734.* TH. CREEN. *de Singular. Scriptor. §. 60. p. 82. sqq.* THEOPH. ALETHAEVM *Erleuterung dunckler Oerter der H. Schrifft P. I. p. 45.* J. G. WALCHIVM *in Hist. Critica L. L. c. VI. §. 7. p. 280.* VARILASIVM *in Actis Erudit. Lipsi. An. 1691. p. 32.* POPEBLOVNT *in Censura Auctor. p. 493. sqq.* Et mirari subit non attendi uulgo Apologiam, quam ipse Auctor scripsit, & defensionem suarum Translationum Bibliorum appellauit; qua plurima reprehensa satis bene diluit causamque suam non infeliciter agit. Credo ob raritatem paucis cognitam esse, *Prod. Basil. 1562. in 8.* Ex illa quaedam hic repetere uerba placet, ad animum Viri scopumque ejus uersionis accuratius cognoscendum. Ego, ait, ante annos circiter 16, "cum uiderem in Christianorum" Scholis Lat. Linguam, cujus eram" ipse studiosus, uigere atque tra-" di: itaque Auctores latinos qui-" dem, sed magna ex parte ob-" scoenos & moribus noxios, in ma-" nibus haberi: cupiebam extare la-" tiniorem aliquam, nec non fi-" deliorem & magis perspicuam S." Lit. translationem, ex qua posset" eadem opera pietas cum latino" sermone disci, ut hac ratione &" tempori consuleretur, & homi-"

"nes

uelit, non repugno: ita tamen, ut Minister Ecclesiae Germanicam Lutheri uersionem latinae (si qua est discrepantia) longe praeferat.

tio Bibliorum etiam inspicienda.

Qui

"nes ad legenda sacra pellicerentur. Nam equidem de me hoc "fateor, me propter sermonis incultum & obscuritatem aliquando minus diligenter legisse S. Literas, quod idem aliis quoque "accidisse scio: non justa sine causa, fateor, sed quam tamen tolli non sit inutile, ut homines, "quibuscunque fieri possit modis, "ad ueritatem allicerentur. *p. 9.* "Commendari in hos usus debet "editio nupera Lipsiensis in 8 et"si dolendum, quod mendis typographicis scateat: & legi meretur "elegans addita diss. Cl. Wollii, *de eo, quod pulchrum est in uers. Castal.* conf. Carpzovius *in Crit. S. l. c. c. VII. p. 737. sqq* Studio antea commendare omisi Glossam Osiandrinam, quod ad uersionem uulgatam adornata sit & huc maxime spectet, licet latinam ipsius nostri auctoris illam versio Förtneri germanica, summo applausu excepta, tantum non e manibus studiosorum excusserit, ut praeter meritum spreta jaceat ac leui saepe pretio uendatur. Fidi autem ac perspicui Interpretis laudem commeritus est B. Vir, & qui felicissime abditos saepe sensus recludit, cujus uitula Vinarienses arasse saepe deprehendi, etsi naeuis suis a Valent. Schindlero *in Lexico pentaglotto* passim notatis haud careat; ut in Lectione Vulgatae peropportune ac utilissime conferri queat. Editione utor in *Fol III. Vol Tub. 1589.* ut B. Franzii & Calovii *Elogia* non attingam: B. H. Eccardvs *Commentarios* uocat tanta dexteritate, perspicuitate & breuitate concinnatos, ut merito ab omnibus propterea in magna aestimatione habeatur. *Praef. in Aulici cujusd. Explicat. Euangel. Domin. Osiand.* conf. de hoc Osiandrino etiam opere Avg. Pfeiffer. *l. c. § 15. p. 462.* & *in thesauro hermeneutico Hypomn. ad c. XIV. § 12. p. 520.* Car. Arndivs *in Biblioth. Bibl. Mayer. contin. c. I. §. 6. p. 30.* Matth. Christ. Pfaffivs *de actis scriptisque Eccles. Würtemb publ p. 92.* Jac. le Long *L. I. c. IV. p. 282.* J. Christ. Dornivs *in Biblioth. Theol. L. IV. c. VI. §. 19. p. 737. sq.* & qui uaria uariorum judicia congessit Bibliothecarius a partium studio liber. *P. V. n. 82. p. 372. sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0045
DFG

Graecus & He- *Qui Hebraicae & Graecae linguae aliquam* peritiam habent, in*

* *Qui Hebr. & Graec. L. aliquam.* Vitio ſeculi ſui aliquid indulgendum eſſe mitis animi Theologus, credo, ſtatuit. Et harum etiam (allatis diuerſis rationibus) Linguarum imperitiam in Theologis excuſauit Cl. And. Jvl. Dornmeier *in Philologia Bibl. c. IV. Sect. IV. p. 36.* qui nihilominus tandem con-"cludit: interim praeſtat Linguas "cognoſcere quam ignorare: "quumque excuſandi ſint, quibus "diſcendi occaſio non ſuppetit; "ceteri culpa non uacant, nec ue-"niam ſocordiae ſuae facile conſe-"quuntur. Profecto enim, ſi fieri poſſet, omnium ſine discrimine ordinum homines aliquam Linguarum S. notitiam imbibiſſe par erat. Periculum nec infelici ſucceſſu olim fecit Roſtochii Vir Cl. Samvel Bohlivs, qui ſtudioſis de uirginibus ibi hebraeis jocandi anſam dedit: In uotis illud quoque habuerunt Viri eruditi cordatique, quos inter celeberrimus V. E. Loescherus eſt in opere *de cauſis L. Ebr. immortali, L. III. c. VII. p 484.* & Cl. Schvdtivs *in Trifol. Hebr. praef.* cujus uerba quaedam adferemus: "optandum fuit, ut omnes Chriſti-"ani Hebr. & Graec. Linguam in "Dei honorem & animae ipſorum ſalutem addiscerent. His enim" in Vet. & Nou. Teſt. oracula Dei" de aeterna hominum ſalute con-" ſignata ſunt, hae ſunt fasciae, qui-" bus Chriſtus inuolutus, has cal-" lenti & legenti tot ſe offerunt ju-" cunda, utilia, neceſſaria, quae" harum ignarus nec uidet, nec ſa-" pit. Gallicam Italicamque Lin-" guas ornatus gratia, multo labo-" re & magno ſaepe temporis ac" aeris diſpendio, addiſcimus, cur" linguis Deo quaſi propriis non" eandem impendimus operam?" Adeoque cum ſtupore legimus, Morinum (credo primum & ſolum!) poenituiſſe, quod hebraica didicerit, etſi nec multum profeciſſe uideatur, qui absque punctis ne quidem hebraica legere ſciuit: niſi forte ſides auctoris uitae" ejus uacillat, quam nil niſi Saty-" ram eſſe perhibet Abbas de Garance *ſub larua Mſr. de Vigneul-Marville latens in Melanges d' Hiſtoire & de Literature T. I. p. 178.* uid. *uitam ejus Antiquitat. Eccleſ.* praefixam *p 108. ed. Lipſ.* Jam dudum enim, ſi in re ſeria jocari liceat, eruditos indignatos audiuimus, quod ingens" turba mente non ſana Sapientiam" profiteretur & ſine literis pulpita" conſcenderet, ideoque III. Lin-" guarum

in quibusdam uerbis aut phrasibus, quae aliquid obscuritatis aut ambigui- braicus textus

"guarum dictatoribus id decreti "fuisse interpositum. Nemini post- "hac eruditionis portas patere de- "bere, qui non Christi crucifixi "titulum legere atque intelligere "teneat. u. J. V. ANDREAE *in Apolog Chr manip. 345. p. 155.* qui argute liberaliterque ita ridendo uerum dixit. Nostra profecto aetate amplius non uideo, quomodo nomen interpretis Dei ad coetum suum tueri possit, qui sine interprete uocem ipsius intelligere nequit; ut non immerito B. D. J. MAVRSICH fontium meliorem cognitionem per omnem uitam etiam in pagis ab eruditis Pastoribus excolendam urserit, in *Διασκέψεως de doctrina Catech. Ged 1663. ed. Disp III. p 69.* Etsi enim ad summam perfectamque sacrarum literarum cognitionem quilibet eniti haud possit; nemo tamen, nisi grammatica saltem & sufficienti ad intelligendos exponendosque libros S. cognitione Hebraicae Graecaeque linguarum imbutus, ubi tot subsidia, libri, praeceptores, ad discendas non omnino adeo difficiles linguas illas, quam prima fronte uidentur, suppetunt, sacro muneri in uilissimo etiam pago admoueri deberet. Nec enim suae, nec suorum conscientiae illarum prorsus expers tuto satis consulere, aut sine crebris impedimentis officii sui rationibus satis facere poterit, & nemini dedecori erit, cui occasio in iuuentute defuit, discere in senectute, quae infinita emolumenta per omnem uitam praestare possunt. Nouimus, ut alios taceamus, HENR. LAMPADIVM, cum multos jam annos Brunsuigae in Ministerio Verbi uersatus esset, ex NIC. demum MEDLERO Hebraica didicisse. u. GASMERVM *in Vita ejus Lit. E. 3.* Non opus est Nubem testium maximorumque Theologorum cohortationes constipare: Locus illis fortasse erit, si uno, quod in uotis habeo, fasce recudantur lectu dignissimae Diatribae: LAVR. FABRICII oratio protreptica ad studiosos, ut darent sedulo operam Hebr. Linguae *Vitemb 1594.* JOH. FÖRSTERI *Oratio de Interpretatione S. Scripturae ibid. 1608.* SIXT. AMAMAE *Paraeneſis ad Synodos, Episcopos & Superint. Eccl. Protestantium supplex de excitandis S. S. Linguarum Studiis 1626.* & PETRI MOSELLANI *Oratio de uariarum Linguarum cognitione paranda Basil 1519. edita.* Mente animoque praecipio, fore,

interdum ad- *biguitatis prae se ferre uidentur, Hebraeum textum in ueteri,*

ut illarum Lectione excitati plures animum ad sacra haec frequentius adeunda impellant: Addi his omnino mereretur cultissima JAC. FACCIOLATI oratio, qua fuse docteque S. Scripturae studium cum ueterum linguarum studiis conjungendum esse probat; nisi Cl. J. ERH. KAPPIVS *nouae cl. Vir. Orat. Selectarum Collectioni a se L. 1722.* adornatae inseruisset *T. I. p. 5. sq.* atque inter ipsius Autoris etiam orationes a Cl. SIG. JAC. APINO *L. 1725. in 8.* recudi factas *p. 102. sqq.* extant. Locum tamen illius supplere potest minori facundia, sed majori rerum copia commendabilis GERH. OVTHOVII *Orat. auspicalis de necessitate Studii Lingu. Amst. 1725. in 4to ed.* notisque doctissimis copiose instructa. Plures etiam grauissimaeque summorum uirorum ad LL. S. addiscendas uoces ac sententiae passim extant. u. J. A. QVENSTEDII *Ethica Past. mom. I. p 1. sq.* SAL. GLASSIVS *in Philol. S. L. II. P. II. append. p. 507. sqq.* AVG. PFEIFFER. *in Crit. Sacr. L. III. S. II. qu. XIV. p. 60.* FRANC. WOCKENIVS *in Meditat. priuat. Tom. II. Med. II. p. 5. sqq.* J. JAC. RAMBACH. *in Institut. Hermen. S. L. I. c. VIII. §. 8. p. 13.* & CASP. BARTHOLINVS *in breui consilio Requis. II.* apud HERM. VON DER HARDT *in Aenigm. Prisci orbis*, opere, cujus operosam eruditionis in deuia prolapsae uanitatem mirabuntur posteri, & quod uix unam alteramue auri particulam infinitis Phantasiae diuagantis scoriis conditam habet *p. 469. sqq.* Non paucorum ignauia omne in uersionibus melioribus praesidium quaerit: at uero fortiter hoc subruit & euertit JOH. BVXTORFIVS: Habemus" quidem Dei gratia & habere nos" merito laetamur satis commodas" uerbi translationes ac uersiones," sed qui uel aliquam illarum se-" orsim, uel omnes conjunctim" perfectas & natiui sermonis Em-" phasin ac elegantiam sufficienter" exprimere existimat, nae ille" grauiter hallucinetur. Imo si" maxime perfectam uersionem ha-" beremus, non tamen propterea" LL. authenticae negligendae es-" sent, ut puritas ejus conseruari" possit " *in praef. Lexici Chaldaico-Syriaci.* confer. quae summatim de uersionum imperfectione differit JOH. OLDERMANN. *in pec. sch. diasm. Helmst. 1710. ed.* Adhaec laudari nunquam satis potest decretum *Synodi Prouincialis Frisiacae A. 1624. hab.* insti-

teri, Graecum uero in Nouo Testamento consulere poterunt. hibendus. *Auer-*

instigante Cl. AMAMA factum: "ut imposterum Theologiae Can- "didati, quotquot ad examen Mi- "nisterii Eccles. admitti desidera- "bunt, praeter Testimonia Senatus "Acad. & Theol. Professorum, ex- "hibeant etiam Testimonia Pro- "fessorum Ebr. & Graecae L., qui- "bus doceant se in praedictis lin- "guis eos saltem progressus fuisse, "ut originalem Vet. Nouique Test. "textum mediocriter possint in- "telligere; utque in classe ista, cu- "jus examini se offerunt, ejus quo- "que rei specimen edere teneantur. u. S. AMAMA *in Antibarb. Bibl L. I. p. 148.* Quod exemplum Gallicas ecclesias imitatas esse refert GV. VAN BASHVYSEN, filius, *in tr. de usu Philologiae in omn. disciplinis seru. 1726. in 4. edito P. I. §. 3. p. 6.* quarum consuetudinem theologiae Candidato in utriusque Test. orig. textu caput legendum interpretandumque proponendi merito commendat, & ut totius Protestantium coetus Antistites ubiuis locorum in Examinibus ordinandorum sequantur & obseruent, quisquis SS. Literas curae cordique habet, mecum toto pectore optabit. Obsignabo pium hoc desiderium uerissimis D. AVGVSTINI uerbis: Latinae Linguae homines duabus" aliis ad scripturarum diuinarum" cognitionem habent opus, he-" braea scilicet & graeca," *de Doctrina Christ. L. II. c. X.* Interim Classi huic Ministrorum Ecclesiae, cui B. OSIANDER consulere uoluit, commendari potest Opus Bibliorum interlinearium ab Aria Montano elaboratum, & Lipsiae ex consilio, quod noui, B. SCHERZERI recusum, ut aliquem gustum saltem fontium, etsi perexiguum, capiant, si uel literas hebr. graecique Alphabeti nosse & conjungere didicerint. Recte etiam B. MICH. WALTHERVS censet, quod ejus operis usus sit longe maximus in recte expiscando omnium uocabulorum Hebr. & Graec. sensu & significatione *in Offic. Bibl Repos. priori Thec. IV. arc. V. p. 358.* conf. AVG. PFEIFFER *in Crit. Sacr. c. X. §. 9. p. 460.* TH. POPEBLOVNT *in Censura Auct. p. 546. sqq.* NIC. ANTONIVS *in Biblioth. Hisp. noua Tom. I. p. 162. sqq.* JOH FABRICIVS *in Hist. Biblioth suae Tom. I. p 5.* BRIAN. WALTON. *in Apparatu Bibl. Prolegom. V. §. 5. p. 270.* addant, inclutum almae Philureae sidus D. GOTTL. CARP-

Tigurinorum translatio uitanda.

A uersione autem Tigurinorum Bibliorum (siue Germanice, siue Latine edita sint) omnino abstinendum iudico. Translatores enim illi, quicunque fuerint, saepe rancidas & ineptas Rabinorum caecorum explicationes, uel potius peruersiones sacrae Scripturae, imitati sunt: & obscurioribus Scripturae Sacrae locis plus tenebrarum offuderunt, quam lucis attulerunt.*

CAP.

CARPZOVIVS *in Critica Sacr. P. II. C. VII. p. 716. sqq.* & J. C. DORN. *in Bibl. Theol P. I. L. IV. c. VI. p. 726.*

* *A Versione autem Tigurin. Biblior.* Germanica Tigurinorum Biblia juxta hebraicam graecamque fidem conuersa quidem esse jactitantur, sed plurima tamen ex uersione LVTHERI mutuata sunt, quo in labore LEONIS JVDAE, Ministri Tigurini, partes potiores fuerunt, inprimis in iis, quibus Textum ipsum originalem pressius sequi & accuratius exprimere annisus fuit. Videri potest hujus Translationis Historia accurate a JOH BAPT. OTTIO *Scripta* apud JAC. LE LONG *in Biblioth. Sac. T. I. c. V. Sect. VI. p. 399.* Add. J. JAC. HOTTINGER. *Heluetische Kirchen-Historie P. III. L. VI. p. 224.* JOH. HENR. HOTTINGER. *in Biblioth. quadrip. L. I. c. III. p. 153.* & qui singularia quaedam habet alibi non obuia, auctor ANONYM. *Miscell. Tigurin. P. III. p. 114.* Saepe prelum sine mutatione tamen aliqua insigniori fatigauit. Ad manus est *editio Noui Testamenti 1537. in 12.* & *integrorum Bibliorum Anno 1548. in forma media ed.*, cui index articulorum fidei copiosus satis praefixus est, breues uero capitum singulorum summae haud raro hypotheses sectae suae sapiunt; Locusque *1. Joh. V.* de Trinitate uncinulis quibusdam inclusus legitur, adeo ut de eo subdubitasse uideantur editores. Scabra uero & horrida est, Auribus dialecto germanicae L. puriori adsuetis; ut fanaticos quosdam adhuc ea delectari eamque magno aliquando pretio uendi, uix satis mirari possim. Latina paulo melioris commatis sunt. Illorum historiam tradit celeberrimus LE LONG *l. c. C. IV. p. 289.* conf. JOH. JAC. HOTTINGER. *P. III. Heluetischer Kirchen-Geschichte L. VII. p. 751.* JOH. HENR. HOTTINGER. *Schola Tigur. Carolina. Append. I. p. 143. App. II p. 212. Miscellan. Tigurin. Auctor. Vol. I. P. II. p. 45.*

J. A.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0050
DFG

CAP. III.

Secunda hora antemeridiana.

DE STVDIO THEOL. POLEMICAE.

Post interpositam aliquam respirationem, Minister Ecclesiae quotidie (quoad ejus fieri potest) horam legendis polemicis scriptis tribuat,* Polemica scripta, &

J. A. QVENSTEDT *Dial. de Patriis Illustr. Vir. p. 153* CARPZOVIVS *in Critica mox laudata C. VII. p 729. sqq.* *Diarium* ANONYMI: *Altes und Neues dictum & Tig. ed. p. 120.* DORNIVS *in Bibl. Theol. l. c. p. 731.* DV PIN *in Biblioth des Auteurs separez Tom. I. p. 569.* VINC. PLACCIVS *in Theatro* ANONYM. *C. XI. n. 1694. p. 416.* & maximam partem uersio haec etiam diligentiae LEONIS JVDAE tribuenda est. Placuit ea Viris Eruditis, quod auribus latinis non plane insolens sit, & difficiles saepe locos perspicue exponat: nimia uero libertate a Textu ipso passim abit, eumque auget, minuit & mutat, prout commodum & sua interesse autoribus uisum fuit.

* *Horam legendis Polemicis* Plurimis hoc OSIANDRI consilium non ad palatum erit, quibus perditissimis hisce temporibus polemica non sapiunt, ut non immerito conqueri uideatur THOM. CREENIVS: *Der mehrer Theil der Prediger legt sich itzo auf Curiositäten, Eitelkeiten, Müntzen, Medaillen, Historien und Geschlechts-Register, uon den streitigen Glaubens-Artickeln, daran die Ehre unsers Herrn und Königes, auch guten Theils unsere Seeligkeit hanget, wird wenig mehr gedacht, gefällt auch unsern Grossen edlen Höflingen und Patronen gar nicht mehr* &c. *Medit. in Passion. Christi secundum Matth. P. II. Med. II. p. 127.* Sed tam laeua mens corruptumque in rebus fidei judicium piis Majoribus non fuit, qui illis cum spadone gladium aeque gerendum esse rectissime arbitrati sunt, quos Deus ad exstruendos tuendosque Hierosolymarum suarum muros sibi selegit. Horum uestigia tuto legere jubet noster

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0051
DFG

quomodo legenda.

tribuat. Cum enim Satan non cesset Ecclesiam Christi sectis & haeresibus perturbare: necesse est, ut Pastor Ecclesiae in controuersiis Religionis bene sit informatus: ut & pro sua persona ab erroribus sibi cauere, & auditores suos aduersus haereses, ne iis capiantur, munire, & si quos habeat in suo grege jam infectos, in uiam reducere, aut certe sacrae Scripturae testimoniis conuincere possit. Quin etiam saepe accidit, ut Ecclesiae Pastor apud extraneos, uel peregrinos incidat in disputationem extemporalem, de aliquo Religionis Christianae capite: hic certe & turpe, & cum offendiculo conjunctum foret, si Minister Ecclesiae sinceram doctrinam nec tueri, nec falsam refutare posset. Sed & quandoque opus est, ut Theologus publicis scriptis errores refutet, & ueritatem coelestem contra sophismata & calumnias aduersariorum defendat. Oportet enim Episcopum ita instructum esse, ut non tantum per doctrinam sanam exhortari, uerum etiam contradicentes conuincere, eorumque ora obstruere possit.

Tit. I.

Aduersarii

Aduersarios autem hodie habemus P. inter quos primum locum J. tenent: qui sententias suas nouo elegantioris Latini sermonis

---

ster, cujus si dicto audiens, Bone Lector, esse uis, & ut melius sapere discas, lege quaeso exasciatam sub praesidio FECHTIANO a JOH. JOACH. ARENDS habitam disput. qua Studium Theologiae Polemicae contra Fanaticos & Nouatores doctissime defenditur, *Rostoch. 1704.* nisi etiam uetera stomacho minus sano prorsus fastidias: conf. D. HIER. KROMAYERI *Dispp. de Elencho aduersus errores fundamentales non intermittendo L. 1662. habitas,* quae postea scrutinio ejus Religionum additae sunt. Huc spectant Celeberr. J. FRANC. BVDDEI *Programma de Studio Theol. Polemicae solide ac sobrie instituendo; in append. Syntagm. Diss. Theol. n. 2. p. 687.* D. JOH. CHRIST. BIELEFELD *Diss. Theol. de Theol. Polemica ejusque indole & necessitate Giess. auctior ed. 1723.* & luculenta de Theologo non contentioso Commentatio Vener. J. LAVR. MOSHEIM. *Helmst. 1724. & 1726. correctius III. diss.* ed. atque JOH. POLYANDRI *Oratio de cautione in controuersiis ecclesiasticis adhibenda Lugd. Bat. 1618. in 4. ed.* & alteri *de Christo Immanuele* addita.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0052
DFG

nis integumento ueſtiunt. Sunt & Caluiniſtae acerrimi ſincerae religionis hoſtes: qui indefeſſo ſtudio & multis publicis ſcriptis ueram doctrinam de Perſona Chriſti, de Sacramentis, & aliis articulis, uehementer oppugnant, multosque incautos in errores ſuos captiuos abducunt. Sed & Anabaptiſtae ſua hypocriſi, & pertinaci Sacrae Scripturae (quam non intelligunt) abuſu quosdam ſimpliciores dementant. Praeter hos etiam Schwenckfeldiani (dum occulte libellos fanaticos a Schwenckfeldio ſcriptos, incautis legendos obtrudunt) aliquos a grege Chriſti auellere nituntur. Aduerſus hos & alios hoſtes Eccleſiae noſtrae paſtorem armis Scripturae Sacrae & judicandi dexteritate probe inſtructum eſſe conuenit.

Aduerſariorum ſcripta quomodo legenda.

Quod ſi Miniſtri doctiores ipſa aduerſariorum ſcripta legere uoluerint, non repugno: ea tamen ratione, ut Theologorum ſincerorum polemica ſcripta (quibus aduerſariorum libri ſolide confutantur) ad manum habeant: ut ſi forte ex ſophiſmatibus ſeſe non ſtatim extricare poſſint, inde arma, ad profligandum errores, capere queant, ne in dubitationem de ueritate coeleſtis doctrinae impellantur. Tutior autem erit ratio, ſi Paſtor Eccleſiae primo Refutationem ſolidam alicujus haereſeos uel erroris legat: ut ſic, tanquam antidoto munitus, lectione prauorum ſcriptorum minus inficiatur. Sic enim argumenta (uel ſophiſmata potius) aduerſariorum facilius agnoſcet, atque deprehendet. Plurimum etiam profuerit, ſi quis falſa argumenta aduerſariae partis, fuco uerborum & Oratoriis declamationibus picta & exornata, in formam ſyllogiſticam reſoluat, eaque nuda inſpiciat*

* *In Formam Syllogiſticam reſoluat.* Dolendum eſt ad hæc exercitia ſtudioſam juuentutem amplius in ſcholis publicis uix adſuefieri, quae profecto utilitate ſua non carent, & contemptum ſui aliquando acerrime uindicant: etſi non opus ſit tricis ſubtilitatibusque omnibus inhaerere. Exemplum dedit luculentiſſimum BASILIVS DE VARNA, aut qui ſub hac Larua uoluit latere ANDR. LIBAVIVS *in Analyſi Colloquii*

ſpiciat atque conſideret. Ibi uidebit, nunc Majorem, nunc Minorem

quii Ratisbon. Dialectica Fft. 1602. in 4. ſummo acumine & diligentia ſingulari elaborata Praeiuit quoque uiam JOH. MATTH. MEYFARTHVS *in Nodo Gordio*, quem uocat, Sophiſtarum ſoluto, atque rationem ſoluendi Sophismata aduerſariorum ſelectiſſimis iisque mere theologicis exemplis & ad ductum Logicae Ariſtotelico-Rameae luculenter oſtendit. *Prod Coburgi 1625. in 8.* qui Liber ſtudioſius euolui inque plurimorum manibus eſſe meretur, etſi imperfectior ſit & regulis non ſemper ſatis accuratis nitatur. Magno enim ſuo malo haec talia uulgo ob jocos ſalesque acerbiores in Logicam uulgarem nimis liberaliter a Nouatoribus in Philoſophia conjectos penitus negligere ac contemnere Theologiae Studioſos uidemus, quibus tamen illi Cenſores nondum, quod ſciam, multo meliora ſubſtituerunt, etſi in aliis Logicae capitibus, quae Ariſtotelici praetermiſerant, non ſine laude ac fructu juuentutis elaborauiſſe eos facile conceſſerim; faciat, qui uelit, periculum in principio generali, quod acutiſſimus auctor artis cogitandi, ſed uanus hic promiſſor, ſe inueniſſe jactat; cujus ope ſine ulla ad figuras & modos reductione ſtatui poſſit de omni Syllogiſmo: legitimusne an uitioſus ſit? *P. III. C. X. p. 207. edit. Halenſ.* ingenioſum ſed inſufficiens commentum eſſe reapſe deprehendet. Meliora ſunt & uſui accommodatiora, quae ſimili inſtituto tradit JOH. CLERICVS *in Log P. IV c. V p. 197. ſqq. ed. Lipſ.* ubi methodum, quae, an argumentum ualidum ſit neglectis figurarum regulis, dignoſci poteſt, oſtendit, etſi neque illae regulae tanta difficultate laborent, quam prima fronte multis uideantur, neque ignota prorſus Ariſtotelicis ſufficiensque illa Clerici methodus cenſeri debeat, quod accutiſſimus SEB. EDZARDI probauit *in Examine Logicae* J. CLERICI *Hamb. A. 1699. inſtituto* §. *68.* Imprimis uero ea Logicae pars, quae analyticam tradit, multis eheu! ne nomine quidem nota, huc etiam ſpectat & excolenda ſimul eſt, cujus uſum in theologia Cl. CORN. DIET. KOCHIVS, Profeſſ. quondam Helmſtad. inclytus neruoſe eleganterque oſtendit *pecul. Programmate*, quo ad Commentationes publicas in VIOTTI *de Demonſtratione* Libros inuitauit *A. 1706. ed.* Add. ABR. KROMAYERVS *in Polymath. Theol. P. II. tota p. 209. ſqq.*

rem propositionem falsissimam, & Sacrae Scripturae prorsus contrariam esse. Animaduertet etiam, saepe in regulas Dialecticas peccari: Vbi argumentum in debita forma non proponitur: aut in paralogismo non modo quatuor, sed interdum etiam quinque termini deprehenduntur. Saepe conclusio nullam prorsus cum praemissis habet connexionem. Interdum mutatum est genus praedicationis. Quandoque in uno argumento miscentur principia & axiomata Theologica & Philosophica: ex qua principiorum confusione necesse est crassos paralogismos & falsas conclusiones & monstrosa dogmata nasci. Talis argumentorum resolutio & dijudicatio Theologi judicium exacuet: eumque ad respondendum promtum faciet: animumque ei addet, ut aduersariorum fucata scripta, & ipsos falsos doctores, contemnere, & cum illis, si opus sit, feliciter & animose congredi audeat.

Polemica scripta sincerorum Theologorum

Scripta autem sincerorum Theologorum polemica, quibus judicium, in dijudicandis controuersiis, egregie formari possit, hodie (singulari Dei beneficio) plurima exstant. Verbi gratia: contra P. errores Opus D. D. Chemnitii, quo Concilium Tridentinum refutatur.*

---

* *Opus D. Chemnitii.* Incomparabilis Theologi opus, turris reuera Dauidis, quo mille clypei pendent, diurna nocturnaque manu a Theologiae cultoribus omnibus uersari meretur, ut ueriſſime scripserit B. Nic. Selneccervs: "docentibus & discentibus librum "post S. Literas utillorem, diligen-"tiusque euoluendum, hodie nec "proponi nec commendari posse. *Operum Lat. P. I. Exam. Theol. P. IV. p. 540.* Nec opus est, ut uerbum in commendationem Libri aurei & quo carere V. D. M. aegerrime potest, addam. Ipse Gregorivs de Valenzia S. J. Theologus Rob. Bellarmino a suis non inferior, a nostratibus accuratione & solida eruditione major habitus Lutheranorum neminem se uereri dixit, nisi Chemnitivm, teste Ant. Reisero *in Epist. ad* Th. Spizelivm templo hujus honoris reserato, quod uocat, addita *p. 399.* ubi in laudem operis hujus doctissimus Reiservs multa adfert, quae alibi frustra quaesiueris. Conferat, qui plura

plura uelit, collecta ipsius elogia diligenti manu Vener. amicissimique CAR. GODOFR. ENGELSCHALLII *in allocution. Epist. de noua operum* DALLEI *editione curanda Bud. 1721. ed. p. 8.* Add. VERHEIDEN *Icones & Elogia praestantium aliquot Theologor. p. 128. ed. nouissimae,* G. CHR. JOANNES *in praefat.* EPP. CHEMNITII ad RITTER. *praef. p. 22. sqq.* J. FECHT. *in Appamtu ad Epistolas Marbachianas p. 821. sq. C. IV.* PHIL. JVL. RETHMEYER. *in Hist. Eccles. Brunsuic. T. III. C. VIII. p. 299. Unparteyischen Bibliothecarium Tom. I. p. 205 & 560.* D. JOH. FABRICIVM *in Hist. Biblioth. suae P. II. p. 160. sq.* TH. POPEBLOVNT *in censura Auctor. p. 541. sqq.* Neque adeo attendi debet Celeberr. ELL. DV PIN accusatio, quod ea imputet R. Catholicae Ecclesiae, quae ipsa reiiciat, aut doctorum quorundam priuata tantum sit sententia. Vt enim alia taceam, PINIVM in hoc opere iudicia saepe ferre inepta, omnibus eruditionis ornamentis cumulatissimus VRB. GOTTF. SIEBERVS *Praef. ad Sixti Enchiridion. p. 81. & 100.* ipsi exprobrauit. Iuuat ejus uerba ipsa adscribere, in quibus plurima candide satis aperteque prolata occurrunt CHEMNITIO perhonorifica: "De tous les Pro-"testans de ce tems-là il n'y en a "point eu qui ait mieux sçû l' antiquité Ecclesiastique, & qu' il" ait mieux emploïé pour ses fins" que Chemnice. Il n'y en a point" non plus qui ait eu autant de" precision & de methode dans" ses raisonnemens. Il est assez" moderé dans ses opinions, & ta-" che à raprocher autant qu' il" peut tous les partis. Cependant" il n' a pas pû s' empecher d' im-" puter à l' Eglise Romaine des" Sentimens & des pratiques, dont" elle est fort eloignée, en lui at-" tribuant les opinions des theolo-" giens particuliers & les abus, qu'" elle a elle même condamnez." Le stylé de cet Auteur est net," il s' exprime en bons termes," mais il n' a rien d' eleué." u. *Bibliotheque des Auteurs separez de la commun. de l' Egliſe Rom. T. I P. II. p. 520.* Ceterum de uariis ejus editionibus, quas recensuit Dn. D. CHRIST. MATTH. PFAFFIVS *Introduct. in Histor. Theol. Liter. P. II. L. III. p. 83. & 128.* lubet obseruationem addere, forte an haud inutilem: Quae prima omnium est harum 8. pagin. ed. aliquot Voluminibus constat, nec abjici debet, quod a Theologis superiorum temporum maxime citetur. Geneuensis autem forma primae magnitudinis charta typisque se parum commendat & infinitis Typographicis sphalmatibus deformata est.

Multis

tatur. Apologia Confessionis Würtembergicae: in qua (Autore D.* gorum *Brentio)*

Multis igitur modis commendanda est cura Cl. G. CHR. JOHANNIS *A. 1707. Frft. ad M.* uulgata, quae reliquis omnibus palmam praeripit, & ingenti Lectorum bono magnae accurationis & diligentiae laudem Editori acquisiuit.

* *Apologia Confessionis Würtenb.* Miror opus hoc non exiguae molis, magnae autem accurationis, solidaeque doctrinae & ob uarias rationes summo in pretio habendum excidisse memoriae Celeberrimi D. PFAFFII, quod ejus plane nullam in Introductione sua in Literariam Theol. historiam mentionem faceret, quam prae mille aliis merebatur, & ubi omnia tamen cum pulusculo quasi congerere uidetur. Legitur illud *Tom. VIII. Operum* BRENTII, cui merito etiam noster tribuit. Confessionem illustrissimi Principis Würtenberg. CHRISTOPHORI per Legatos ejus Concilio Trident. A. 1552. oblatam, quae hic primo loco extat, PETRVS A SOTO Ord. Dominic. Theologus, Caroli olim V. Caesaris Aug. a Confession. & tandem Professor Ingolstadiensis, de quo uide NIC. ANTONII *Bibliothec. Hisp. T. II. p. 193. sqq.* Scholiis quibusdam, quae ibi sequuntur sub titulo: Assertio catholicae fidei circa articulos Conf. Würtenb. impugnauerat, quas consummatissimus ille Theologus Apologia hujus confessionis cum prolegomenis prolixioribus prolixe acriterque conuellit. Quae magni semper habita & in Italicam etiam Linguam translata fuit. Seorsim uero prodierunt ista etiam omnia *Francof. ad M. 1565. in fol. II. Vol.* in cujus editionis Vol. I. praeter recensita additur PET. A SOTO defensio Cathol. fidei aduersus BRENTIVM. Posterior uero, cujus nihil in opp. BRENTII reperitur, continet Epistolam BRENTII ad Principem & Apologetica IV. Professorum Tubingensium PETRI A SOTO defensioni oppositа, quorum nomina in fronte indicantur. Quae hic referre placuit paulo accuratius, quod raro incomparabile hoc opus haberi queat, & ut commendatione OSIANDRI non indignum esse intelligatur. BRENTIVM uero laudare uelle superfluum esset, quem nemo bonorum doctorumque hominum uituperauit unquam. De confessione Principis, sui nomine ab ipso Concilii Trident. Patribus oblata, & Actis Würten-

praecipua. *Brentio) duobus uoluminibus P. religionis falsitas egregie in lucem producitur. In refutatione Orthodoxi Consensus* a D. D. Jacobo Andreae conscripta, omnia Caluinistarum argumenta reuelluntur. Inprimis uero Formula Concordiae** (qui Liber publicam habet autorita-*

---

tenbergicor. Theolog. in Concilio all. legi meretur laudatus D. CHR. MATTH. PFAFFIVS *in Actis Eccles. Würtemb. p. 129 sq.* Cel. DV PIN *in Bibliothec. des Auteurs separez Tom. I. P. II. p. 452.* & GEORG. CVNR. PREGIZER *in Würtenberg. S. p. 390.* conf. CAR. LVD. HVGO, Abb. Stiuagiensis, *in Sacrae Antiquit. Monumentis, Stiuag. A. 1725. ed. in fol. p. 318 sqq.*

* *Refutatione orthodoxi consensus.* Eruditum opus hoc est contra Caluinianos & summa diligentia elaboratum, maxime in uindicandis nostrae sententiae S. Patrum dictis ab Aduersariis in suas partes tractis. Omnia hic uideas ad uiuum quasi resecari, ut in Controuersia de S. Coena uix aliquid amplius desiderari queat. "Contra quem, "ait J. V. ANDREAE, *librum* ne hi- "scere quidem aduersarii sunt ausi "in Fama ANDREANA reflorescente *p. 277.* Ingenti etiam applausu statim A. 1585. excipiebatur, ut, quae felicitas Polemicis magnae molis libris raro contingere solet, alteram editionem A. 1593. curare Bibliopola opus haberet *Tub. in fol*, quam possideo, & ob chartae typorumque nitorem priori praeferendam existimo. Prouocauerant Würtenbergicos, ut ad opus hoc scribendum animum appellerent, aduersae Partis Theologi edito *Heidelb. 1575. in 4. & Tig. 1578. in fol.* Consensu orthodoxo a CHRISTOPHORO HERDESIANO, Syndico Norimb., compilato, quem Würtenbergici refutationi suae etiam ad uerbum ferme inseruerunt. Hunc enim uerum ejus auctorem esse, quod tum temporis quidem nostrates fugit, diligentissimus VINC. PLACCIVS ostendit *in Theatro Anonym. c. II. n. 691. p. 101.* qui de Refutatione quoque euolui potest *in Pseudonymis n. 2903. p. 618.* quam JACOBO ANDREAE, & recte quidem tribuit G. C. PREGIZER *in Sueu. & Würtemb. Sacrae addita Biblioth. Wurtenb. p. 400.*

** *Formula Concordiae.* Vitam B. OSIANDRI post alios accuratius concisiusque scripsit doctissimus LVD. MELCH. FISCHLINVS *in Memor. Theol. Wurtenb.* resuscitata *P. I. p. 146.* Ipsum uero consultationibus

toritatem) errores & haereſes, inter eos, qui falſo de Auguſtana Confeſſione gloriantur, exortas, ſolide confutat, damnat & euertit. Vno praeterea uolumine, D. D. Jacobus Andreae, (triginta tribus concionibus) P., Caluiniſticos, Anabaptiſticos, & Schwenckfeldicos*

---

bus de Formula Concordiae ſcribenda quoque adhibitum *in Homilia funebri Lit. D. III.* MAGIRVS indicat: *In dem heilſamen Werck der Concordi Formul hat Er auch ſein Theil laboriret, und gleichſam den erſten Stein daran helffen legen: wie Er ſolches ſelbſt in ſeiner letzten Centurie mit guten Umbſtänden erzehlet. Iſt auch aus Befehl weyland des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Hn. Ludewig, Hertzogen zu Würtenberg &c. eben izgedachten hochnützl. Wercks wegen zu vielen Reichsſtänden gereiſet, da denſelben gemeldtes Buch zu unterſchreiben iſt zugeſchickt worden* Operae igitur pretium erit B. Virum de ſe ipſo teſtantem ipſum etiam audire, qui, de nuptiis Principis ſui Stutgardiae celebratis diſſerens, in illarum ſolennitate refert decretum eſſe a Principibus, ut negocium Würtembergen-"ſibus 2. Theologis M BALTH. "BIDEMBACHIO & D. LVC. OSIAN-"DRO (hujus hiſtoriae Auctori) de-"tur, ut Scriptum de Controuerſiis "ſaepe jam nominatis componant: "in quo ueritas coeleſtis doctrinae perſpicue proponatur, & idoneis" teſtimoniis confirmetur: & erro-" res notentur & rejiciantur. Hoc" factum eſt A. 76. Adornatum igi-" tur tale Scriptum per Theologos" Würtenbergicos praedictos, in" quo ſtatus cujusque controuer-" ſiae perſpicue ponebatur. Et affir-" matiua quidem propoſitio uera," S. Literis, teſtimoniis ex A. Conf." & Apologia ejusd. item utroque" Lutheri Catechiſmo, atque ex" Schmalcaldicis articulis petitis" confirmabatur: falſa uero doctri-" na rejiciebatur atque condemna-" batur" *p. 866. Cent. XVI. L. IV. c. III.* Adde ſis H. PIPPINGII *Hiſtoriſch-Theol. Einleitung in die Symboliſchen Bücher c. VIII. §. 13. p. 112.* Quanti denique Librum hunc aureum cedroque dignum imitando poſteris Exemplo fecerit OSIANDER, uel ex eo patet, quod *l. c.* integram ejus ſummam una cum praefatione Electorum & Principum exhibuerit *c. IV. p. 871. ſqq.*

* *Jacob. Andreae 33. Concionibus.* Polygraphus fuit inclutus hic Theologus, & cujus non infima laus eſt

feldicos errores Sacrae Scripturae teſtimoniis expugnauit: monſtratis

eſt principibus placuiſſe uiris, ut cum ſtupore ingentem editorum a uiro ſumme induſtrio Scriptorum numerum adſpicere oporteat, quisquis tot itinera, colloquia, conſultationes, commercia literaria ipſius ſimul mente complectitur, quorum omnium catalogum u. *in* JOH. VAL. ANDREAE *nepotis fama Andreana refloreſcente append. Homilias XXXIII.* quas noſter merito commendat, aliquoties editas uidimus. Titulus illarum eſt: *33. Predigten uon den fürnehmſten Spaltungen zwiſchen den Päbſt- Luther- Zwingliſchen Schwenckfeldern und Wiedertauffern zu Eſslingen* (ubi Academia propter peſtem Tubingae ſerpentem commorabatur) *gehalten 1567. Hernach mit 6. Predigten Tub. 1576. in 4 uon der Augſpurgiſchen Confeſſion Theologen Uneinigkeit uermehrt.* Neque profecto male rebus ſuis conſulerent Paſtores gregis ſacri, qui ſtudioſe eas euoluerent, ideamque officii elenchtici pro ſuggeſtu S., utique etiam exercendi, inde caperent; ſi quidem haberi poſſint & magis magisque δυνατοὶ τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν fieri uelint. *Tit. I, 9.* Solide enim, neruoſe & ad captum uulgi accommodatae, mira perſpicuitate ſimul & grauitate elaboratae ſunt, & licet alto noſtrum ſeculum ſupercilio homilias, easque inprimis, quae controuerſias fidei attingunt, uidere ſoleat, contemni haud debent. Ipſe Vir Summus quanti fecerit in praefatione ed. 2dae prodit: *Und ſollen alſo dieſe Eſslinger und derſelben angehängte Predigten, mein Teſtament und ein öffentlich Zeugniſs uor GOtt und ſeiner gantzen Chriſtenheit meiner Lehre ſeyn, ſo ich bis daher in der Schule und Kirchen geführet, und uermittelſt Göttl. Gnaden auch bis in mein letztes Ende gedencke zu führen. Demnach denn, und dieweil es fürnehmlich um die reine Lehre zu thun, der Chriſtliche Leſer, mich und meine Schrifften, nach dieſen Predigten richten und urtheilen ſolle, und da Er in andern meinen Schrifften etwas gefunden, oder noch finden möchte, daſs dieſer Predigten einer oder mehr zuwieder ſcheinet, ſoll Er wiſſen, daſs es dergeſtalt uon mir niemahls weder gemeint, noch geſchrieben, ſondern dieſer itzigen Predigten Lehre, ebenmäſſig wolle uerſtanden, und in keinem andern Verſtande angenommen haben,* uid. quae ad Hiſtoriam Libri hujus ſpectant in Nepotis fama adlegata *p. 260.*

tis errorum cauſis & falſis fundamentis. Praeter hos libros multa alia exſtant ſcripta doctiſſimorum & ſincerorum Theologorum, qui ore, calamo, & corde Auguſtanam Confeſſionem profitentur & amplectuntur: quibus diuerſi errores, & uariae haereſes ſolidis argumentis exterminantur. Ex quibus Eccleſiae Miniſter, quos uelit, eligere poterit: ita quidem, ut euoluto uno tali ſcripto, aliud, ſubceſſiue, in manus ſumat. Semper tamen eas haereſes inprimis excutiat, & refutare diſcat, a quibus quam maximum & proximum Eccleſiae periculum imminere judicauerit. Et hoc ſane ſtudium omnium eſt difficillimum: ſed idem longe pulcherrimum, & Eccleſiae Chriſti admodum utile & ualde neceſſarium. Non igitur Theologum hujus laboris pigeat, ut poſſit lupos rapaces ab ouili Chriſti arcere.*

CAP.

---

* *Eas Haereſes inprimis excutiat.* Equidem ueteres etiam noſſe juuat haereſes, in quibus ut plurimum ſemina corruptelarum & errorum, qui noſtro aeuo coetum diuinum infeſtarunt, jam ſparſa ſunt & latent: etſi eas e ſuggeſtu omnino cum SALOM. VAN TILL excludimus, "quia ab iis non imminet fidei pe-"riculum, ac praeprimis etiam re-"nouarentur facile propter homi-"num inanem curioſitatem luben-"ter in occulto inquirentem. *in Methodo concionandi c. VIII. §. 6. p. 368.* Conf. Cl. FRID. ANDR. HALLBAVERI *Klugheit erbaulich zu predigen P. II. c. V. §. 4. p. 358.* Fluit hinc Paralleliſmus ueterum recentiorumque haereſium, qui celeberrimo quidem uiro JOH. CLERICO *Philoſ. Opp p. 298.* argumentum ab inuidia dictum uidetur; utilitate tamen ſua non caret, ſi modo caute prudenterque inſtituatur. Proinde multa huc ſpectantia praeclare monuit, & non minus docte quam diligenter ediſſeruit HENR. SCHARBAV *in Tract. de Paralleliſmo cum haereticis inſtituto Roſt. 1714. in 4. ed.* in uulgus nota etiam eſt DAN. CRAMERI Arbor haereticae conſanguinitatis, & plurimorum manibus teritur; ut non poſſimus non approbare uerba Viri cujusdam magni & Κριτικωτάτε: accurata cognitio" omnium haereſium, quae ad hunc" diem emerſerunt, ſuntque a piis" hominibus damnatae, ad ueram"

CAP. IV.

Tertia hora antemeridiana.

DE

LOCIS THEOL. ET PATRIBVS.

Commentariorum sincerorum, & Locorum communium lectio.

POst secundae horae laborem difficilem Minister Ecclesiae, pro respiratione & recreatione mediocre temporis spacium interponat. Deinde ad aliud genus Theologici studii, minus laboriosum, magis autem jucundum, accedat. Legat igitur aliquem Commentarium Theologicum, in quo uel Liber Scripturae explicetur: uel Loci Theologici ex professo tractentur: ut & sacram Scripturam exactius intelligere, & locos communes, seu doctrinas Ecclesiae salutares inde colligere queat. Et locorum communinm (quos uocant) soli-*

"pietatem sartam tectam tuendam, "mirum quantum profutura est: "Saepe enim & nostra quoque me- "moria obseruo euenisse, ut igno- "ratione ejus partis Ecclesiasticae "Historiae, homines minime mali "in ejusmodi sententias aut formu- "las loquendi incogitanter inci- "derent, quas defendere sine er- "roris contagione non possunt: apud GAVSSENIVM *de studii theolog. ratione p. 43. ed. dissert. Theol. Halensis 1727.* compara J. A. BOSII *Orat. inaugurl. de Histor. Eccles. nostro praesertim tempore diligentius colenda, introductioni in Notit. Scriptor. Eccles. subjuncta p. edit. Walchianae 201.*

**Et Locorum Communium quos uocant.* Saluberrimum est monitum hoc Theologi nostri: utinam utilitas Locorum Theologicorum Systematibus nostris comprehensorum juuentuti studiosae saepius accuratiusque inculcaretur, &, quomodo iis in uariis sacri muneris passibus uti debeant, ostenderetur. Laudanda imprimis est immortalis memoriae Theologi B. JOH. GÜNTHERI industria, qui auditores suos in Academia Lipsiensi sedulo ac fideliter ad uarios systematis sui usus manuducere solebat. Spectant eo Libelli ejus plane Juueni Theologo ediscendi & longe utilissimi:

Geist-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0062
DFG

ſolida cognitio magnam in dicendo copiam & facilitatem Eccleſiae Miniſtro exhibebit. Exſtant autem inter Commentarios in Libros Biblicos, doctiſſima excellentiſſimorum Theologorum noſtri ſeculi ſcripta.*

Geiſtliche Krancken-Cur, wie ſelbige aus dem Syſtemate Theol. *und geiſtreichen Liedern anzuſtellen ſey. Lipſ. 1700.* & Collegium Paſtorale, *in welchem aus der Theologie und geiſtl. Liedern denen Kirchen-Dienern die wichtigſten Argumente an die Hand gegeben werden Lipſ. 1706. in 8.* Juuat hic audire Theologum magnae eruditionis & ſummi judicii D. CHYTRAEVM, qui ita de ſe ipſo: "cum primum Vitebergam uenis-"ſem, D. PHILIPPVS, quem ſin-"gulari DEI beneficio dome-"ſticae meae uitae & ſtudio-"rum gubernatorem habebam, ſe-"ueriſſime praecipiebat, ut quoti-"die mane & ueſperi aliquid tem-"poris legendo ordine textui Bi-"bliorum tribuerem, & locos the-"ologicos adſidue & diligenter le-"ctos mente complecti ſtuderem, "omnibus aliis Libris tantiſper re-"lictis, donec integrum doctrinae "chriſtianae corpus, quod in o-"mnibus materiis & diſputationi-"bus judicii norma eſſet, animo in-"fixiſſem. Atque hanc aſſiduita-"tem unicae Lectionis Bibliorum "& Locorum Theologicorum ad-eo ſeuere a me flagitabat, ut cum" alium forte libellum illis diebus" ab ipſo editum in manibus habe " rem, aſpere me adpellaret: an-" non praecepi, dicens, ut non" multa, ſed locos Theologicos" multum legeres." *Dedic. Commentar. in Geneſin Lit. A. 5.* confer *Dedicat. in Exodum Lit. A. 5.* addat. B. JOH. FECHTII *Diſſertatio luculenta de Studii Biblici cum Syſtematico connexione, hujusque diuina origine Roſtoch. 1702.* qua contra fanaticos contemtores librorum hujusmodi uſum ac neceſſitatem ſolidiſſime euicit & G. H. GÖTZIVS *in Meletemat. Annaeberg. n. 20. p. 1074.*

* *Inter Commentarios in LL. Biblicos.* Notitiam Commentatorum Biblicorum, ſi quis ſcire auet, dederunt multi. Imperfecti ualde conatus ſunt JAC. ZANACHII *in Bibliothec. Theologica 1591. in 4.* PETRI BESOLDNERI *in Bibliotheca Theologica ex copiis* CHRIST. PELARGI *collecta Francof. ad Viadr. 1608. in 4.* PAVL. BOLDVANI *in Bibl. Theologica ſ. Elencho Scriptorum Eccleſiaſticorum. Jen. 1614.* ab altero ejusdem L. ſub eodem Titulo Lipſiae ed. ſecernen-

do, qui P. quasi altera, aut continuatio prioris esse debuit. JOH. KOLMBERGERI *in Statua Mercuriali Helmst. 1662. 4.* superficiaria opera elaborata & ob sterilem breuitatem non magnae utilitatis; & JOH. CAR. POETII *in Bibliotheca portatili Exegetico - Biblica Lipſ 1703. in 8.* qui multa in fronte magnifice liberaliterque promittit, parum re ipsa praestat, nisi quod infinitis erroribus ac confusionibus Nominum & editionum se nobilitauerit, &, more Antecessorum recepto, ex catalogis nundinalibus titulos librorum, quorum saepe ne plagula quidem extat aut extitit unquam, transcripserit. Ex Romano-Catholicis in hunc censum uenit ANGELVS ROCCHA *in Bibliothecae Theologicae & Scripturalis Epitome Romae 1594. in 8. ed.* & ualde rara, sed qua etiam sine damno & haud illibenter carere possumus: & ANDR. SCHOTTVS *in catalogo S. & catholicorum interpretum Col. 1618. ed.* sed uterque non nisi suae partis Commentatores Librorumque nudos tantum titulos adfert. Inter Reformatos, BESODNERVS enim adlegatus nostras fuit, & falso illis annumeratur, GVIL. CROWAEVS Elenchum edidit Scriptorum in S. Script. tam graecorum, quam latinorum, & aliorum, qui etsi naeuis suis haud careat, & imperfectus sit, plura tamen, quam ante eum omnes, praestitit, & laude sua priuari non debet. Multa enim rei literariae studiosum circa Codices Bibliorum auctorumque notitiam pleniorem docere potest, quae alibi frustra requiret. Majus opus & perfectius aliquid moliebatur magni nominis Theologus J. FRID. MAYERVS *in Bibliotheca Biblica Frſt. & L. 1709.* altera uice & post semel iterumque edita *in 4.*, in qua notitiam ipsorum Auctorum Librorumque summam, editiones, & doctorum uirorum judicia de iis curate exhibet, ut cum plausu orbis eruditi exciperetur, sed in limine fere substitit. Quam uero CAROL. ARNDIVS adornauit continuationem *Rost. 1713.* Majori diligentia, sed minori apparatu & judicio conscripta est; non inutiliter tamen cum illa conjungi potest. Omnium pro instituti ratione solertiam uicit Reu. GEORG. JACOB. SCHWINDELIVS *in der uollständigen und realen Priester-Bibliotheque*, quae aliquoties absque auctoris nomine manca imperfectaque prodierat, ad justam uero plenitudinem & aliquam omnino perfectionem adspirauit *in editione Norimb. 1721. in 4.* ubi studiosissime cum uniuersales tum particulares commentarii eorumque editiones uariae conlectae sunt, judicia & recensio-

scripta. Verbi gratia: Enarratio Geneseos postrema D. D. Lutheri admodum*

censiones etiam illorum in Ephemeridibus eruditorum hinc inde adjiciuntur; ut haec exegetica pars ad reliquas ab auctoris manu expectandas sitim desideriumque lectorum cieuerit. Absolutissimum uero opus & nimia fere diligentia elaborandum aggressus est, malo rei Euangelicae ingenti, suis amicisque praematura morte ereptus, Ratisbonensium Antistes meritissimus GEORG. SERPILIVS *in den Lebens-Beschreibungen der Bibl. Scribenten*, quorum major pars Vet. Test. publicata est, & quod reliquum effectum in scriniis Viri ferreae industriae & infinitae Lectionis apud haeredes latet. Accuratissime ille plenissimeque Commentatorum uitas, editiones, Librorumque ipsorum statum ac conditionem ex praefationibus aliisque notitiis exhibet & percensere solet, quem uero censura acri ob nimis prolixorum locorum ex Scriptoribus, saepe tamen passim obuiis, repraesentationem, celeberrimus J. GOTTLOB CARPZOVIVS perstrinxit *in Praef. Introductionis in LL. Canonicos Vet. Test. Lipsiae 1721. in 4to ed.* qui ipse strictim accurateque potiores S. Scripturae interpretes recensuit, sed in Vet. Test. hactenus substitit. Tandem splendidum magnificumque Bibliothecae S. opus doctissimi Congreg. Orat. Presbyteri JACOBI LE LONG diu expectatum Bibliothecae Sacrae nouo habitu prodiit *Parisiis 1723. II. Tomis primae magnitudinis*; cujus prior Tomus accessionibus Vener. C. A. BOERNERI locupletatus *Lipsiae in forma 8. pag.* editus hic repetitus est, posterior uero, & qui huc maxime spectat, nouus plane est & primum in Lucem editus. Certant in hoc Viro eruditio & diligentia cum modestia & candore; moremque inter suos solitum uel omittendi, uel immitius tractandi ab ipsorum sacris dissentientes plane migrat. Etsi uero multa egregia & aliis incognita adferat, imperfectione tamen adhuc non exigua laborat, & naeuis, si exteros imprimis respicias, scatet; ut operi optimum Virum extremam manum morte praepeditum adhibere nequiuisse passim deprehenderim, & Boernerianae diligentiae supplementa atque correctiones, quae Tomo priori contigerat felicitas, posterior etiam praestoletur.

* *Enarratio Genes. postrema Lutheri.* Opus aureum & incomparabile,

admodum copiosa. Ejusdem posterior Commentarius in Epistolam

quod merito cygneam B. Viri dixeris cantionem, Commentarium in Genesin merito O. commendat, in quem omnes fere eruditionis suae Theologicae Thesauros Theologorum nostrorum Princeps effudisse uisus est, & Exemplum perfectae masculaeque ac succulentae Exegeseos praestare potest, etsi ad minutias criticas se haud demittat & subsidiis profanae literaturae, quorum pauca tum exstabant, maximam partem destituatur. Ex uariis ejus editionibus Latinam, hac enim Lingua studiosae juuentuti praelegerat Genesin LVTHERVS, commendare soleo *Norimbergensem T. IV. 1550. sq. in fol.* cujus germanica translatio *Tomum IX. Altenburgens.* & nuper admodum inceptae *Lipsiensis Tom. I.* & *IIdum* opp. Lutheri implet. Historiam operis hujus nunquam satis laudandi exhibet illustris V. L. A SECKENDORFF *in Hist. Lutheranismi L. III. Sect. XXXVII. §. 139. p. 669.* &, qui eum sequitur, Vener. EL. FRICKIVS *in Versione Germanica s. ausführlichen Historie des Lutherthums L. IV. §. 76. p. 2640.* Electorem olim Saxoniae D. AVGVSTVM filio, CHRISTIANO studiose legendum ualde commendasse in literas relatum est ab homine Caluini partibus addictiore, ANONYMO *in der wahren Erzehlung von Churf. CHRIST. Geburt, Aufferziehung, Leben und Tode 1593. edit.* & JAC. FRANCI *Relationi oppositae Lit. A.* De Principe suo doctissimo RVD. AVGVSTO HERM. VON DER HARDT, refert κειμήλιον hoc ab eo uere in deliciis haberi & dies noctesque manu menteque uersari *in Epileg. P. I. Autographorum Lutheri & Coaetaneorum p. 517.* Elogia Libri conlegit Celeberr. D. ELIAS VEIELIVS *im güldnen Kleinod der schönsten Andachten Lutheri p. 191. & 266. sqq.* THOM. CREEN cum *de Libris Scriptorum optimis Exercit. I. p. 20. V. §. 33. p. 51. sq.* tum *in Exercit. Sacris p. 76. sqq.* & inprimis D. JOH. GOTTLOB CARPZOVIVS *in doctissima Introduct. in Libros Canon. Vet. Test. P. I. § 11. p. 77. sq.* Addantur GEORG. MICH. PFEFFERKORN. *in guten Urtheilen von Luthero c. VII. p. 51.* & celeberrimus J. HENR. VON SEELEN *in Philocalia Epistol. p. 93.* Notatu autem imprimis digna uox est Theologi magni & eruditi DAN. CRAMERI: quem L. qui non legit, Theologi nomine indignus" est, *in Isagoge P. Palladii ad Libr. Bibl. p. 26.* Valde uereor, ne si optimus

ptimus Vir noſtro tempore uiueret, aliquot etiam ipſis Theologiae doctoribus titulum Theologi ex hoc capite denegandi cauſam inuenturus ſit. Quos ſaepe nouis tantum, muſteis, exterisque Scriptoribus uitae operaeque maximam partem impendentes, ſi fieri poſſit, in ruborem dabit eruditiſſimus ex Politicorum grege Vir JOH. FORSTERVS J. V. D. & Cancellarius Schwartzburgicus, qui ea, qua uix majorem a Theologo deſideres, induſtria Commentarios hos perlegit, hisque uerbis in fine adſcriptis commendauit: "Hunc Commentarium L in Ge-"neſin, quem Pater meus, piae me-"moriae apprime diligebat, & u-"ti literae ejus oſtendunt, ſaepius "euoluerat, perlegendum ſuſcepi "XI. Octob 1585. eundemque "inceſſabili propemodum ſtudio "abſolui ult. Decembr. Laus "Deo. Ac certum eſt, Aucto-"rem hunc, uti in omnibus ſuis "ſcriptis, cum maxime in hoc Com-"mentario, ſolum Chriſtum mon-"ſtrare, fidei quodammodo omni-"potentiam oſtendere, operum "merita damnare, functionis offi-"cia praedicare, regnum tenebra-"rum deſtruere, ſcripturam lu-"culenter explicare, omnes ſtatus "erudire, juuentutem ad ueram "pietatem deducere, Seniores confirmare, in rebus perplexis fide-" le conſilium, in grauibus tenta-" tionibus euidentem & efficacem" conſolationem ſuppeditare. Id-" eoque hic Auctor & Commenta-" rius hic, ſaepius ac potiſſimum" ab iis, qui in ſchola afflictionis" militant & exercentur, eſt legen-" dus, quibus etiam, non item ſe-" curis ingeniis placebit." Quae omnia recitat M. FRIED. ROTHIVS Antiſtes Arnſtad. *in fünff tröſtl. und nützl. Predigten 1591. in 4. ed. Hom. I. Lit. E.* Commemorabile etiam eſt judicium magni cujusdam Eccleſiae R. Purpurati A. 1547. latum: Hic Vir, quicquid in eo fuit Spiri-" tus, id omne in hunc Librum" effudit," quod recitat MICH. HEMPELIVS *in praef. Commentario in Geneſin* GEORG. FABRICII praefixa *Liſſ. 1584. 8uo.* Nihil igitur mirari morarique opus eſt cenſuram RICH. SIMONIS *in Hiſtoria Critica Vet. Teſt. L. III. c. XIV. p. m. 61. edit. 1681. in Belgio curatae in 4to.* cui cum nihil ſapiat, niſi profana criticaque eruditio, mirum plane non eſſe debet uiuidae ueraeque has theologiae cupedias etiam minus ad palatum fuiſſe. Tandem prorſus ſilentio praeterire non licet poſtremam hanc uocari Geneſeos enarrationem, quod aetate priores, ſed rerum grauitate ac doctrinae copia inferiores extent

LVTHERI

lam ad Galatas: & alia hujus praestantissimi Theologi insignia scripta*

LVTHERI *Homiliae in Genesin 1527. ed. Tom. IV. Altenburgensi ad ann. 1528.* reperiundae, quae tamen etiam lectu non indignae sunt. u. SECKENDORFIVM *l. c. L. II. Sect. XIII. p. 38. p. 108.*

* *Posterior Commentarius in Epist. ad Galat.* Certatim hunc etiam commendant Theologi, & in tantum etiam laudari debet, in quantum reconditae ueraeque Theologiae suauitas gustari & doctrinae de justificatione peccatoris gratuita praestantia intelligi potest; ut aegre mihi persuaderi patiar, ab ipso LVTHERO aliisque ullibi majori perspicuitate, grauitate atque soliditate primum ac ultimum hunc fidei nostrae articulum pertractatum esse. B. olim CHYTRAEVS nihil uerebatur adserere: "ad eruditionem spiritualem & sa-"pientiam illam Ecclesiae peculia-"rem & mundo ignotam, de Gra-"tia Christi & justitia intelligen-"dam longe plus conducit unius "LVTHERI *in Epist. ad Gal. Commen-"tarius*, quam multorum P. P. prae-"sertim graecorum in unum col-"lata. *in Vol. Orat. p. 666.* Conf. B. VEJELIVM *l. c. p. 273.* qui inter alia plura inquit: *Da ist nun die Auslegung der Epistel an die Galater ein solch Kunst-Stücke, dass es nicht genung mag gepreiset werden.* Nec sine ratione idem quaerit alibi: *wo ist jemahls eine so unuergleichliche Arbeit über die Epistel an die Galater an das Licht kommen, als D. Luthers Erklärung? noch hat Er sie nicht selber auf das Papier gebracht, sondern M. Roerer hats aufgefasset &c. p. 189.* Auidissime Thesaurus hic exceptus est ab exteris etiam & in uarias translatus linguas ante ferme, quam nos Germani justum ipsi pretium statuere disceremus. u. quae ad historiam ejus spectant apud SECKENDORFIVM *L. III. Sect. XIII. §. 42. p. 116. sqq.* & EL. FRICKIVM *in Versione* SECKENDORFII *germ. L I. §. 63. p. 234.* Cl. J. CHRISTOPH. WENDLERVM *de praecipuis Theologis Luthemn. Sec. XVI. & XVII. p. 42.* qui Gallice Hispaniceque legi refert & D. G. H. GÖZIVM *in Meletemat. Annaeberg. Sched. XV. p. 792.* His adde luculentum FRID. MYCONII judicium apud ANT. PROBVM *in Orat. de Vita* FRID. MYCONII *Lit. g.* & JOH. GIGANTIS *in Hom. XXXVIII. L. 1605. in 8. junctim ed. hom. V. p. 39.* Factum hinc est, ut Theologus Viadrinus, D. CHRISTOPH. CORNERVS compendium ejus exhiberet *in Dispositione*

sitione & Commentario in Epist. ad Galatas Heidelb. 1583. in 8. in theses uero redactum publicis disquisitionibus subjiceret in Academia Fridericiana D. JOACH. JVST. BREITHAVPTIVS, quae sub Titulo *Observationum X. Exercitationibus* prodierunt *A. 1694. in 4.* Ad haec uindicias aurei operis parauit D. FRID. ERN. MEISENIVS *in Dissertat. Jubilaea Silef. 1717. edita.* Nihilominus hic etiam ARISTARCHVM egit RICH. SIMON, cui digressiones maxime prolixiores displicuerunt, illo tamen tempore ualde necessariae & succipleniſſimae, *in Hist. Critica Commentat. Nou. Test. P. II. c. XLVI. p. 438. edit. german.* qui uero recte omnino III. numerat editiones, cum alibi II. tantum faciant. De prima *Anni 1519.* studiose egit SECKENDORFIVS *L. I. Sect. XXXV. §. 84. p. 134.* Hanc excepit *2da Vitemb. A. 1523.* curata, quae a priori in multis abit, &, egregia praefatione MELANCHTHONIS ornata, correctior auctiorque est. Illi denuo praefixum legitur Epigramma primae editionis, quod hic repetitum Lectori, credo, non displicebit: Liber ad Lectorem:

Plus satis est actum, sano modo judice, sanum
Ad stomachum facto; cetera, turba, uale.
Si Sophiae pupis, mundi dominisque placerem:
Certum est, me Domino displicuisse meo.
Prima mihi laus est, nullis mea sacra probari,
Qui temere a sacra relligione tument.
Cetera, turba, uale, sola est mihi spesque salusque
Vel soli CHRISTO me placu isse uale.

OSIANDRI autem & reliquorum commendationes ad postremam inprimis referendae sunt, quam retextam penitus & luculentiorem multoque ampliorem adornauit B. Vir ex repetitis recitationibus Academicis *A. 1535.* cujus uersio germanica *Tomo Altenburgensi Vto p. 509. sqq.* extat, & nitide excusa seorsim haberi potest cum NON NEMINIS praefatione, qui sub literis S. L. V. D. M. latere uoluit *Frst. & Lipsi. 1717. in 4.* ap. HELLEROS Bibliopolas Bernenses. Prolixae illius praefationis Auctor Caluinianus esse uidetur, qui multus est in corrigenda hypocrisi & urgendis uerae fidei fructibus. Quanti denique fecerit hunc ipsum Librum CHRISTIANVS III. Rex Daniae piissimae memoriae, legi potest apud BRVNON. QVINOS *in discemori P. I. Exemplo III. p. 78.*

Lutheri Tomi quomodo

scripta (Latina & Germanica) in Tomos Jenenses collecta. Junioribus autem Theologis suaserim, ut posteriores D. D. Lutheri libros** primo legant: quippe quae exactissimo iudicio sunt ab ipso*

**Tomos Jenenses.* Hos reliquis adhuc praeferendos uarias ob rationes existimo. Non enim nisi ipsius Lutheri scripta, segregatis aliorum, quos reliquae editiones immiscent, tractatibus, & singula ea, qua exarata sunt lingua, latina latini, & germanica germanici Tomi & minus interpolata mutilataue exhibent. Praeterea ordinem temporis, quo singula prodierunt, sic satis accurate obseruant & ad illum scripta dispossuerunt, quod multum ad rectius Auctorem intelligendum, judiciumque accuratius de sententiis ipsius ferendum, confert, ut mallem eundem in recentissima editione Lipsiensi obseruari, quod index, quem promiserat, Chronologicus non adeo expediti usus esse queat, materiarum uero facile concinnari liceat. Nec tantam in corrigendo, mutando, contrahendo, addendo, libertatem sibi indulgent, quantam quidem reliqui inprimis Wittebergenses editores, nimis audacter exercuerunt: sed tanta circumspectione ac modestia usi sunt, ut, quae ipsis manifesto in mendo labare uidebantur, non tamen in ipso textu immutare auderent, ne imprudentes forte suas cogitationes simul intruderent, sed quae ipsis uerior lectio uideretur, in margine adjicerent. conf. quae in compendio habent ad Historiam editionum Operum horum pertinentia B. CHRIST. KORTHOLTVS *in Hist. Eccl. Nou. Test. Sec. XVI. c. IV. p. 720. sqq* & GOD. ARNOLDVS *in Hist. haeretica P. II. L. XVI. c. V. § 31. p. 52.* Interim Altenburgensi editioni, quae cum Jenensi germanica fere conuenit, ob alias rationes laus decusque suum manet. Locupletissimam enim hactenus, & ob uarios indices summa diligentia confectos utilissimam omnium esse nemo facile negauerit. De noua Lipsiensi adornanda, cujus nuper Tomi VII. priores lucem uiderunt, conf. *Noua Literaria Germ. Lipsiae ed. solita An. 1728. n. 6. p. 60.*

***Posteriores D. Lutheri.* Nonnulli in ea sententia quidem hodie sunt, quod priora B. LVTHERI scripta plus diuini spiritus, lucis roboris-

ipso scripta: Ipse enim Lutherus in primis suis scriptis multa do le-
desi- gendi.

roborisque habeant, quam posteriora & illa his praeferenda sint, quod, dum certaminibus contra aduersarios nimium distractus affectibus frena laxauerit, pietatis & deuotionis uis in ipso defecerit. Eo praeter ARNOLDVM *in V.* LVTHERI *Collectioni Vitarum Credent.* inserta, inque *Historia Haeretica P. II. L. 16. C. V. p. 49. sqq.* tendit Fanaticus ille notissimus CHR. ANTON. ROEMELINGIVS *in der Ausführung aus Babel p. 126.* & *Tomus nouus Opp.* LVTH. *Halae Saxonum ed. 1702. in praef.* Scilicet uera rei ratio in promptu est, & facile subodorari potest: recens B. Vir a Lectione mysticorum erat, & nondum satis malorum illorum gnarus, quae ex incauta libereque prolata saepe formula per abusum Fanaticorum oriri solent. Hinc stilus in prioribus ipsi aliquando lutulentus fluit, nec a mysticis speculationibus multisque improuide & subobscure dictis sibi satis cauere potuit: in quo homines, mysticae Theologiae nimii amatores, & in Enthusiasmum procliues, non, quod pueri in faba, & clypeum erroneis sententiis suis se inuenisse arbitrantur. Absonum autem plane est, Viro integerrimo in propria causa & uerborum suorum optimo interpreti fidem assensumque denegare, qui tot obtestationibus rogat atque hortatur, ut Lectores naeuos, quos agnoscit longe plurimos, in primis libris suis meliorem in partem interpretari uelint. u. *Praef. Tom. I.* conf. EL. VEJELIVM *im güldnen Kleinod* LVTHERI *p. 277. sqq.* & quod majus est: sibi aliisque persuaderi posse: tot Viri DEO charissimi laboribus, curis, concertationibus tentationibusque probe & in dies singulos exerciti, dona Spiritus Sancti, crescentibus annis, studioque Sacrarum Literarum & precum ardore crescentibus, imminuta esse, & uim diuinae lucis atque efficaciae in eo decrescere potuisse. Vide quaeso exasciatum B. BALTH. MEISNERI judicium ea de re apud THOM. CREENIVM *in Exercit. V. de Libris Scriptorum Optimis* §. *33. p. 51.* & adde plura aliorum apud G. M. PFEFFERKORNIVM *in guten Urtheilen uon* LVTHERO *c. VII. p. 51.* In genere etiam huc spectant: JOACH. MÖRLINVS *in Libello de Librorum* LVTHERI *Lectione*, & CONRAD PORTA *in Orat.*, qua ad assiduam Scriptorum LVTHERI lectionem adhortatur, digna, quae

desiderauit, inter Commentarios etiam puros, sed prolixiores refero Homilias D. Brentii doctissimas: Commentarium in Isaiam: Expli-*

repetitis typis in plurium manibus uersaretur. Interim legi possunt, quae in lectione Scriptorum LVTHERI obseruari breuiter jubet B. GODOFREDVS WEGNERVS *in Diss. de ambitu Theologiae, Regiom. 1708.* §. *33. p. 25. sq.*

* *Homilias D. Brentii.* BRENTII commentandi ratio homiletica quidem uidetur, sed exoterica non est; cum & felicissime sensum literalem indagare, & res ipsas una cum dictionibus & phrasibus luculentissime exponere, summaque diligentia ex genuinis fontibus stilo commodo & plano illustrare soleat. Quam ob rem in euehendis singularibus Summi Viri donis, cui LVTHERVS ipse, cum ob eloquentiam tum eruditionem, palmam concedere non dubitauit, *in Ep. Commentario* BRENTII *in Amos* praefixa, compara *Colloquia* LVTHERI *latina Frst. ad M. ed. T. I. p. 189.* Theologi inuicem certare uidentur; & quicquid ejus haberi potest, studiose conquiri & accurate euolui debet ab iis, qui solidam SS. literarum intelligentiam affectant. Ea enim saepe, & utiliora etiam ac solidiora aliquando, BRENTIVS suppeditat, quae in magnis nostri seculi Tractatoribus, ingenio ac doctrina florentibus, ceu noua ac inaudita admiramur ac collaudamus. Diligenter illa omnibus commendat ipse, si quisquam, SS. Literarum intelligentissimus D. SAL. GLASSIVS: „dignissima profecto sunt hujus insignis Theologi scripta exegetica, praesertim in Vet. Test. Libros, quae diligenter euoluantur ab omnibus, qui Theologiae & Philologiae S. etiam studio addicti sunt: quippe doctrinae coelestis omnigenae & obseruationum uariarum ex Hebraeo textu plena.“ *in Philol. Sacra L. IV. tract. I. p. 1176. edit. Lipsi. 1705.* Plura uide in laudem ejus apud THVANVM *L. XLVII. Hist. sui temporis p. 900. ed. in fol. sqq.* MELCH. ADAMI *in Vit. Theol. German. p. m. 208.* MART. CNESIVM *in Annal. Sueuic.* G. CONR. PREGIZER *in der GOtt-geheiligten Poesie des Jahrs 1721. p. 330 sq.* JOH BALTH. BEYSCHLAG. *in memoria* BRENTII *renouata publica disput. Viteb. habita 1693.* & in altera sub Praesidio LOESCHERIANO habita *ib. 1694.* BRENTIVS *orthodoxus dicta.* L. MELCH. FISCHLIN. *in Memor. Theol. Würtenberg. P. I. p. 23. sqq.* GEORG. SERPILIVM

Explicationem Psalterii utilissimam, & Commentarium in Matthæum

PILIVM *in Biograph. Biblic. Script. P. III. p. 39.* & *in Epitaph. Theolog. Sueuorum p. 123.* THOM. CREEN. *in animaduersionibus Philologico-Historicis P. X. p. 225.* qui Reformatorum de eo judicia inprimis collegit. *Bibliothecar. à partium studio alienum P. III. n. 39. p. 187.* JOH. FABRICIVM *in historia Biblioth. suae P. II. p. 19.* ELL. DV PIN *Bibliotheque des Auteurs separez Tom. I. p. 451.* & ANT. TEISSIER *les Eloges des Hommes Sauans tirez de l' histoire de M. de Thou T. I. p. 364. & T. II. p. 413.* cujus quaedam saltem uerba adscribere placet: "Il passe parmy les Luthe-"riens pour un homme illustre par "son Esprit, par son sauoir, par "son eloquence, & par son integri-té. add. *ejusdem Nouuelles additions aux Eloges des Hommes Sauans Tom. III. p. 206.* Vener. J. FR. REIMANNVM tanti Theologi plane oblitum esse deprehendo, eo quidem loco, ubi maxime ejus meminisse debebat, *in introduct. in Hist. Liter. German. nou. L. II. Sect. III. p. 64.* De gente uero BRENTIANA tribusque Viris ejus nominis doctissimis uid. *homilia oppido rara & curiosa* JOH. HYPPOLITI BRENTII *Brentzische Jubel-Predigt Nor. 1627. in 4. ed. Opera* BRENTII junctim prodierunt *Tubing. VIII. Vol. in Fol. 1576. sqq.* Quamuis uero bona & auro quouis cariora haberi debeant omnia, prae reliquis tamen non immerito commendat OSIANDER, Commentarium Esaianum, Decades Psalmorum & Commentarium in Matthaeum, in quibus BRENTIVS se ipsum superauit, & multis sequentium temporum Commentatoribus uaria amplificandae, dissimulato fonte, quem hauserunt, gloriae suae argumenta liberali manu suppeditauit. Vt mirari subeat, Dn. A. H. FRANCKIVM Commentarios in Pentateuchum praestantissima inter BRENTII scripta referre & maxime commendare, quos Commentarium in Esaiam, quem plane praeteriit, in otio etsi ualde molesto, adhibita maxima diligentia, accuratione & rerum copia scriptum, multum antecellere nemo non uidet, qui utrumque opus comparare uelit. uid. *Monita ejus Pastoral. Ideae studiosi theol.* addita §. *45. p. 271.* Quae ad historiam Commentarii hujus Esaiani, qui seorsim *Frfti 1550. in fol.* prodiit, spectare possunt, studiose collegit B. G. SERPILIVS *in Biographia Esaiae p. 283.* quantopere Princeps CHRISTOPHORVS Würtenber-

um neruosissime scriptum: qualis etiam est ejusdem explicatio Epistolae

gicus & HIER. GERHARDVS, summus in Ducatu Würtenberg. JCtus, lectione operis hujus affecti fuerint, ut tumulo etiam secum inferri uoluerint. uid. apud D. J. G. GÖZIVM *in der Todten-Bibliotheque P. I. p. 37.* Decades Psalmorum, memini, Virum in his literis uersatissimum B. THEOD. DASSOVIVM plurimis aliorum & ipsius etiam BRENTII laboribus reliquis haud dubitanter praeferre solitum. Lucem publicam cum continuatione JOH. SCHNEPFII, BRENTIVS enim, morte beata praepeditus, absoluere haud potuit, uiderunt *Tub. 1565. & sq in 4. XV. Vol.* quorum tertio & decimo JAC. HEERBRANDI *sermo funebris* in honorem filiae BRENTIANAE SCHNEPFII uxoris additur. Historiam Decadum harum discere, qui librum ipsum non possidet, potest ex allegata SERPILII *Biograph. Scriptorum Biblicorum P. VIII. p. 402. Commentarius in Matthaeum Tub. 1567. in forma primae magnitudinis* excusus est, & grata breuitate utique se commendat; nec tamen sterili & jejuna quadam paraphrasi absoluitur. Auctor uero ipse scopum rationemque Commentationis suae *in praefat.* edisserit: "arbitratus sum, me non inutilem nauare operam, si demonstrarem, "primum quidem, ad quae prophe-"tica oracula Matthaeus historica" "sua narratione respiciat, & in Jesu" "Nazareno impleta esse doceat." "Deinde, quae sit uera & genuina" "sententia Concionum Christi," "quas Christus ipse de multis rebus," "inprimis autem de officio suo, ha" "buit. Postremo, quis sit uerus &" "proprius usus miraculorum ejus," "quae ab ipso edita esse certissimis" "argumentis commemorantur." Quae etiam in animo scribentis fuisse ipsa operis inspectio quemlibet singulis foliis docebit, quod ad ejus commendationem sufficere potest. Commentarium *in Epistol. ad Romanos* grandiori demum aetate, cum quartum jam supra sexagesimum annum excesserat, scripsit, & in Libros tres distinxit. *Basil. 1565. in 8. paginarum forma* prelo exiit. Ego, si quidem meo qualicunque judicio uti liceret, hunc omnium locupletissimum accuratissimumque existimo, in quo profecto omnes eruditionis theologicae copias BRENTIVS mihi effudisse uidetur, & summa diligentia, lectione uaria & accuratione singulari uerba atque res simul explanat & edisserit, aptissimeque

piſtolae ad Romanos. His annumerentur & aliorum Theologorum ſincerorum & praeſtantium Commentarii. Si quis breui Sacrae Scripturae explicatione delectabitur, licebit illi mea uti Paraphraſi Bibliorum, nouem tomis (in quarta forma) excuſa.*

*Locos Communes D. Philippi**, qui legere uolet, is exactum judi-* Loci communes qua-

---

meque ordinat & in partes ſuas reſoluit. Hinc non immerito in germanicam etiam linguam translatus legitur *Isleb. 1565. in 8.*

* *Mea uti Paraphraſi.* Modeſte opus ſuum commendatiſſimum Auctor noſter commendat. Dixi jam de eo; nunc pauca addere lubet: Multa doctiſſimorum hominum judicia, plurima uero in laudem ejus collecta habent JOH. GOTTL. CARPZOVIVS *in Introd. in Libr. Canon. Vet. Teſt. P. I. c. I. §. 9. p. 16.* JOH. FRID. MAYER *in Hiſtor. uerſion. German. c. V. §. 6. p. 62.* C. ARNDIVS *in Biblioth. Biblica* MAYER. *contin. p. 30. c. I. §. 6.* ALETHAEVS *in Bericht uon Comment. P. I. p. 2. Bibliothecarius a partium ſtudio immunis n. 82. p. 372.* G. JAC. SCHWINDEL *in Biblioth. Paſtor. p. 42.* quibus addi poteſt G. H. GÖZIVS *in Meletemat. Annaeberg. n. 20. p. 1025.* J. JAC. RAMBACH *in Inſtitut. Hermeneut. S. L. III. c. IX. §. 5. p. 685.* & NONNEMO *in Catalogo Biblioth. Schmaderianae P. I. p. 255.* cujus uerba repeti hic merentur: *Auctor hat alles aus Luthero aliisque orthodoxis theologis genommen: und hätten die Vinarienſes auch dieſen Oſiandrum nicht gehabt, ſie würden ihre Paraphraſes ziemlich mager gemacht haben.* Nec praeteriri debet, OSIANDRI *Methodum interpretandi Biblia commendari ab Auctore diſquiſitionis de Var. edit. Scripturae*, quem RICHARD. eſſe SIMON., qui alias in laudandis noſtratibus ualde parcus eſt, nemo dubitat. uid. *Act. Erud. Lipſ. Anni 1685. m. Jan. p. 8.*

** *Locos communes D. Philippi.* Quanto Liber hic applauſu exceptus, & in Scholas Academiasque germaniae plurimas introductus ſit, cum primum ederetur, & quo in pretio habitus a LVTHERO ipſo ſummisque aeui illius Theologis aliis, in uulgus notum eſt. Originem exinde ſuam traxerunt opera CHEMNITII, HVTTERI, aliorum longe doctiſſima, ex publicis in eos recitationibus paſſim habitis conſarcinata. Quibus addi poteſt ABDIAE PRAETORII *Analyſis Loc. comm. Melanchthonis Viteb. 1569. 8.* in cujus praef.

Docto-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0075
DFG

les legendi. *judicium adhibeat, propter causas, quas hodie exercitati in rebus Theo-*

Doctorem suum contra diuersos contemtores acriter defendit. Extat praeterea integer libellus GÖRLIZII, ubi tam magna erat Philippi in curia, templo & schola auctoritas, *1580. in 4.* editus, credo a GREGOR. RICHTERO collectus: De Locorum Theologicorum D, P. MELANCHTHONIS orthodoxa puritate & utilitate assertio & subscriptio praecipuorum aliquot Doctorum III. Capitibus constans: qui uero, quo consilio & quem in finem collectus sit, facile subodorari potest. Rarior, ut solent hujusmodi Schediasmata, est, & juuat nomina Theologorum, quorum elogia cumulata habet, minimum repetere: Sunt scilicet: M. LVTHERI, JOH. MATTHESII, *Actorum Altenburgensium*, MATTH. FLACII, TILEM. HESHVSII, JOACH. MÖRLINI, MART. CHEMNITII, JOH. STIGELII, CONR. PISTORII, MART. SIDEMANNI, JOACH. CAMERARII, EVRICII CORDI, SIM. PAVLI, NIC. HEMMINGII, JAC. HEERBRANDI, *Legatorum Marchion. Brandenb. Ecclesiae Pomeranicae* DAV. CHYTRAEI, PAVLI CRELLII, HIER. WELLERI, JOH. NISAEI, JAC. ANDREAE, NIC. SELNECCERI, GEORG. WALTHERI, JOH. JOACH. MAJORIS, quibus magnam adhuc nubem facile addi posse nemo non uidet u. g. *Intimat. Vitemb. Tom. V. Lit. C.* JOH. SPANGENBERG *Dedic. Margaritae Theolog. p. 2.* BALTH. MENCII *Testimonia ex Scriptis* MELANCHTH. & de illis *P. III. Seruest. 1586. in 8. ed. Scholam* MELANCHTH. *de Lect. Autor. p. 678. sqq.* POLYCARP. LYSERVM *in Dedicat. Loc. Theolog.* CHEMNITII. BALTH. RHAW *Theolog. Polem. L. I. Controu. I. p. 26.* JAC. FRID. REIMANN. *Einleitung in die Histor. Liter. der Teutschen L. II. Sect. III. p. 124. sqq.* & quae collegit *Bibliothecarius a partium studio remotus P. I. n. 6. p. 37. sq.* Conf. JOH. CHRISTOPH. DORN *in Biblioth. Theol. critica P. II. L. IX. c. II. §. 4 p. 695. sq.* D. HENR. MVHLIVS *in Dissertat. Historico-Theol. p. 68. & 72.* & JOH. FRANC. BVDDEVS *in Histor. Critica Theol. dogmat. & moral. inuito auctore edita Frft. 1724. P. I. Sect. III. c. II. memb. II. p. 91.* admiratione inprimis dignum est, *Locos hos* in ipsa urbe Roma lectos laudatosque olim esse, quod probat celeberr. HARDTIVS *in Hist. Lit. Reformat. P. IV. p. 30.* Probe autem obseruari debet, plurimos primam aut priores tamen Locorum horum editiones in animo habuisse, cum tam inuidendas ipsis laudes

Theologicis non ignorant. Compendium D. D. Heerbrandi * *diligen-*

laudes pleno quasi horreo admetirentur. Rara enim charaque imprimis editio omnium prima esse solet curiosis librorum amatoribus, quae sub titulo hypotyposeon sine auctoris nomine prodiit *1521. in 8.* ut tantum non prorsus interiisse conqueratur B. L. HVTTERVS *in Locis Theolog. p. 9. Prolegom.* qui uarias etiam editiones confert & censet. Quoties ab illo tempore auctus, emendatus, immutatus, erroribusque non leuibus insperſis maxime post annum 1541. corruptus sit, difficile dictu est, & longa nimis esset historia. Cum cura tamen docteque eam recensuit GEORG. FRID. STIEBERVS *in Historia Theol. Dogmaticae* LVTH. & MELANCHTHONIS, etsi fundum hunc nondum exhausisse mihi uideatur, *Gustrou. 1712. 8.* Compara D. J. FRID. MAYERI *Diss. de Loc. Theol. Melanchthonis, & Recension. Nouantiquas Anni 1728. P. II. p. 193.* ubi 22. libelli hujus editiones recensentur, quas omnes solus in penu sua amplissima Arnstadii possidet celeberrimus JOH. CHRISTOPH. OLEARIVS. Obiter addo, praecipitanter judicasse celeberrimum PFAFFIVM editiones ab Anno 1535. iis, quae ab Anno 1521. editae sunt, meliores esse *P. I. Introduct. in Histor. Lit. L. II. p. 216.* nec enim error de Fato Stoico ab iis etiam, quod falso sibi persuasum habet, exulat, & multo plures larga segete accesserunt.

* *Compendium Heerbrandi.* Gratissimum illud fuit plurimis, qui διδασκαλίας ἀκρίβειαν magni facere solebant, ob accurationem, perspicuitatem ac soliditatem, qua Theologus hic magni nominis in scriptis suis uti solet. Prima ejus editio est anni 1573. in 8. ex quo tempore saepius prelum exercuit. conf. PREGIZERI *Biblioth. Sueuo-Würtenb. P. I. p. 369.* adeoque HVTTERI *Compendium* longe praeuertit, cui minus accurate aequale facit Theologi Salani *Hist. Critica Theol. loco allegato* § 4. *p. 82.* Graece illud a MART. CRVSIO uersum STEPH. GERLACHIVS *Jeremiae Patriarchae Constantinopolitano* exhibuit, qui non nisi mole territum se, otiumque perlegendi & perpendendi temporis angustiam negare questus, itinera aliasque occupationes praetendit; quod, quorsum tendat, quisquis pituita non laborauerit, facile intelliget, uid. STEPHANVM GERLACHIVM *in itinerario Constantinop., Tage-Buch ed. A.*

ligenter euoluatur. Exstant & Loci Communes D. Timothei Kirchneri.

1577. *p.* 348. HENR. HILARIVM *in Comment. ad Phil. Cyprii Chronic. Eccles. Graec. p.* 423. atque *Acta & Scripta Theol. Würtenbergensium & Jeremiae Patriarchae Const. p.* 371. *sq.* ut non immerito ERHARD. CELLIVS cecinerit *in Imagin. Profess. Tubing. Lit. D.* 2.

Compendii illius, quae sit praestantia sacri;
Europae atque Asiae tum didicere plagae.

Non pigrabor, quae idem CELLIVS *l. infra citando* habet, huc transferre: "Compendium Theologiae dexte-"ritate judicioque summo, metho-"do facillima conscripsit, & in lu-"cem emisit A. 1573. quod maxi-"mo omnium applausu exceptum "est, & multis diuersis locis hic "Tubingae, Magdeb. Lipsi. Wit-"tenbergae typis excusum. Id "ipsum postea in gratiam Studio-"sorum Theologiae & ad Consen-"sum in L. Concordiae promouen-"dum An. 78. auctius euulgauit. "Compendium hoc latinum HEER-"BRANDINVM opera DN. P. LEY-"SERI, tunc Giblersdorffii in Mis-"nia Concionatoris, nomine Do-"mini HEERBRANDI Constantino-"polin peruenerat. Quod cum a-"pud DN. STEPH. GERLACHIVM, eo tempore Aulic. Conc. Gene-" ral. BAR. DN. DAV. VNGNAD" Imp. ad Turcicum Sultanum Le-" gati uidisset Dominus JOH. ZIGO-" NATES, Magnus Ecclesiae Graecae" Sacrorum Interpres: ejus (com-" pendii) mentionem apud sanctis-" simum Dn. Patriarcham Jeremi-" am fecit, qui illud a D. JOH. com-" mendari audiens, id se habere" graece conuersum optauit; quo" cognito Tubingae & Stutgardiae" "illustriss. Princeps LVDOVICVS a" CRVSIO, graeci sermonis peritissi-" mo, tanquam ROSCIO, in grae-" cam L. clementi jussu conuerti" uoluit: & mature quidem, quo" D GERLACHIO ante discessum" isthic transmitti posset: idque" factum est, & magno & praecla-" ro D. CRVSII labore. Impressio" autem graeco-latini operis Basil." ubi jam Typographum habebat," a Cinglianis A. 80. impedita fuit;" nec deinde An. 81. Francofurti" successum habuit: tandem uero" Vitembergam missum, curante" Cl. Viro Dn. D. P. LEYSERO A." 82. in Typographia Viduae Joh." Cratonis Margarethae & filii e-" jus Zachariae, sumtibus Sam. Seel-" fischii impressum exiit. Quaedam" exemplaria Constantinopolin &"

"Alexan-

"Alexandriam in Aegyptum per-
"uenerunt. Non displicebit haec
conferre cum iis, quae MART. CRV-
SIVS in Turco-Graecia, libro a pau-
cis lecto, habet *in Annot. L. VII. ad Epist. XVII. p. 502.* cum multa nos
de pretio & usu Compendii hujus
docere possint. Quod ad Com-
pendium HEERBRAND. attinet,
scribit alicubi GERLACHIVS *Epist. XXVI. Nou LXXV.* "sibi id per
"POL. LYSERVM missum esse: & se
"accepisse per nobilem quendam
"Bauarum Dn. EVSTACH. A ROSS,
"qui hunc librum loco scurrili-
"um libellorum, quorum in pro-
"fectionibus frequentior usus, si-
"bi comitem itineris esse uolue-
"rit. Quem librum etiam JOH.
"BAPT. VEBERO C. D. Vice-Can-
"cellarii Imp. F. licet in P. religi-
"one educato, Constantinopoli
"placuisse: quod asperitate uer-
"borum omissa, robore S. Scri-
"pturae nitatur, & *in Epist. XVI. "Maii 77.* scripta optat GERLACHI-
"VS: illud opus ad graecae Eccle-
"siae utilitatem graece conuerti:
"quod etiam a Patriarcha cupi.
"Ideo magna auctoritate hortatri-
"ce, ego pro mea tenui parte a 28.
"Jun. (inter binas quotidie prae-
"lectiones & Examina Candidato-
"rum utriusque laureae) usque ad
"18. Sept., uno calamo perpetuo
"stans, aut ad libros discurrens,
conuersionem eam τοῦ Θεοῦ absol-"
ui: munde M. JOH. TRACHAEO"
describente. Deinde A. 79. al-"
teram fere altero tanto majorem"
editionem a 30. Sept. ad 30. us-"
que Octobr. interspersa eorum,"
quae passim accesserant, conuer-"
sione, eodem illo calamo graece"
reddidi quam mihi meus JAC."
MAIER munde descripsit." De
ipsius HEERBRANDI uita & meri-
tis ERH. CELLIVS *in Orat. prolixa & diserta Tub. 1600. in 4. ed.* egit uide-
rique possunt, quae studiose ex
uariis Scriptoribus congessit dili-
gentissimus FISCHLINVS *in Memor. Theol. Würtenberg. P. I. p. 72. sqq.*
conf. G. M. KOENIGIVS *in Biblioth. p. 384.* & ELL. DV PIN *in Bibliothe-
que des Auteurs separez T. I. p. 537.*
qui ita de eo pronunciat: Nous"
n' auons rien a dire de lui, si ce"
n'est, que c' etoit un mediocre"
Theologien, qui ecriuoit assez"
peu sensement, & dont les Ou-"
urages ne sont d' aucun prix."
Binas uero editiones Compendii
Theologici PINIVS nimis distin-
guit, quae tamen parum aut nihil
a se inuicem in modo tractandi
differunt; ex quo non nisi alteram
oculis usurpasse censendum est.
Etsi dissimulare nolim, editionem
1579. Lipsiae curatam in 8. prio-
ri duplo fere auctiorem esse, in
cujus praefat. multis millibus Ex-

emplis distractis certatim tamen Lipsi. Witteb. & Magdeb. recusum fuisse dicitur: ex quo applausus ab initio nobis dictus satis uideri potest. Libris uero rarioribus annumerari a B. KORTHOLTO *in Prodromo ingenui Theologiae cultoris c I. §. 2 p. 3.* ualde miror, cum uix aliqua suppellex literaria superiori seculo collecta aut forum aliquod ueteramentarium sit, ubi non reperiatur. Restat, quod in Historia hujus Compendii a nemine obseruatum esse mireris: tanto ubique locorum applausu exceptum, tot omnium maximorum minimorumque calculis comprobatum opus, qui acerrima censura uexaret, diriſſimisque conuitiis oneraret, inuentus tamen fuit M. JOH. FRAXINAEVS Gothan. Poeta Caesareus, qui aliquot libellis pro M. FLACIO editis inter magnorum nominum cadauera, HEROSTRATI cujusdam more, ad nominis aliquam celebritatem contendere ausus est. Edidit ille ipse notas aliquot in *Compendium* J. HEERBRANDI *1601. in 8.* Vix oculis fidem habeas, quot quantasque maledicentissimum os diras in Virum summum librumque ejus praestantissimum euomere studeat. Pauca ex multis, quae causam ineptissimae simul censurae odiique plane internecini produnt, producere placet: "Per multos nunc annos in scholis quibusdam, praecipue in Collegio" Palatino ad Danubium, Argentinensis Scholae colonia, nescio," cujus Spiritus instinctu, receptum" est D. J. H. Compendium, & a" circumforanei creaturis in tantum commendatur, & ad coelos" usque summis laudibus effertur," quasi nullum purius usquam &" omnibus absolutum numeris o-" pusculum extiterit, in qua praecipua religionis capita tam terse," tam aperte & casta methodi lege" contineantur explicata Verum" cum ad S. Liter. lumen & D AVGVSTINI atque LVTHERI mecum" reuocarent non ignobiles, libramentum, dispendium istuc ueri-" us teterrimis scatens erroribus," & ex diametro cum Ecclesiarum" nostrarum Symbolis uetustiori-" bus & Würtebergensium quondam confessione multo saniori &" puriori intellexerunt pugnare." *in Dedic. ad* FRID. WILH. *Sax. Ducem f. 3.* similia & atrocia in singulis pagg. occurrunt, adeo ut furibundo similis & diabolico reuera percitus uestro inter alia *p. 69.* eructet: Eant nunc Würtenbergenses &" Lauingani horum pedarii, con-" sutam hinc inde chimaeram dimi-" rentur & deosculentur; nos ue-" rius animarum dispendium hoc-" ce angue & orco pejus detesta-" "mur

ueri. Fortaſſe etiam ſimpliciöribus nonnihil adjumenti adferet mea Inſtitu-*

"mur & execremur. -- Nam "quid de corraſis undequaque "compendii quisquiliis ſentien- "dum ſit, uel me tacente, puer ali- "quis ſcite inſtitutus dijudicatu- "rus. Nec in eo ſubſtitit homi- nis furor: edidit eodem loco & anno Epiſtolam aliquam JOH. MARBACHII contra HESHVSIVM ſcriptam, cui elegiam addidit ſatis prolixam nec cetera inuenuſtam, quam putridam HEERBRANDI chartam uocat, *p 37.* & effutire non erubeſcit craſſiſſimis calumniis:

Aurea Scripturae nunquam penetralia adiuit,
Siue Auguſtini nobile uidit opus.
Fas errare hominem: neque ueri cernere lumen,
Quanquam Praepoſitum nuncupet aula Ducis.
Plura referre pudet, quam fundamenta ſalutis
Impetat; hinc uere hunc dixeris haereticum.

At uero: bene eſt, quod nihil rabidi canis latratus ſoli quoque uerſum radios ſuos ſpargenti obfuerint.

* *Timothei Kirchneri.* Theologi uariis laboribus & exiliis probe exerciti Enchiridion latine aliquoties & germanice etiam editum uidi, breue & conciſum opuſculum in gratiam V. D. Miniſtrorum ſui temporis in Thuringia ſcriptum: quod noſtrum innuere conjicio. Explicationem enim Articulorum fidei & methodicam explicationem praecipuorum capitum doctrinae coeleſtis, quos ceu diuerſos ab eo libros J. CASP. ZEVMER *in Vitis Profeſſor. Theol. Jen n. 16 p. 80. & 81.* allegat, parum eſt, quin idem illud Enchiridion eſſe exiſtimem; niſi per illam Theſaurum ex LVTHERI Scriptis, a KIRCHNERO collectum, fortaſſe innuat. Accuratior igitur hic eſt, quod mirere, celeberrimus DV PIN *l.c. T. I. p. 547* qui breuiſſimis licet uerbis etiam ejus meminit. Adhaec uitam ipſius dedit M. ADR. BEIERVS *in Syllabo Rector. & Profeſſor. Jenenſ. L. I. n 10. p. 468.* & ex eo FREHERVS *in Theatr. Erudit. Vir. P. I. Sect. III. p. 270* Aliquando huic Theologo non omnino cum Collega ſuo NIC. SELNECCERO conueniſſe uidetur, cui CHRISTOPH. PEZELIVS exprobrauit, quod jocari ſolitus fuerit:

Non bonus eſt Paſtor, ſed mera, Kirchner, ouis

In der Wiederlegung ſeiner (SELNECCERI)

Institutio Religionis Christianae, latine edita: in qua praecipua fidei Christianae capita quam simplicissime (dissimulatis obscurioribus scholasticis terminis) explicui, & sacris literis confirmaui. Sed & in hoc genere exstant multa praeclara Scripta, in quibus nunc aliqui, nunc plures loci Theologici neruose & perspicue tractantur. Quorum lectionem Theologiae studiosus, pro libero suo arbitrio, per uices sibi distribuet**. Varietas enim (ut est*

CERI) *Entwerffung p. 83* Conf. sub nomine *des Chur-Brandenburgl. Stadthalters Antwort wieder* GEDICVM, *editam Apologiam Reformationis Berolinensis p. 198.*

* *Praecipua Fidei Christ. Capita.* Opusculum apte docteque concinnatum prodiit sub titulo: *Institutio Christianae Religionis s. Loci communes Theologici Tubing. 1578. in 8uo.* in germanicam postea gallicamque etiam linguam translatum est, uide PREGIZERI *Bibliothec. Sueuo-Würtenberg. p. 369.* ordine tamen & accuratione rerumque copia multum HEERBRANDINO aliisque cedit; neque extra Patriam suam orasque Rheni innotuit, aut docendae iuuentuti adhibitum fuit.

** *Per Vices sibi distribuat.* Equidem consilium, quod Auctor praebet, malum adeo in se non est, sed cum cautione tamen & recte intelligendum: Si uidelicet uerbi diuini Minister uni alicui Systemati familiariter se jam tradiderit & Methodum connexionemque rerum ad ejus seriem accurate studioseque animo impresserit: ut classes quasi doctrinae sacrae memoriae firmiter infixas per omnem uitam suam teneat, quorsum singula apte referri debent, quae uel accuratius ab aliis tradita, uel copiosius explicata, uel solidius confirmata, per omne Scriptorum genus grata uarietate uagatus, deinde legerit. Secus si sit, ego potius doctissimum GAVSSENIVM hic audiendum esse existimauerim; cujus uerba adscribere non pigebit: "Tyrones hortamur, ut unum aliquod Theologiae Systema in manus sumant, quod per aliquod tempus legant unum, terant, discant etiam, certe e manibus non prius deponant, quam illius regulis & praeceptis penitus imbuti fuerint: nam Lectio certa prodest, uaria delectat. Qui, quo destinauit,

est in prouerbio) delectat: & ingenium minus defatigatur, atque

"uit, peruenire uult, unam sequa-
"tur uiam, non per multas uage-
"tur: nam non ire illud, sed erra-
"re est. Onerat discentem turba,
"non instruit: multoque satius est,
"paucis te auctoribus tradere,
"quam errare per multos, quod
"de librorum lectione a SENECA
"generaliter dictum, praesertim
"de methodis theologicis uerum
"esse arbitramur; cum pluribus
"ejusmodi libris immorari, & nul-
"los omnino legere, studiis uestris
"aeque noxium & damnosum sit.
"Nam ut qui nullos legerit, The-
"ologiae, utut alias in Scripturae
"lectione exercitatus sit, imperi-
"tus habebitur; cum res, pessimo
"sane instituto, eo adducta sit,
"ut pro Theologo non habeatur,
"qui idem non sit Methodista o-
"ptimus, ita, qui plures uersaue-
"rit, memoriam non tam adjuua-
"bit, quam rerum diuersitate ob-
"ruet opprimetque: cum tamen
"Methodi Theologicae in eum
"praecipue finem inuentae sint,
"ut memoria subleuetur, & quae
"hic illic in Ep. ad Rom. in Gene-
"si, in Apocalypsi, &c. sparsa
"jacent, tanquam in classibus qui-
"busdam, intellectui uno obtutu
"contemplanda proponantur. De Studii Theol. ratione, quae inter Dissertationes ejus theologicas *Ima* est *p. 12 sq. p. 17. sq.* Locus SENECAE expendi meretur, & in omni studiorum genere ualet, u. *integrum Epist. II. p. 203. ed Amstelod. 1610. cum Not. Varior.* Quod uero GAVSSENIVS pessimum consilium uocat, cujus utilitatem hic ipse praedicat, in eo propria uineta caedit. Neque culpari debet, quod ad juuandam memoriam, formandumque judicium multum facit, Deumque ipsum, omnium etiam naturae bonorum fontem, auctorem habet, qui rationem hominibus, ut ea prae ceteris animantibus emineant, dedit, ejusque usui in sacris sobrio & moderato nunquam interdixit. Cur igitur non optimo consilio is, qui conditoris sui donum ingens & summo pretio habendum accuratius prudentiusque aliis usurpare didicit, & concinna methodo ac ordine ueritates theologicas a Deo ipso, boni ordinis auctore, in S. literis suppeditatas sibi familiares reddidit, aliis praeferri debeat, qui studiosa, sed tumultuaria tamen, S. Scripturae lectione tam accurate eas non eruerunt, neque tam ordinate comprehenderunt, neque

que obtunditur, si non semper aut nimis diu in uno aliquo scriptore detineatur.

Quod

que cum aliis, quod necessario sequitur, communicare possunt? Qui enim ipse non distincte satis doctrinas aliquas animo complexus est, quas mente memoriaque tenet, ille nec alios prompte, perspicue ac feliciter docere eas poterit. Ceterum eadem mens ac sententia est Theologi inter Nostrates Summi J. FECHTII: "Non "est, ait, quisquam, quin non "salutare tantum, sed necessari- "um esse sentiat, ut quisquis The- "ologiae studio se consecrauit, ex- "culto per Philosophiam qualiter- "cunque ingenio, mature bono "solidoque compendio sese addi- "cat, quod non legere tantum diu "noctuque, sed, si fieri possit, im- "primere memoriae, locaque scri- "pturae, pro confirmandis fidei "morumque dogmatibus allata e- "uoluere, in toto contextu consi- "derare, & quo neruo conclu- "dant dispicere, eoque, tanquam "manuali suo, per omne uitae tem- "pus uti queat. Quod si ultra uul- "garem sortem producere studia "sua haut queat, sufficerit hoc, "addita qualicunque aduersario- "rum, quos inter maxime uiuimus, "cognitione, continua & indefessa opera ita feciſſe, ut biblico stu-" dio juxta compendium suum the-" tico-antitheticum, quae e.g. sunt" Institutiones DIETERICI, Theolo-" gia Positiuo-Polemica KROMAYE-" RI uel similes, sese totum dedat," & in illo potius, quam libris qui-" buscunque aliis, in quibus uage-" tur potius, quam habitet, breuis-" simum, quod concessum ipsi est," tempus consumat." In *Dissert. de Studii Biblici cum Systematico connexione* § 13. Quae ideo prolixius adducere uolui, quod simul bene utiliterque uaria admoneant SS. Lit. Studiosos, quos tantum non quotidie nimis uel supina inertia, uel desultoria uagaque lectione libellorum germanicorum musteorumque peccari uidemus. Addi adeoque meretur *Obseruatio* ANT. WALAEI *utilissima ex Orat. Inaugur. A. 1619 hab. p. 25.* Omnino con-" sultum puto, ut ante omnia Com-" pendium aliquod LL. CC. per-" legatur, & animo infigatur, quo" uno quasi obtutu totum aliquod" Theologiae corpus ac Systema" comprehendatur, ac deinde de" singulis materiis a uiris magnis &" laudatis conscripti tractatus con-" sulantur atque euoluantur, ut"

quae

Quod si quis forte etiam ad scripta Patrum usque exspatiari* Patrum Scripta

"quae in toto corpore conjuncto "semper minutatim explicari non "possunt, in singulis deinde mem- "bris accuratius obseruentur, "quemadmodum, qui alicujus cor- "poris conditionem & pulchritu- "dinem comprehendere recte & "integre postulat, ante omnia to- "tius illius corporis contextum ac "statum perlustrat, ac deinde sin- "gula membra & ipsorum consti- "tutionem exactius contemplatur "atque examinat.

* *Ad Patrum Scripta.* Utique non cuiuis hanc licet adire Corinthum, quod uel facultatum tenuitas, uel Bibliothecarum defectus, uel ingenii imbecillitas, uel temporis etiam penuria obstent: quibus uero ea etiam felicitas contingat, ut nihil horum uiam praecludat, illis tamen hoc uastuosum mare sine duce & Pharo tentare nullo modo suaserim. Equidem apud nostrates pauciſſimos in hoc studiorum sacrorum genere ad aliquem perfectionis gradum pertingere posse fateor; non tamen, justum credo, dolorem dissimulare possum, quod illi etiam, quibus nihil adeo impedimenti est, saepe exiguam uel plane nullam in utilissima, si recte instituatur, Patrum Lectione operam ponere, & omne tempus a publicis muneris laboribus uacuum, non nisi euoluendis neotericis quibusdam scriptoribus, relictis plane ueterum fontibus, terere uideantur. Sit ita: arduum ac difficile multisque modis impeditum iter nos hic ingredi, & ob uarias rationes ad summa eniti haud posse: melius tamen est aliquid, quam nihil agere & prodire tenus, si non datur ultra. Nec enim laboris prolixitas, aut subsidiorum defectus, aut aliud quid ab hujusmodi conatu absterrere penitus nos debent, cujus utilitas ingens & gloria non exigua est. Nulla profecto Theologiae pars est, quae non insigne adjumentum decusque ac lumen inde foenerari possit. Id quod, ne quidem de Theologia exegetica, negari potest, etsi Patres SS. Literas minus feliciter interpretatos esse contendat eruditissimus Anglus DAN. WHITBY *in Dissert. de scripturarum interpretatione secundum Patrum Commentarios, Lond. 1714. 8.* cum dato specimine in *Decade Obseruat. S. ex PP. Apostolicis* comprobauerint Viri Cl. BERNH. RAVPACH *Kilon. 1711.* & M. SIGISM. BASCHIVS *in Dissert. de Nou. Test. ex Patribus Apostolicis interpre-*

an, & quando *ſpatiari uelit: id quidem licebit: ſed tamen, ne impingatur, accu-*

ratione L. 1726. Conf. *de utilitate Lectionis Patrum in noſtra Eccleſia egregie differentem* JOH. GERHARDVM *L. I. Generali Confeſſ. Cathol. P. II. c. XIII. p. 550.* quem hic exſcribere nolo. Concedam inſuper, nonnullos, imprudenter in Lectione Patrum uerſatos, in uarios impegiſſe lapides; legatur docta elegansque M. JOH. CHRISTOPH. WENDLERI *Diſſertatio de Viris ex Proteſtantium coetu doctis, qui incauta Patrum lectione ſeducti in errores uarios prolapſi ſunt, Jen. 1715.* uentilata: quibus adjici debet Exemplum memorabile Theologi, qui 40. paene annos in lectione Patrum tanta diligentia uerſatus fuerat, ut multas eorum, etiam prolixas, diſputationes memoriter recitaret, parum tamen ſe utilitatis ex illa lectione ſe conſecutum fuiſſe ipſe fatebatur ap. CHYTRAEVM *Omn. de opt. rat. diſcendi Theol. l. c. p. 471.* Non deſunt cautelae & ſaluberrimae admonitiones, quas erudita diligentia Viri quidam docti dederunt in lectione Patrum obſeruandas, quibus praemuniti, ſcopulos, ad quos aliorum ratis colliſa eſt, facile Lectores cauti ac induſtrii euitare poterunt. Aliqua ſatis bene OSIANDER noſter monuit, & inprimis neceſſe eſt, antequam operi ſe aliquis accingat, ut uera ac certa a ſuppoſititiis & dubiae fidei ſcriptis Veterum Doctorum opera probe diſcernere addiſcat. Enimuero praeter GVIL. CAVEVM aliosque, qui in hanc Hiſtoriae Literariae parte plenius accuratiusque elaborarunt, multa ſummatim, & exemplis quoque copioſe adductis, praeceperunt ANDREAS RIVETVS *in Critici S. L. IV. Geneu. 4tum editus 1660. 8.* & ROBERT. COCVS *in Cenſura quorundam Scriptorum, quae ſub nominibus ſanctorum & ueterum Auctorum citari ſolent, primum Lond. 1623. in forma media & 5ta demum uice Helmſt. 1683.* cura GEBH. THEOD. MAYERI *ed. in 8.* quos duces ſibi hic perpetuos elegiſſe neminem poenitebit. Addi uero, aut praemitti etiam utiliter poſſunt *Obſeruationes* ANDR. GERH. HYPERII, Viri eruditiſſimi, *in Theologo S. Libro IV. de ratione Studii Theolog. c. IX. Obſeruat. XV. p. 677. ſqq.* & ABRAH. SCVLTETVS *in Aphoriſmis de fructuoſa Lectione Patrum*, quos *Medullae Theologiae Patrum P. I. Neapol. Nem. 1605. in 4. ed.* praefixit. Inprimis commendari mereretur conſilium B. LVTHERI Spalatino datum, quod totum

accurato judicio opus erit: ideoque tardius ad talium ſcriptorum lectio- & quomodo legenda.

tum huc ſpectat, & quo, contra ERASMVM, AVGVSTINVM HIERONYMO praefert: apud D. VAL. E. LOESCHERVM *in Actis Reformat. T. II. c. IV. p. 600. ſqq.* Porro *luculentiſſima praefatio* B. SAL. GESNERI *in Enchiridion* D. AVGVSTINI a ſe *Viteb. 1604.* editum *de uera Patrum Lectione & Lectionis utilitate*, quam tantum non prorſus negligi & contemni a plurimis ſaepe dolui, qui inuenta fruge noſtrorum Theologorum glandibus tamen exoticis ueſci malunt. Neque uero horum etiam operam praeteriri uelim. BONAV DE ARGONNE tract. *de Lect. PP. Eccleſiae Gallice ſcriptus*, & *Paris. 1688.* uulgatus, utiliter adhiberi poterit, ſi haberi queat, & hypotheſes religionis, cui addictus fuit, ſegregemus. Idem de JOH. MABILLONII *Traité des Etudes Monaſtique ib. 1691.* qui *P. II. a C. I. usque ad V.* multa de Lect. PP. egregia doctaque praecipit, ſentias. Ex noſtris addantur M. CHEMNITII *Oratio Locis Theologicis* praefixa, JOH. MICH. DILLHERRI *Praefatio Guſtus Philologiae SS. Patrum*, J. A. QVENSTADIVS *in Ethica Paſtor. Monit. V. p. 49. ſqq.* B. MEISNER. *Diſp. V. de praecognit. Theologiae Theor. XII. ſq.* BALTH. RHAV *in Theolog. Polem. L. I. controu. I. c. III. p. 45.* THEOPH. SPIZELIVS *in Literis ad* A. FRITSCHIVM a J. F. FELLERO *editis in Monumentis uariis Trim. VI. p. 381.* Denique, licet paucis ipſius Pelagi Patriſtici fundum tentare datum ſit, non inutiliter tamen littus ſecare licebit. Dicam quid uelim: Minora Patrum ſcripta neminem praeterire debere, ut ſunt: LACTANTII, de graecis agemus infra, ARNOBII, MINVCII FELICIS omnia, AMBROSII pleraque inprimis *de officiis liber*, BERNHARDI quaedam, addo: C. CYPRIANI, TERTVLLIANI plurima, inprimis *Apologetica*, AVGVSTINI *LL. Confeſſionum, de Ciuitate DEI, de Spiritu & Litera, Enchiridion de Doctrina Chriſtiana*, HIERONYMI, AVGVSTINI aliorumque Epiſtolae. De plurimorum ſtylo breuiter, ſed accurate cenſet J. STVRMIVS *in Inſtitut. Literatae* (*Thor. 1586. in 4.* collectae) *Tomo I.* Nec autem quis exiſtimet, Miniſtrum Verbi ad Patres legendos excitari, ut ſententias eorum in Homiliis crepet, quod ex *Polianthelis, Florilegiis, Gnomologiis, Langianis, Meckelianis*, aliisque hujus commatis libris perfacile eſt, ſed, ſin etiam uſum homileticum ſaltem ſpectare uelit, ut pias illorum meditationes in ſuc-

lectionem accedendum puto: cum uidelicet judicium in Lectore jam est bene confirmatum. Multa enim scripta sub nomine Patrum supposititia Ecclesiae obtruduntur. Verbi gratia. Libri Clementis, quos*

---

cum et sanguinem conuertat, & ad similes cogitandi occasionem nanciscatur.

**Verbi Gratia.* Laruam his detraxerunt Viri doctissimi passim, quidam etiam integris libris; ut fere ineptire uideatur GOD. ARNOLDVS, cum Recognitiones Clementis genuinum opus esse ejus, cujus nomen mentitur, asserit in *praef. uersionis germ. ab ipso curatae, Berol. 1702. in 8.* qua facile & sine damno carere potuissemus. Optima illarum editio est J. BAPT. COTELERII *in Patrum Apostolicorum quos uocat, monumentis Antw. 1698. ed. 2.* Fragmentum graeci textus producit JOH. ERN. GRABIVS *in Spicilegio SS. Patrum T. I. p. 289. sqq.* Canones Apostolorum ejusdem ualoris sunt; quod inuictis argumentis demonstrauerunt THOMAS noster ITTIGIVS *in Diss. de Pseudepigraphis Apostolorum p. 520.* GERH. VAN MASTRICHT *in Hist. Jur. Canon. n. 105. p. 79. sqq.* SAM. BASNAGE *in Annal. Eccles. Tom. II. ad ann. 300. §. 10. p. 465. sqq.* & ex parte aduersa ipse JOH. CABASSVTIVS *pec. diatribe notitiae Concilior. p. 108.* inserta. Prae reliquis uero fusissime JOH. DALLAEVS *in Libris III. de Pseudepigraphis Apostolicis Harderwici 1653. in 8.* editis, quo cum merito D. JOH. GVIL. JANI, Theologi Vitembergensis, praematura morte rei literariae & sacrae haud ita pridem erepti dissertatio conferri debet, qua J. DALLAEI ac GVIL. BEVEREGII sententias inter se comparauit, & 2do tertioue seculo quidem confectos, 5to autem demum collectos fuisse euincit. Conf. M. CAR. FRID. BEZOLDVS in *Dispp. II. de Constitution. Apostol. L. 1698.* editis, sed haberi prohibitis. JOH. PAVL. HEBENSTREIT *in Dissert. Historico-Theol. de Canonibus Apostolicis, Jen 1702.* VINC. PLACCIVS *in Theatr. Anonym. T. I. c. II. §. 638. p. 78. sqq.* Idem, quem laudauimus, DALLAEVS, accuratissimus antiquitatis Ecclesiasticae uindex, ut JAC. VSSERII dissertationem taceam, de scriptis, quae sub DIONYSII AREOPAGITAE & IGNATII ANTIOCHENI nominibus circumferuntur, Libris II. docte copioseque egit, *Geneu. 1666. in 4.* editis, omniaque

tam

quos Recognitionum appellant: Canones Apostolorum: Dionysii Areopagitae scripta: Ignatii Epistolae: Romanorum Pontificum Epistolae decretales: & uarii alii libri Patribus falso adscripti. Sed & Commentarii Patrum non supposititii suos habent naeuos * non*

---

tam accurate excussit, ut impostura fraudesque non oculis solum cognosci, sed manibus etiam palpari queant. Conf. S. BASNAGE *in Annal. Eccles. Tom. I. ad ann. 51. §. 61. p. 645. sqq.* & MICH. FRID. QVADIVS *Dissert. Academ.* de DIONYSIO AREOPAGITA sub Moderamine D. J. FRID. MAYERI *Gryphswald. 1708.* habita. Et HENR. CONRAD ARENDS *Unpartheyische Lebens-Beschreibung Dionys. Areop. Goslariae 1725. in 4.* qui breuiter & accurate satis, quae sparsim alii habent, congessit, & de scriptis eorumque editionibus etiam disseruit, pluresque hujus generis diss. de Patribus priscae Ecclesiae pronum sit. At uero IGNATII Epistolas, ualde quidem interpolatas, minime uero omnes spurias existimare licet; quod 6. priores magnam antiquitatis speciem prae se ferant, & genium aeui apostolici ostendant. uid. THOM. ITTIGII *Dissert. de Patribus Apostolicis* Bibliothecae Patrum Apostolicorum prefixam §. *83. p. 255. sqq.* Et qui prolixe ac diligenter omnia, quae partitiem apud alios quaerere necesse est, conlegit Civis doctissimus, M. CHRISTOPH. BEYER *in Diss. II. Historico-Critica* de IGNATIO *Lips. 1722.* Mihi igitur, si sententiam meam interponere liceat, Cl. TENZELII rigidior paulo conjectura uidetur: non nisi fragmenta genui-" narum IGNATII Epistolarum" hodie supereſſe, plures etiam o-" mnino integras ceu spurias reji-" ci debere," u. *P. I. Exercit. Selectar. p. 53.* Etitio optima est JOH. CLERICI, VSSERII, VOSSII & COTELERII notis instructa.

* *Suos habent naeuos.* Egregie haec more suo multis Testimoniis aduersariorum allatisque in medium exemplis illustrat B. GERHARDVS *in Confess. Cathol. P. general L. I. P. II. c. XIII. p. 565. sqq.* Idem praestiterunt, qui satis longum hallucinationum in Patribus deprehensarum catalogum contexuerunt B. BROCHMAN in *λύχνῳ προφητικῷ P. I. Sect. III. p. 7. sq.* & ipse ALPH. SALMERO, inclyti nominis e Societate Jesu Theologus, *L. I. P. III. Prolegom. in Epist. Paul. Disp. VI. T. XIII. p. 208. sq.* JAC. LAVRENTIVS

non dissimulandos. Fuerunt ex Patribus, qui regnum Christi mundanum (ad mille annos) in terris futurum crediderunt. Plerique uiribus liberi arbitrii nimium tribuerunt: quia a Philosophicis studiis ad Christianismum accesserunt. Multi de Justificatione fidei obscure & perplexe locuti sunt. Aliqui caelibatum ita sunt admirati, ut de Conjugio (praesertim de secundis nuptiis) parum

in Apologetico aduersus Max. Sandaeum art. X. Sect. I. p. 350. sqq. Egregia autem & ingenua, Viri in hoc studiorum genere summi, PETRI HALLOIX uox est: "Perpauci sunt "SS. Patrum, in quorum scriptis "nullus omnino sit naeuus: Sola "autem est S. Scriptura, in qua nec "sit nec esse possit. *In Vitis, & Monument. Eccles. oriental. T. II. p. 688.* Miraberis fortasse magis adhuc, THOMAE HVRTADO TOLETANI *Canon. Regul. Min.* si recognoscas uerba: "Multoties PP. Ecclesiae uer"bis ambiguis, duris, & quibus u"tuntur, haeretici, & ipsi utuntur, "ob quod apud multos uehemen"tem hareseos suspicionem gene"rarunt & tamen ab haeresi uindi"cantur, qui, si hodie, erecto S. In"quisitionis tribunali, ea dicerent, "& praefatis uerbis uterentur, du"bio procul cogerentur ea abju"rare. Quae & plura ille in opere rarissimo & magni Pretii: *Resolutiones Morales de Residentia S. dicto, & Lugdun. 1661. in forma primae magnitudinis publicato, in Append. p. 450 sq.* nec inutiliter conferri poterunt, quae de uero usu Patrum doctissime commentatus est JOH. DALLAEVS, Theologus inter suos admirabiliter insignis, Libris II. gallice exaratis, latine uero a J. METTAYERO uersis, & auctius emendatiusque editis *Geneu. 1656. in 4.* inprimis *L. I. c. III. integro p. 11. & sqq.* ubi de falso affictis Patrum scriptis agit & *L. II. c. III. & IV.* ubi exempla errorum, in quos saepe prolapsi sunt, cumulate recensentur *p. 237. sqq.* ut jure meritoque spretis SORIVENERII aliorumque censuris celeberrimus BAELIVS *in Diction. Critique T. I. p. m. 989.* non temporis solum ordine, sed eruditione etiam & praestantia sua hunc omnibus reliquis tanti Viri lucubrationibus praeferre non uereatur. Conf. Venerand. CAR. GOTTFR. ENGELSCHALL. *in allocut. Epistolica de noua Dallaeanorum Scriptorum editione Budiss. 1722. p. 29. sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0090
DFG

parum honorifice senserint. Traditiones humanas pluris fecerunt, quam oportuit. Saepe sacras literas admodum impertinenter allegant: quod inde euenisse puto, quia pauci ex Patribus hebraicae linguae cognitionem habuerunt: neque omnes Graecae linguae periti fuerunt. Origenes (quem prope omnes sequentes Ecclesiastici scriptores nimium, eruditionis opinione, admirati sunt) sacras literas in meras allegorias transformauit, uel potius deformauit. Quare Patrum scripta sero, parce, & circumspecte legenda existimo. Neque uero ea e manibus Ministrorum Ecclesiae (praesertim doctiorum) extorquere cupio: hoc tamen affirmare ausim, quandoque in uno libro D. Lutheri**, aut D. Brentii plus*

---

* *Origenes.* Legantur pererudita Exercitatio Historico-Theologica JOH. FECHTII, quam iuuenis, secuturae olim magni nominis meritorumque famae praeludium, sub Praesidio B. JOH. MEISNERI *Viteb.* habuit *1665. de Origene & Origenianis.* & JOH. HENR. HORBII *Historia Origeniana, Francof. ad M. 1670. in 4.* publicata: quae solae V. D. Ministro sufficere poterunt, ut P. D. HVETII uastissimum opus, itemque PETRI HALLOIX *Origenem defensum Leod. 1648. ed.* & FRID. VLR. CALIXTI *praefat. nouae Origenis operum editionis ergo scriptam & seorsim editam, Helmst. 1685. in 4.* si, inprimis CAVEI, OVDINI aliorumque similium scriptorum, diligentiam conferat, uix desideraturus sit. Sin illa etiam destituatur, euoluat, quae ipse OSIANDER de eo in compendio habet *Cent. III. Epitom. Hist. Eccles. L. I. c. VI.* HÜLSEMANNVS *in Patrologia ed. Scherzer. in 4. Lipsi. 1679. c III. p. 90.* aut reliqui etiam CAVEVS, LABBEVS, BELLARMINVSque Historiae PP. Literariae Auctores. add de naeuis ejus accurate commentantem AND. RIVETVM *de Auctoritate PP. c. 9. p. 59.* & *in Critico Sacro c. XII. p. 215. sqq.* Haecque uel ideo, ut, quod rarius tamen contingere puto, si forte ORIGENIS errores pro sugguestu attingat, rigidam nimis celeb. D. J. GEORG. WALCHII Censuram in nupera dissert. ORIGENIS defensionem exhibente, labem deprecari queat.

** *Quandoque in uno Libro Lutheri.* Non est, ut modum hic nimis excedere nostrum existimemus: quem in

plus ineſſe uerae & ſolidae Theologiae, quam in aliquot libris alicujus Patris: certe, qui non ſunt exquiſito & firmo judicio praediti, multo tutius in ſcriptis Theologorum Auguſtanae Confeſſionis, quam in lectione Patrum & Conciliorum uerſabuntur.

CAP.

---

in laudando Viro B. omnino ſeruare jubet JOACH. CAMERARIVS apud J. A. FABRICIVM *in Centiſol. Luther. Vol. I. n. 134. p. 396.* nec unus eſt nec ſolus, qui tam magnifice de B. Luthero ſentiat OSIANDER; ut de noſtratibus, quorum laudes Viro ſummo liberali manu tributas obtrectationis inuidia, animoque ualde iniquo, carpit GOD. ARNOLD. *in Hiſt. Haeretica P. II. L. XVI. c. V. p. 47. ſqq.* & *in Vitis quas uocat credentium p. 404.* nihil dicam; ex ipſis ejus aduerſariis fuerunt, qui iisdem fere uerbis teſtimonium maximis Viri meritis commeritisque ejus laudibus perhibuerunt. En uerba ANDREAE MASII Theologi & Philologi clariſſimi, quae frequenter uſurpaſſe conſtat: "Saepe plus Theologiae in uno Luthe-"ri folio eſſe, quam interdum in "toto libro alicujus Patris, referente noſtro *in Hiſt. Eccleſ. Cent. XVI. P. II. p. 837.* conf. omnino B. BALDVINVM *in Diſpp. pro Articul. Smalcald. dedic. p. 2.* "Scio, inquit MELANCHTHON, Eraſmum ſolitum dicere, "neminem eſſe interpretem dexteriorem omnium, quorum ex-"tant literae poſt Apoſtolos: et-"ſi contra LVTHERVM ipſe calamum ſtrinxerit." u. *Praef. T. III. Opp. Lat.* LVTHERI & SLEIDAN. *L. I. de Statu Relig. & Reipubl. p. 30.* qui uerba ERASMI alia, fere cum OSIANDRINIS eadem, recitat. Addatur his integer Libellus G. M. PFEFFERKORNII: *Gute Urtheile uon Luthero, Altenb. 1671. in 8.* & HIER. KROMAYER *in Polymath. Theol. c. V. p. 157. ſqq.* JOH. GOTTLIEB MOLLER *diſſ. de Lutheri Colloqu. Menſal. Roſt. 1693. hab. in proem. p. 4.* Valde autem uereor, ut multi hodierno tempore ſint, qui his Viri Beati elogiis ad diligentiorum ejus librorum lectionem excitentur; quae noſtris moribus nimis friget, ut rariſſimae laudis exemplum ſit M. ANDR. WESTPHAL, Paſtor in noua urbe apud Magdeburgenſes, quem integra ſaepe folia ex LVTHERI operibus recitaſſe auctor eſt MART. DITTRICH *in der Nachricht uon den Graffen uon Lindow. in Append. Lit. D. p. 198.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0092
DFG

CAP. V.

Prima hora pomeridiana.

DE STVDIO HISTORIAE ECCLES. ET PROFANAE.

Historiarum Ecclesiasticarum lectio ju-

Elapsis duabus horis a prandio initium studiorum faciendum censeo in materiis jucundis, & quae ingenium magis oblectent quam grauent: ne seriis & laboriosis studiis concoctio in uentriculo impediatur, & caput grauetur. Detur*

---

* *Studiis Concoctio.* Sanitatis tuendae rationem saepe habemus nullam, quae tamen esse debebat maxima, & animi culturae intenti necessariam corporis curam magno nostro malo plane negligimus. Nouimus integra Doctorum uirorum agmina, qui aut uitae telam sibi intempestiua diligentia abruperunt, aut menti tamen sanae in corpore non sano mille molestias uirtutumque impedimenta crearunt. Legatur eam in rem illustris GEORG. FRANCKII A FRANCKENAV *Oratio elegantissima de studiorum noxa satyris medicis n. II. p. 549* inserta: Non igitur spernendi debent, quae ex consilio Medicorum ab OSIANDRO monentur. GREG. HORSTIVS *de tuenda sanitate studiosorum & Literatorum Libros II. Giessae* primum *1618. in 12mo.* tum *Marpurg. in 8. 1628.* edidit, qui *L. II. c. VI. p. 234.* scribit: A cibo" corporis balnea & exercitia, sicut" etiam animi labores, studia uide-" licet seria, fugienda sunt, ut e-" nim illa crudelitatis, imperfectae" concoctionis, scabiei, plurimo-" rumque morborum inde proue-" nientium, causae sunt, ita lucu-" brationes post cibum cerebro &" ingenio plurimum obsunt." Suo hoc calculo recentior & Danorum Medicorum Princeps TH. BARTHOLINVS comprobat: nec noctem" lectionibus aptam judico, nec" coenam, praesertim si aetas ad se-" nium uergat. Prius meo pericu-" lo didici, posterius aliorum. Lu-"

cunda & utilis. *tur igitur prima pomeridiana hora lectioni historiarum, uel Ecclesiasticarum, uel profanarum. In Ecclesiastica historia exstat Euse-*

"cubrationibus enim, in longam "noctem protensis, incalescit ca-"put, spiritus debilitantur, oculi "tunicae externae obtunduntur, "unde capite accenso attrahuntur, "uelut in cucurbitula, humiditates, "hinc defluxus catharri ad oculos, "fauces, nares, pectus, stoma-"chum. Oculi id incommodi "trahunt, quod nubeculae saepe "remaneant, & ad senectutis annos "in officio nequeant perdurare. "Taceo tempus, quieti & ciborum "coctioni destinatum, naturae fur-"to subtrahi. *de Legend. Libris Diss. VI. p. 178.* Inprimis lectu dignissima est D. FRID. SCHRADERI, artis salutaris in incluta Julia Professoris clarissimi, *Dissert. de eruditorum ualetudine Helmstad. 1701. ed* qui, exemplis etiam ex historia literaria adductis, illud comprobat: "Fac, "*inquit inter alia*, omnino, ut mi-"tius longe illi, qui studiis sese "adserunt, & rarius, quam omnes "alii, morborum incommoda sen-"tirent, & a multorum incursu in "Museis suis, deuitato turbido aë-"re, ejusque immitibus ac ualetu-"dini noxiis mutationibus, aliisque "crebris morborum occasionibus, manerent immunes, si temperan-"tius in studiis agerent, & tali suae" uitae regimine uterentur, quod" corporis constitutio, quod fun-" ctionum ratio, quod uirium con-" ditio requirit, & his in robore suo" conseruandis sufficiens sit & pro-" portionatum." § 2. addantur: GVIL. GRATAROLVS *de conseruanda ualetudine literatorum Francof. 1591. in 12.* VOPISCVS FORTVN. PLEMPIVS *de Togatorum ualetudine tuenda* ob uarias criticas & philologicas, quas admiscet, obseruationes lectu jucundissimus. D. GEORG. WOLFG. WEDELIVS *in Dissert. de Diaeta Literatorum hab. Jen. 1674. Sexta uice A. 1716.* recusa, additis Paradoxis ingeniosis & non inutilibus. D. JOH. JAC. BAYERVS, Med. Prof. Publ. Altorfinus, *in Aphorismis de literatorum sanitate tuenda. Altorf. 1705.* Et Professorum Halensium Par inclutum, D. FRIED. HOFMANNVS *de Studiis per regulas diaeteticas facilitandis, & prolonganda literatorum uita. Hal. 1697. in 8uo.* & D. MICHAEL ALBERTI *de studiosorum sanitate tuenda ibid. 1729. in 4to.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0094
DFG

Euſebius, & adjuncti autores. Hiſtoria Magdeburgica**, jucunda*

* *Euſebius & adjuncti.* Ad Fontes Hiſtoriae Eccleſiaſticae recte omnino noſter V. D. Miniſtros ablegat, ex quibus non dulcius modo, ſed purius etiam & copioſius, quam ex riuulis compendiorum lutulentis & fere aridis, quos uulgo conſectantur, bibere poterunt. Facile etiam parabilis noſtro tempore eſt editio utiliſſima EVSEBII, & reliquorum Hiſtoriae Eccleſiaſticae antiquioris ſcriptorum, ab HENRICO VALESIO ingenti eruditione & ſumma diligentia curata, poſtquam *Moguntiae*, ſi titulo fides ſit, *Bibliopolae Francofurtani 1672. & ſeqq.* recudi fecerunt, etſi correctiorem Pariſina, quod Titulus mentitur, haud deprehenderim, ſed potius uitioſiorem, inprimis in graecis exprimendis. Multo praeſtantiorem in Anglia aliquot ante annos paratam a GVIL. RHEADING, me non fugit, quae uero rara caraque in noſtris oris auis eſt, & qua omnino, quantum ex recenſione *in Actis Erud. Lipſienſibus A. 1724. Menſ. Mart. p. 97. ſq.* facta colligi licet, noſtri ordinis homines niſi, qui criticis ſtudiis delectentur, aequa mente & ſine damno carere poſſunt. Videſis de EVSEBIO praeter communes hic fontes J. CHRISTOPH. ERNESTI *Diſſertt. II. de Euſebio Pamphili Vitemb. 1688.* HENR. VALESII *Diſſert. luculentiſſimam de Vita Scriptisque Euſebii Hiſt. Eccleſ.* a ſe editae praefixam. MART. HANCKIVM *de Scriptor. Hiſt. Byzant. C. I. P. I. p. 1. ſq.* D. JOH. ALB. FABRICIVM *Vol. VI. C. IV. Bibl. graec. p. 30. ſqq.* JOH. ANDR. BOSIVM *in notitia ſcriptor. Hiſt. uniuerſalis compendiaria Sect. I. § 16. p. 132.* JOH. FABRICIVM *in Hiſt. Biblioth. ſuae P. II. n. 85. p. 397. ſqq.* & TH. CREEN *ſingul. ſcriptor. § 87. p. 126. ſqq.*

** *Hiſtoria Magdeburgica.* Incomparabile, etſi imperfectum, opus accurate deſcripſit, qui continuationem ejus moliebatur Vir in his literis incomparabilis, J. ANDR. SCHMIDIVS *in Conſilio de Centur. Magd. emendatione, defenſione & continuatione Helmſt. 1700. in 4.* Dolendum autem uehementer eſt, ſpem longe ampliſſimam, quam orbis literatus ex promiſſione hac conceperat, a Viro, qui maxime & ſolus fortaſſe poterat, ſepoſitis tantiſper omnibus, licet utiliſſimis doctiſſimisque aliis laboribus, impletam non eſſe, nunc uero una cum morte ejus plane decollaſſe; niſi forte, qui in locum ejus ſucceſ-

cunda lectu in capite de Haeresibus, & de uitiis Doctorum Ecclesiae, item de martyribus. Nicephorus nimis fabulosus est. Et*

D. D.

sit dignissimus ABBAS MOSHEMIVS in hoc etiam jus se successisse propitio numine persuaderi posset. Nec consuluisse poenitebit Cl. JOH. GVIL. MOLLERI *recensionem Historico-Criticam Centuriarum Magdeburg. Gedan. 1696. 4.* Multa quoque uideri possunt *in Narratione ab ipsis Gubernatoribus & Operariis* JVSTO MENIO opposita, & responsione sub larua scholasticorum Viteb. tum temporis & postea etiam consueta *1558.* ed., cujus rarioris curiosique tractatus summam exhibent *Relat. Innoc. Tom. X. Ord. XI. n. 2. p. 657. sqq.* Ut uero a nefario ausu corrupta deprauataque operis hujus editione LVD. LVCII emptores sibi cauere discant, male ipsum fidei postulat & uariarum fraudum reum agit JOH. GOTTL. MOLLER. *in Observ. Miscell. Decade n. III. p. 10. sqq.* Prostat etiam SIM. JOH. ARNOLDI libellus: *Decus Magdeburgense*, inscriptus, quo scilicet opus hoc titulo insigniuit *1715. in 8.* paucisque plagulis constat, neque tamen spernendus penitus est. Confer *Historiam hujus Operis*, quam plenissime diligenterque condidit CASP. SAGITTARIVS *in Introd. in Hist. Eccl. Vol I. c. XIII. toto p. 240. sqq.* add. DEGOR. WHEAR *in Relat. Hyemal. de mt. & methodo legendi hist. Sect. XLII. p. 161. ed. Tubing. 1700.* B. THOM. ITTIGIVS *in Historiae Eccles. Sec. I. capit. selectis Praef. §. 1. p. 4. seqq.* GEORG. CALIXTVS *in Apparatu Theolog. p. 185. sqq.* & JOH. FABRICIVS *in Histor. Biblioth. suae P. II. n. 92. p. 424. sq.* J. ALB. FABRICIVS *Vol. XII. Bibl. Graec. p. 161.* CHR. KORTHOLT *in Prodromo ingenui Theol. cultoris*, si quidem libellus quantiuis pretii a tanti uiri manu sit. (uide justam haeredum indignationem *in praefat. edit. Idae Dissertationum Anti-Baronian.*) *C. V. §. 9. p. 129.* J. B. RITTERVS *in Vita Flacii germ. ed. p. 47. sqq.*

* *Nicephorus.* Ita est! uix sine taedio Nicephorus, ad anilem superstitionem usque credulus, & fabulosarum narrationum uel architectus uel promicondus legi potest; de quo uiri ingenui & ueritatis amatores omnes passim conqueruntur. uide, quae collegit CHR. WILH. EIBENIVS *in Magiri Eponymologium Crit. p. 168.* add. DEGOR. WHEAR *in Relect. Hyem. Sect. XXXVII. p. 147.* JOH. GOTTFR. OLEARII *Bibliotheca Script. Ecclesiast. P. II. p. 8.* ubi ridiculus typographi error pro uoce: metrico meretricum ponentis, occurrit. CASIM. OVDINVS *in Commentario*

D. D. Joannis Pappi Epitomen Hiſtoriae Eccleſiaſticae euoluere admo-*

mentario de Script. Eccleſ. Vol. III, col. 710. ſq. JOH. ALB. FABRICIVS *Tom. VI. Biblioth. Graec. c. IV. n. 35. p. 130. ſqq.* JOH. FABRICIVS *Biblioth. ſuae P. II. n. 88. p. 412.* ADOLPHI CLARMVND. (Rüdiger) *in der Einleitung zur Wiſſenſchaffi der Kirchen Scribenten n. 62. p. 90.* alii. Optima ejus editio eſt *Front. Ducaei graecolatina II. Volum. in fol. Pariſ 1630.* Prorſus tamen, ut non indiuulſam habeamus hiſtoriae ſeriem, & ob admixta quaedam, quibus temere fidem denegare haud licet, rejici & contemni nequit. Lubentiſſime enim ſuffragabimur B. JOH. PAPPO, Argentinenſi Theologo, cenſenti: "Accurate & cum judi-"cio attento Nicephori Hiſtoria "legenda eſt: inquinata uidelicet "multis partim ridiculis, partim et-"iam impiis fabulis, inter quas "pleraque tamen lectu non indi-"gna reperiuntur; *in Epitome Eccleſ Hiſt. p. 6.* Obiter annotare liceat, quod Nicephoro non careat penitus orbis literatus, curae GEORG. LOGI *Canon. Vrat.* deberi, ad quem in foro ſcrutario Conſtantinopoli uenum expoſitum tandem unicum Exemplum, quod nunc in Vindobonenſi Caeſarea Bibliotheca aſſeruatur, peruenerat; & quod, typis primum exſcriptus, latine legi poſſit ſtudio & opera JOH. LANGII itidem Sileſii effectum eſſe, cujus Praef. ad FERDINANDVM Rom. Regem ea de re legi meretur *ed. Pariſ. 1576. in Fol.*

**Joh Pappi Epitomen Hiſtor. Eccleſ.* Commendatione hac non indignus eſt libellus magni olim Theologi, qui primus fere inter Noſtrates fuit ſuperiori aeuo, qui hiſtoriam Eccleſ. ſtudioſae juuentuti in Academia degenti peculiari opera & publice explanauit. Nec inconcinnus eſt libellus, etſi paulo concifior & omnino imperfectus. Non enim niſi ſumma quaedam capita attigit, nec ultra priora poſt Chriſtum natum ſecula perrexit. Quare EVSEBIVS BOHEMVS & HENR. KIPPINGIVS, diſpari licet conſilio ac methodo, partim continuare, partim ſupplere allaborarunt. Vide, quae huc ſpectant apud B. TH. ITTIGIVM *in Hiſt. Eccleſ. Sec. I. Select. capit. pmef. §. 49. p. 62.* & JOH. ALB. FABRICIVM *in Biblioth. graec. Vol. XII. p 183.* Vitam ejus habent MELCH. ADAMI *in Vit. Theol. German.* ADOLPH. CLARMVND *Einleitung zu den Scribenten der Kirchen-Hiſtorie n. 96. p. 135.* MELCH. SEBIZIVS *in Chronol. Gymnaſ.*

admodum utile fuerit. Sed & meae tres primae Centuriae, quae*

Gymnaſ. Argentor. JOH. SCHMIDII *Homiliis Jubilaeis* ſubjuncta *p. 229. ſqq.* JOH. FECHTIVS *in Apparatu ad Epiſt. Marbach. c. IV. n. 43. p. 135.* & ERDM. UHSE *im Leben der Kirchen-Scribenten P. I. §. 108. p. 326. ſqq.* add. *Praefatio Viri Docti, Typographi nomine, Hypotypoſi Doctrinae Chriſtianae B. Pappi, Arg. 1619. in 8.* edita, praefixa, qua laudes Viro meritiſſimo ingentes tribuuntur, & ſcripta ejus cum cura recenſentur. Pauca ex eo, quod in paucorum manibus eſſe ſciam, repetere juuat: "Quis, *ait*, eſt, qui ignoret, "quantus uir fuerit, D. JOH. PAPE, "quam acri, limata & polita χρίσει "atque judicio praeditus? quam "in nullo doctrinarum genere non "fuerit exercitatus, perfectus? "quam multa καὶ ἐυθλὰ καὶ ἀξιο- "μνημόνευτα & dixerit & literarum "monumentis commiſſa nobis re- "liquerit? quam dextre fideliter- "que illis, qui ſe Sacro-Sanctae "Theologiae ſtudio manciparunt "totos, ad res ſacras intelligendas "aperuerit feneſtram? -- Aliquid "equidem fatale ipſius datum erat "ingenio. Si quis de hoc ambi- "git D. Doctoris B. mem. uarios "& omni eruditione refertiſſimos, "& utiliſſimos uario tempore di- uulgatos euoluat ac reuoluat li- "bros &c." *p. 2.*

* *Meae tres primae Centuriae.* Epitome haec Centuriarum Magdeburgicarum ualde concinna eſt, & plus, quam Epitome. Sedecim enim exhibet Centurias, & Secula, quae de nouo Auctor addidit, docte diligenterque elaborata ſunt; ut magno cum fructu legi poſſit, nec immerito Ven. FISCHLINVS, per integrum ſeculum neminem fuiſſe, qui Epitomes illius tam neceſſariae nouam impreſſionem procuraret, indignetur, *in Memor. Theol. Würtenb. P. I. p. 149.* Multum opus hoc, nec tamen ex nimio amoris affectu, extulerunt Theologi Würtembergici: "Prae- "clare de omnibus, quibus lectio "hiſtoriarum grata eſt, ut ju- "cunda & utilis, meretur Reu. Vir "& Cl. D. L. OSIANDER, collega "noſter chariſſimus, qui, praeter "quam quod aliis laboribus uti- "liſſimis maximique momenti oc- "cupatus, dexteritate, qua pollet, "inſigni, magno ſtudio, judicio "accurato, ſucciſiuis horis, Epito- "men Hiſtor. Eccleſ. ex optimis "quibusque Scriptoribus colligit, "jamque III. abſoluit Centur., de "quo ipſius labore recte dici pot- "eſt,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0098
DFG

quae nunc sub prelo sunt, fortasse aliquid etiam utilitatis & dele-

"est, quod uetus poëta de suo "carmine cecinit:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant &c.

Praef. Cent. I. praemissa Tub. 1607. conf. ad librum longe utilissimum penitius cognoscendum CASP. SAGITTARIVM *in Introduct. in Hist. Eccles. c. XIII. §. 20. p. 280.* JOH. ALB. FABRICIVM *in Biblioth. Graec. opere immortali ac incomparabili Vol. XII. p. 163.* DEGOR. WHEAR *in Relection. hyemalibus P. I. Sect. XLV. p. 169.* JOH. VOGTIVM *in Bibliotheca Haeresiolog. T. I. fasc. III. p. 476.* JOH. FABRICIVM *in Hist. Biblioth. suae P. III. n. 61. p. 431.* & quos ipse allegauit plures. Quibus addi possunt AD. CLARMVND. *in der Einleitung zu den Scribenten der Kirchen-Historie n. 79. p. 110. sqq.* THOM. ITTIGIVS *in Praefat. Select. Hist. Eccl. Cap. Sec. I. §. 40. p. 53.* Recte uero grauiterque neminem Theologi nomine dignum pronunciat B. J. ANDR. SCHMIDIVS, qui non Historiam Eccl. excolat *praef. in Tract. de Festis & Dominicis Christ.* conf. D. CASPARI *Praelectiones de Stud. Theol. Thes. XLV. p. 16.* Cui ut addam, quae acute arguteque disserit Cl. JAC. FACCIOLATVS, uel ipsa nostri seculi conditio jubet: utrum ullus potest esse, aut dici Theologus, tanto par nomini, qui omni prorsus Historiae cognitione careat? Iners profecto est, qui profanam ignorat, siquidem canum optimum ac solertissimum harum rerum disceptatorem consulimus: at si quis ne sacram quidem tenet, quem ego illum Theologum dicam? nisi forte parum pertinent ad Theologiam Mosaicae Narrationes, acta Pontificum & Conciliorum, priscorum Patrum memoriae, Apostolorum & Martyrum uitae, totius denique ueteris disciplinae cognitio, unde multo firmius & clarius Christianorum sacra, quam ex possibilium & impossibilium contemplatione multarum scholarum otio familiarissima demonstrantur. *In Vol. Omt. ab* APINO *ed. Orat. VIII. p 150.* Consilium hoc studiorum genus feliciter tractandi, incipientibus ob scopulos uarios, ad quos uasto in hoc mari sine remige nauigantes allidere saepe solent, ualde necessarium est: uereor autem, ut melius nostrique seculi moribus accommodatius dari uix possit, quam suppeditauit celeberrimus D. MATTH. CHRIST. PFAFFIVS *in Praefat. Institutionum suarum Hist. Eccles.* qui libellus, etsi

ob

delectationis Lectori exhibebunt. Haec lectio docebit, quam mirabiliter DEVS Ecclesiam contra haereticorum & tyrannorum rabiem defenderit & conseruauerit.

Historici profani, qui legendi.

Inter profanos historicos multi sunt celebres: ex quibus eligendos inprimis censeo eos, unde simul latine linguae puritas & elegantia, una cum rebus scitu dignis discuntur: quales sunt, Caesar in Commentariis, Justinus, Liuius, Salustius, & similes. Sueto-*

---

ob breuitatem sterilior uideatur, ob ordinem accurationemque commendari meretur, & in noua nuper admodum editione accessione uariarum annotationum satis locupleti auctus est, etsi soliditate & rerum copia adhuc inferior sit compendio Gothano nunquam satis laudando & nuper admodum ab incomparabili Aulae Goth. Theologo C. S. CYPRIANO continuatione luculenta aucto. Si tamen alicui penitius utilissimo huic studio immergi, & ad solidiora adspirare datum sit, ille, quod Conciliorum notitia magna & illustris historiae Ecclesiasticae pars sit, FRANCISCI SALMONII Librum longe doctissimum maxime commendatum sibi habeat: *Traité de l' Etude des Conciles, & de leurs collections* ad Exemplar Parisiense *Lipsiae 1726. in 8.* recusum: & de Studio Hist. Eccl. consilium celebris Kilon. Professoris HAHNII conferre poterit *in Biblioth. Lubec. T. VI. p. 547.* inprimis uero: D. GODOFR. WEGNERI, Theologi Regiomontani Clarissimi Χειραγωγίαν ad studium Historiae Ecclesiast. ut studiosi ejus necessitatem, utilitatem & jucunditatem cognoscant, ed. *Lipsi 1705. in forma 4. pagg.*

* *Quales sunt: Caesar &c.* Nostro tempore plurimi fortassis hos uoluere Scriptores dedecori sibi existimabunt, quos in juuentute triuisse par erat: Sed aliter quoque juuenes, aliter Viri eos legunt. Et notari meretur, quod de SVETONIO *noster* fert judicium accuratum & solidum, quem archaismis & singularibus locutionibus, etsi saepe antiquitatem aliquam spirantibus, abundare, stylumque habere grammaticum potius, quam historicum, nemo non uidet. Conf. *Judicia Doctorum Virorum* de eo apud T. MAGIRVM *in Eponymolog. Crit. p. 765. sqq.* POPE-

BLOVNT

*Suetonius res gestas Caesarum quorundam exactissime describit: sed in phrasi saepe multum a consueto genere sermonis Latini purioris discedit, & tamen non barbare loquitur. Inter recentiores sunt, Paulus Iouius *, Slei-*

BLOVNT *in Censura Auctor. p. 104.* DEGH. WHEAR *in Relect. Hyemal. Sect. XXI. p. 83. sq.* JOH. ALB. FABRICIVM *in Biblioth. Lat. Vol. I. c. XTIV. p. 495.* BENJ. HEDERICH *in Notitia Auctor. antiqua n. 258. p. 509.* & eruditam DAN. GVIL. MOLLERI *de Suetonio differt. Altorfii 1685.* habitam, qui de CAESARE, *A. 1687.* de JVSTINO, *1684.* de LIVIO, *1688.* de SALLVSTIO *1684.* eadem Methodo commentatus est, ut plura uix desiderari queat.

* *Paulus Iouius.* Ejus Medici & postea Episcopi Nucerini *Historia sui temporis, 30. annorum labor, & uitae illustrium Virorum ex editione in forma maxima Basil. 1578.* curata legendae sunt, etsi fluxae admodum fidei sit, & genti suae nimis addictus omnino uideatur. Diuersa in utramque partem de eo judicia u. apud EYBENIVM *in Eponymolog. Critico Magiri p. 478. sqq.* THOM. POPEBLOVNT *in Censura celebriorum auctorum ed. Londin. in fol. p. 447.* DEGH. WHEAR *Relect. citat. c. XXV. p. 99.* SAM. ARTOPOEVM *in Commentar. in Christ. Schraderi Tabb. Chronol. p. 503.* FRID. GLADOVIVM *in Notis & Obseruat. historico-liter. ad* GABR. NAVDAEI *Bibliogr. Polit. p. 253. sq.* Stylum ejus uehementer laudat CAEL. CALCAGNINVS *L. VII. Epist. XXVII. p. 227.* Et habet utique ueneres suas, quibus lectorem allicit, sed latine pureque satis haud fluit. Cum etiam Patronorum suorum HADRIANI II. & LEONIS X. uitia non dissimulet, recte omnino omnia ejus damnari non uult CASP. SAGITTARIVS *in Introduct. in Histor. Ecclesiast. p. 104.* etsi plume d'or & plume de fer ad nutum aliorum ipsi fuisse referat SORELL *in Bibliotheque Francoise p. 330.* Statuae ejus Epitaphium inscriptum recitat MABILLONIVS *in Mus. Italico P. I. p. 165.* diuersum ab eo, quod alias circumfertur. Vtrumque tamen NATH. CHYTRAEVS *in Deliciis Itiner. p. 116.* & DODO RICHEA *in Theatro fun. P. III. Sect. VI. p. 365.* jam habent. Vitam Jouii exhibent J. JAC. BOISSARDVS *in Icon. Vir. illustrium P. I. n. XXXIX. p. 239. sqq.* JOH. IMPERIALIS *in Musco historico p. 5. sqq. ed. Fabric.* Add. CLARMVND. *personatus ille uitarum clariss. in re lit. uirorum Collector, P.*

*Sleidanus**, Comi-

III. n. 10. p. 91. sqq. JOH. FABRICIVS *in Hist. Bibl. suae P. II. p. 228.* ANT. TEISSIER *les Eloges des Sauans P. I. p. 64. sq. & nouuelles additions p. 38. sqq.* SAGITTARIVS *Loc. cit. Vol. I. c. XI. §. IX. p. 103. sqq.*

* *Sleidanus.* SLEIDANI *Commentariorum de Statu Religionis tempore Caroli V. Editio in folio, typis majusculis Argent. 1555.* exscripta, omni aere comparari debet, si occurrat, etsi editiones Basil. Geneu. & Argentoratenses, reliquae, toto 26. libro auctiores sint. Enimuero non tantum adeo rara est, ut uiri, omnis historiae literariae ad unguem periti, eam extare dubitauerint; sed accurata etiam & reliquis, quae eam magno numero secutae sunt, & passim ab illa abeunt, multo melior, quod, si Deus uoluerit, peculiari opera aliquando demonstrabo. Vnicum hic speciminis loco adferam exemplum: *L. XIII. editionis Geneu. p. 214. & Argentin. minoris in 8. formae* plurimae (*u. c. p. 376.* una, altera *p. 316*) perperam habent: Si quis uirginem aut matrem: in uetustioribus uero *Argent. & Basil. in folio* una cum aliquot minoribus *in 8uo* incorrupte legitur: *Virginem Matrem.* Et haec quasi nota esse debet meliorum SLEIDANI editionum. Nouam olim parauit HORTLEDERVS, qui omnium optime poterat, notitia & apparatu actorum fide dignissimorum copioso instructus: idem in animo & TENZELIVM habuisse ex *Colloquiis ejus Menstruis. A. 1698. Mens. Maji p. 348.* colligo: sed utraque spes dudum in fumum abiit. Interim uideri potest HERM. VON DER HARDT *in Autographis Lutheri & Coaetan. praef. T. II. p. 21.* & J. G. LEVCKFELD *in Historia H. Hammelmanni p. 3. sq.* Variorum etiam diuersa pro cujusque palato judicia optimus, & cum eloquentiae tum ueritatis studiosissimus Vir subire coactus est, adeo, ut POSSEVINVS Missionariis suis MACHIAVELLVM ipsum, & nescio, quos non lubentius legere concedat, quam SLEIDANVM *L. V. Biblioth. Select. c. XLVI. p. 224.* quem alii, nostrates inprimis, certatim summis laudibus euehunt, & studiose legendum omnibus commendare solent. Quod enim MELANCHTHON indignabundus saepissime eum humi abjecerit, fabula est, quae sibi plane non constat apud JAC. PONTANVM *in Atticis Bellariis Vol. III. Synt. V. p. 434.* Multa ejus elogia congesserunt POPEBLOVNT *in Censura Auctorum p. 444.* EYBENIVS *in Eponymolog. Crit. p. 755.* & Cl. QVAND

in

in Bibliothec. a partium ſtudiis alieno P. VII. n. CXXVI. p. 597. ſq. quibus tamen multo plura ex THVANO ejusque *L. II. III. VIII. XVI. & XVII.* HORTLEDERO *in praefat. Act. bell. germ.* BOECLERO *in Bibliograph. critica* per KRAVSIVM aucta *c. VII. p. 220.* J. FRIED. MAYERO *in Kriegen des HErrn p. 258. ſqq.* LANGLET DV FRESNOY *in der Anweiſung zur Erlernung der Hiſtorie c. X. §. 3. p. 133.* ubi ſiniſtrum de eo judicium Caeſari CAROLO V. tribui ſolitum, ſubleſtae fidei eſſe in notis, illuſtris MENCKENIVS demonſtrat. TH. CREENIO *in Animad. Hiſtoric. Philolog. Vol. XXIV. p. 204. ſqq.* ANTONIO, quisquis ille ſit, qui ſub hac larua ſe abſcondit *in ſingularibus Erudit. p. 113.* aliisque, ſi operae pretium foret, addi poſſent. Sufficiant, quae ad fidem ſibi faciendam ipſe Auctor diſſerit ſequentia: "Hiſtoriam nihil magis de-"cet, quam ueritas atque candor. "Ego certe ne quid in ea parte pos-"ſet in me deſiderari, diligenter "incubui. Nec enim ex uano quic-"quam hauſi, uel auditione leui; "ſed ſcribendi materiam mihi ſup-"peditarunt acta, quae ſtudioſe "collegi, de quorum fide nemo "dubitare poſſit. Interuenit et-"iam uere nobilis & praeclari Viri "JACOBI STVRMII ſubſidium & opera, qui per annos amplius 30." uerſatus in publicis & arduis ne-" gotiis maxima cum laude, cum" ſua me non dedignaretur amici-" tia, quae fuit ipſius humanitas," dubitantem & haerentem ali-" quando in uadis atque ſcopulis," peritus ipſe Gubernator, ſubin-" de reduxit in uiam aequabilem," minimeque ſalebroſam, & majo-" rem operis partem, ante mor-" bum, quo ſublatus interiit, meo" rogatu perlegit, & quorum opor-" tuit, diligenter admonuit," *in Praefat. Comment. ſuorum.* Et profecto omnia, quae J. COCHLAEVS, JOH. FONTANVS, JOH. FRID. MATHENESIVS, LAVR. SVRIVS, FLORIM. RAEMVNDVS, alii ipſi oppoſuerunt, temeratae eum fidei conuincere nequeunt, & exigui ponderis ſunt. Ad cognoſcendam uitae ipſius hiſtoriam conſulatur OSIAS SCHADAEVS *in germanica Sleidani editione A. 1625. ed.* cui narrationem de Auctoris uita praefixit, & in qua MICH. BEVTERI & MICH. CASP. LONDORPII etiam continuationes inſigni augmento ſuo addito conuaſauit. Addant. NIC. REVSNER. *in Icon. Clar. Vir. p. 206.* P. FREHERVS *in Theatr. erud. Viror. P. IV. p. 1456.* MELCH. SEBIZIVS *in Append. Chronol. ad Homil. Joh. Schmidii Jubil. p. 273.* G. M. KOENIG. *in Bibliotb.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0103
DFG

Cominaeus: quem uirum (sapientia, rerum experientia, & pietate*

blioth. V. N. p. 759. It. dict. MEIBOHMIVS *de genuinis Hist. Germ. fontibus p. 42.* JOH. FABRICIVS *P. IV. Bibl. suae n. LVII. p. 229.* ANT. TEISSIER *les Eloges des hommes sauans P. I. p. 114. sqq. P. II. p. 397. & nouuelles additions p. 72. sq.* AD. CLARMVND *in Vit. Clar. Vir. P. I. n. 17. p. 157. sqq.* qui tamen, ut alia taceam, ridiculo errore SLEIDANVM THVANI continuatorem facit; & quos adlegauit C. SAGITTARIVS *in Introduct. in Hist. Eccles. Vol. I. c. XI. §. X. p. 105. sqq.* qui omnium fusissime accuratissimeque ipse de Auctore, libris que ejus, eorundemque apud Viros eruditos pretio, egit: si DAN. GVIL. MOLLERVM excipias, cujus exasciata plane & integra de J. SLEIDANI exstat *Diss. Altorf. A. 1697.* habita, quae instar omnium esse potest.

* *Cominaeus.* Illustre PHILIPPI COMINAEI inter Historicos nomen est, & merita ejus, qui literas nunquam didicerat, in orbe literato ingentia sunt. Tantam enim scriptis gallica lingua, & a SLEIDANO & C. BARTHIO etiam, postea latina ueste indutis, Commentariis suis judicii politici prudentiaeque ciuilis & in ueritate dicenda libertatis gloriam adeptus est, ut cum quouis ueterum historicorum componere acerrimi etiam judices haud uereantur. uid. iterum EYBENIVS *in Eponymol. Crit. p. 230. sqq.* POPEBLOVNT *in Censura celeb. Auctor. p. 359. sqq. Unpartheyischer Biblioth. P. II. n. 33. p. 165. sqq.* J. BVRCH. MENCKE *in Diss. de Commentar. historicis, quos Galli Memoires uocant §. I. p. 3. sqq.* VOSSIVS *de Historia Lat. L. III. c. X. p. 642. sqq.* JOH. HENR. BOECLERVS *in Bibliographia Critica c. XX. §. V. p. 374.* Si Historiam uitae ejus nosse aues, uitam ejus a SLEIDANO eleganter scriptam & uersioni suae editionis alterae in 12mo tantum praefixam, adire oportet: praeterquam, quod ipse fata sua iniquiora refert *L. X. ed. hujus p. 328.* confer FR. GLADOVIVM *in Observation. ad Bibliographiam Gabr. Naudaei p. 214. sq.* G. MATTH. KÖNIGIVM *in Biblioth. Vet. & Nou.* JOH. IMPERIALEM *in Museo Historico p. 28. sq.* & SCAEV. SAMMARTHANI *Elogia Gallorum doct.* cum notis Viri Cl. CHR. AVG. HEVMANNI *L. I. n. IV. p. 23. sqq.* Epitaphium habet NATH. CHYTRAEVS *in Deliciis itiner. p. 311.* Praeclare de eo sentit WICQVEFORTIVS, ingeniorum Politicorum

tate praestantem) optarem plura scripsisse. Nauclerus etiam (prae-*

corum censor intelligentissimus; en quaedam uerba ejus ex uersione germanica, inficeta & rudi licet, cum gallica ad manus non sint: PHILIP. COMINAEVS, *Herr zu Argenton, darff dem* TACITO *keinen Fuss breit weichen, wegen seiner unpartheyischen und vollkommenen Art zu schreiben, im Ambassadeur L. I. c. VII. p. 116.* add *Intentions Moral. Civ. & Militaires* D'ANTOINE LE PIPPRE *c. LXVIII. p. 245.* item LANGLET DV FRESNOY *in der Anweisung zur Erlernung der Historie. c. XIV. §. I. p. 257.* Optima est omnium, quarum tam multae sunt, ut uix numerari queant, editio Gallica *Amst. 1706. III. Tom. in 8uo ed.* cui postea Tomus etiam supplementorum accessit, quam, qui habere potest, legat prae reliquis: inter latinas BARTHII plenior, SLEIDANI elegantior est. Germanica uero, cujus, quod sciam, nemo meminit, prodiit *Argent. 1566. in fol.* cura CASP HEDIONIS & cum notationibus MICH. BEVTHERI, ob quas omnino etiam attendi meretur.

* *Nauclerus.* De JOH. etiam NAVCLERO, Litteratae nobilitatis in Sueuia suo tempore ornamento, & Clmo Acad. Tubingens. Rectore, non male judicat noster. Prior enim Chronicorum ejus pars antiquiora habet, quae multo melius ex fontibus auctorum, cujuscunque tempori proximorum hauriri debent. Mea editio Colonien sis *Anni 1579. in fol.* est emendatior & nouo indice auctior. Etsi uero operam in Chronico hoc impendisse aliquam MELANCHTHONEM uulgo constat, eum tamen in illo disponendo, augendo, retexendo desudasse confidentius asserit CASP. SAGITTARIVS *in Diss. de praecip. Scriptorib. Hist. Germ. p. 80.* quod de CARIONIS Chronico potius intelligendum erit. Celeberrimus MENCKENIVS *in Catalogo historicorum Langleti* introductioni, in linguam germanicam traductae, addito, refert olim opus hoc uocari solitum: *Das grosse Buch von Tübingen c. V. p. 14.* & ualde se in laudes ejus diffundit primus editor JOH. REVCHLINVS *in praef* Historiam, ait, Chronicam, h. e. temporum de-" scriptiones a condito mundo in" annum restitutae salutis 1500." aemulatione ueterum digessit, o-" pus ipso genere admirabile, &" sui auctoris nomine uenerandum." - - Hac una prodesse uoluit hic" noster J. N. J U. D. illustraturus" & gesta & literas Germanorum," "quae

(praesertim in altera historiae suae parte) contemnendus non est: nisi

"quae multos jam annos in tene-
"bris & situ delituerant, uir literis
"& fide praestans, quorum alterum
"sua potuit industria & Principum
"Virorum fauore; alterum, etsi id
"quoque uere suum, quasi ex tra-
"duce accepisse uidetur a Patre
"JOH. NAVCLERO uiro equestris
"ordinis - - - Ecclesiae Tubin-
"gensi Praepositus, & Uniuersitati
"studiorum Tubingensium Can-
"cellarius dictus est. Tum & pu-
"blicis & familiaribus commodis
"patriae pater succurrens, ingen-
"tia in Tubingensem Ecclesiam
"beneficia contulit - - - Certo
"scio, gratus eris, ni ipsa sis im-
"manitate immanior, si cognoris,
"si legeris: tantum in eis, puto
"in Chronicis, operibus est frugis,
"ut plane nemo unquam ad uete-
"rum studia sine illis adspirare
"possit. Credo ob hanc causam
"dicendi genus est neglectius, ut
"in promptu cuique sit, quod uo-
"let - - Si uero quis est inge-
"nio tam immodesto, ut ne dicam
"stupido, qui placari nolit hisce,
"si quid fortassis offenderit stylus,
"aetati condonet alioqui de se non
"male meritae. Plane, si cum re-
"liquis historicis NAVCLERI opus
"conferas, quantum fors excellunt
nonnulli, & pauciſſimi quidem,"
sermonis cultu, tantum hoc su-"
perat notandi artificio. Ita sunt"
omnia suis diuisa temporibus, ita"
suis aptata locis, commode dige-"
sta in annorum numeros & gene-"
rationum τῶν γενεῶν catalogos."
Ex his, quae Christi ortum prae-"
cedunt, ex Euangelio descriptae:"
quae sequuntur, suis Trigenariis"
confectae sunt. Nihil his com-"
mune cum ALCINOI apologis, nil"
de Comis, nil de Monocrepide"
Mercurio leges. Vitam formant"
& mores, si recte judicaris, quae"
hoc opere conscribuntur. Id"
quod es amaturus miro modo, si"
uideris, quae in eo uarietas & di-"
ligentia, si quando de aliorum"
scriptis judicatur. Tum id etiam,"
quum legantur in ista quasi NAV-"
CLERI Bibliotheca innumera,"
quae apud Scriptores reliquos o-"
mnino non sunt: adeo nihil hic"
erit, quod si diligens expendas,"
non elegans aliquid sapiat & e-"
ruditum." Quae modum fere in laudando excedunt, & judicium amoris magis, quam ueritatis, majore sui parte sapere uidentur, cum uulgaria plurima contineat. Conf. de NAVCLERO ejusque opere & Continuatoribus HENR. PANTA-

LEON.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0106
DFG

nisi quod barbariore interdum stylo utitur: multas tamen res scitu dignissimas recitat. Sed & Platina, dum uitas Pontificum descri-*

LEON. *Prosopograph. Viror. illustr. P. II. p. 554. ed. german.* MELCH. ADAMI *in uitis Philosoph. German. p. 13. ed. recentissimae.* GERH. JOH. VOSSIVS *in opere de Historicis Latin. L. III. c. X. p. 646.* DEGOR. WHEAR *in Relection. Hyemal. Sect. XL. p. 156.* J. AND. QVENSTAED. *de Patriis Illustrium Virorum p. 165.* MART. ZEILERVS *in Historicis celebribus P. I. p. 97.* JAC. BVRCKHARD *in Commentar. de Lat. Linguae fatis in Germania P. II. c. IV. p. 275. sqq.* DAN. GVIL. MOLLERVS *Diss. peculiari de Nauclero 1697. Altorf. ed.* HERM. DIETER. MEIBOMIVS *in Orat. inaugur. de genuinis Hist. germ. fontibus p. ed. recentissimae L. 1727. p. 29. in not.* REINH. HENR. ROLLII *Biblioth. Nobil. Theolog. Sect. I. c. I. §. 3. p. 14.* BELLARMINVS etiam *de Script. Eccles. ad ann. 1500.* & alii ejus generis plures.

* *Platina.* Vero nomine Baptista, non BARTHOLOMAEVS, SACCHVS CREMONENSIS, ex uico autem Platina, uulgo appellatus Platina; de quo uid. omnino PETR. LAMBECIVM *in Annotation. ad Platinae Historiam Mantuan. p. 443.* Notabile de eo est LANGLETI DV FRESNOY judicium: PLATINA *ist zwar zu aufrichtig, doch kan Er, wenn* O-NVPHRII *Noten dabey sind, noch passiren. In der Anweisung zur Historie c. II. Art. II. p. 157.* conf. MENCKE *in addito Catalogo Historicor. c. LXV. p. 357.* Nec minus Magni olim ERASMI ROTEROD. sententia de ipso notari meretur: In Historia „ualiturus erat, si nactus fuisset ar- „gumentum felicius. In optimo „Ciue & Panegyrico nonnihil ac- „cedit ad Ciceronis imaginem; sed „tanto interuallo, ut hoc cogno- „men non promereatur erudito- „rum calculis, alioqui uir doctus, „facundus, &, ni fallor, bonus.“ *in Ciceroniano p. 115. ed.* Neapoli Nemetum a MELCH. ADAMO curatam, quam praestantissimam nuper Cl. HALLBAVERO non ad manum fuisse miror & doleo; suam enim multum locupletare & commendabiliorum reddere potuisset. Plura uid. apud EYBENIVM *in Eponymolog. p. 669. sq.* POPEBLOVNT *in Censura Auctorum p. Unpartheyischer Bibliothecarius P. I. n. XIII. p. 77. sqq.* Atque *in Naudaeanis p. 74. & additions & corrections p. 204.* Inter editiones PLATINAE optimae sine dubio sunt, quo uetustiores sunt *Venetae Anni 1479. Norimb. 1481. 1485. & 1529.* omnes *in fol.* utpote, in

quas

Poëta- *describit, saepe ostendit, sibi uitia P. quorundam uehementer displicuisse. Admiscendi sunt & Poëtae*, qui & animum excitent,*

quas indici expurgatorio nulla uis aut uiolentia esse potuit: etsi recentiores annotationibus, illustrationibus & continuationibus ONVPHRII PANVINII, aliorumque, locupletatae sint. Versiones inter aestimari debet Italica cum uita Platinae a NICOL. ANGELO CAFERRO *Rom. Scripta* & cum *Continuat.* PANVINII, STRINGAE, CICARELLI, BZOVII, BAGATTAE *ed. Venet. 1663. in 4.* Cum uero non nisi rarissime haec & illae haberi possint, utilissimam non nemo operam praestitit, quod primam illam accurate & nitidis typis expresserit in Belgio *1645. in 12.* Quae ad uitam ejus spectant, qui milites inter eruditos nomen dedit, & infelicibus propter perpessa tormenta, uincula, pauperiemque summam, eruditis annumerandus est, hauriri possunt ex TRIETHEMIO *de Scriptor. Eccles. T. I. Opp. p. 375.* HIER. BALBO *de Coronat. p. 84.* P. JOVIO *in Elogiis p. 34.* LVD. JACOBO *a S. Carolo Bibliotheca Pontif. L. II. p. 275.* C. SAGITTARIO *in Introduct. in Hist. Eccles. Vol. I. c. XXV. §. X. p. 657.* qui uaria etiam doctorum uirorum judicia de eo recitat, & continuatores ejus refert, ARISII CREMONA *literata p. 310. T. I. n. LXXV.* BAILLET. DES ENFANS *celebres c. LXXXVIII. §. VIII. p. 422.* DAN. GVIL. MOLLERO *in diss. de Platina Altorf. 1694.* BVRCH. GOTTHELF. STRVVE *in Actis liter. fasc. IV. p. 3. sqq.* ubi Inuentarium Bibliothecae Vaticanae ab ipso confectum producit, & aliis pluribus, quos recitauit JOH. FABRICIVS *in Hist. Bibl. suae P. III. n. LVII. p. 424.* Denique *Epitaphium ejus* legi potest apud MABILLONIVM *in Musaeo Italico T. I. P. I. p. 66.* & DODO RICHEA *in Theatro funebr. P. III. Scen. VI. p. 388.*

* *Admiscendi sunt & Poëtae.* Ne mireris consilium Auctoris, *Bone Lector*, rationes ejus ipsi sunt plures una & sat graues. A lectione „ Poëtarum, qui abhorret „ (uerba cognosce JOH. KIRCHMANNI, Viri Cl.) eum ego auersis Musis natum, nec unquam ad solidae eruditionis culmen peruenturum „ esse, libere sentio," *in Dedic.* GRYPHI AVSONIANI *de numero ternario Rostoch. 1607. in 4. edit.* Etsi enim, ut EVREMONDIVM *dans ses oeuvres mêlées T. I. p. 254.* praeteream, aliquos strepitus TANAQV. FABER JVNIOR *Tr. de futilitate Poëseos edito* & JOH. CLERICVS *Objectionibus suis de*

tent, & simul Latinam linguam politiorem reddant, quales sunt Virgi- rum lectio utilis.

de inutilitate Poëseos graecae latinaeque in Parrhasianis P. I. p 3. fecerint, illius tumultus Vener. Gvil. Schüzivs *pecul. Diss. Lipsi.* habita feliciter repressit, hujus strophas celeb. J. Gvil. Bergervs habita *Viteb. Oratione inaugurali*, aliique confutarunt. Confer Corn. Diet. Kochii *dissert. de moribus Poëtarum Helmst.* hab. & J. Caselii *Orationem pro arte Poëtarum.* J. H. Ackeri *curam in Opusculis Eloqu. fascic. I.* additam, *Rudolst. 1712. in 8.* Sigillatim an indignum sit Pastore animarum Poësin exercere? inquisiuit & accurate sententiam tulit Melch. Sylv. Eccardvs *in Past. Conscient. cl. III. qu. IV. p. 256.* qui simul cautelas annectit saluberrimas, ex quibus primam saltim in gratiam eorum, qui hisce deliciis tantum non totos se immergunt, quorum etiam summa laus non nisi in eo consistit, quod uersus, aliquando lasciuos admodum & profanae mentis indices, pangere possint, repetere placet: "Non "nefas est Ministrum exercere Po"ësin, sic tamen, ut tractetur ceu "παέργον, horis succisiuis animi "& oblectationis gratia, cum a se"uerioribus curis non nihil remit"tendum, ut postea eo acrius re"dintegrato feruore suscipiantur; non autem, ut ἔργον, quod me"liores horas rebus theologicis" impendendas, sacrilege suffure" tur, sibique deposcat" Lege, si lubet, Car. Arndii *Dissertationes II. de usu Poëseos profanae in Theologia exegetica & didactica Tomo V. Miscellaneorum Lipsiens. p. 12. sq. Tomo VI. p. 212. sqq. Tom. VIII. p. 11. sqq.* reperiundae, qui nisi fata prohibuissent, plures etiam daturus erat, & conspectioris ingenii Virum Roland. Maresivm: Poësin ipsam non dedecere Episcopum egregie ueterum exemplis docentem *Epist. Philolog. L. II. Ep. XXXVIII. p. 444. sqq.* Adhaec, eo comparatam modo esse, ut Theologis etiam licita concessaque sit, ostendunt Sebast. Kortholtvs *Progrmmate Kilon.* ad indicandam Orationem *de Poëtica cum Theologia conjungenda* publicato *1726.* & Abd. Praetorivs *in opere de Poësi graecorum Viteb. 1571 8. edit. append. de generalissimis Poës. considerationibus c. I. p. 331. sq.* ubi *p. 377.* Avgvstini & Basilii etiam confessiones multa, in Poëtis utilia, se didicisse adfert, ut eos morari opus haud sit, qui sacri ordinis homines ab his sacris prorsus remoueat. u. Theoph. Raynavdvm e Soc. Jesu, *in L. de bonis*

nis & malis libris p. 190. Praeterea de usu Poëseos in Theologia accurate disserit R. BOYLE *de Excellentia Theol. p. 9* add. DAV. CASPARI *in Praelect. de futuri Theologi Studiis §. LXX. p. 29 sqq.* Quam denique utilitatem cum ad rerum cognitionem formandumque judicium, tum ad uerborum orationisque facultatem & splendorem ex Poëtarum lectione capere possimus, erudite fusissimeque calamo, credam, Fratris NATHANIS edisserit DAV. CHYTRAEVS, Theologus & Polyhistor summus, *in regulis studiorum*, (quas uere aureas & utilissimas in foro saepe scrutario situ atque puluere consumi, passimque prae musteis quorundam inanitatibus negligi & contemni dolerem, nisi eandem optimorum solidissimorumque superioris aeui scriptorum sortem esse quotidie experiremur) *edit. opt. Lipsi 1595. fol 183. sqq.* Utilitatem sigillatim latinae Poëseos, causasque hodierni ejus contemtus *pec. dissert.* ostendit P. BRVMOY S J. *in Pensées sur la Decadence de la Poësie latine 1723.* Nec difficile foret a seculo XVI. ad hoc usque, quod uiuimus, plures Poëtas, si mediocribus esse concedas, Theologos numerare, quam omnium reliquarum quas uocant, facultatum Viri docti, producere poterunt: qui ipse olim aliquot centurias eorum collegi, quos suo loco & tempore fortassis publice sistam. Antiquiores Poëtas Christianos graecos & latinos peculiari Dissertatione recensuit Vir doctissimus ANDR. CHR. ESCHENBACHIVS *in Dissert. Acad. junctim Norimb. 1705. ed. diss. II. p. 69. sqq.* Plura cupienti dabunt, qui Poëtarum Historiam condiderunt LIL GREGOR. GYRALDVS, cujus Dialogos X. Historiae Poetarum graec. & lat. possideo *ex edit. Basil. 1545. in 8. II. Vol.* PETR. CRINITVS *de Poëtis latinis L. V. in Opp. ex officina Ascensiana 1520. in fol. editis folio 75. sqq.* JOH. PETR. LOTICHIVS *in Biblioth. Poëtarum IV. Partibus Francof. 1625. in 8. ed.* OL. BORRICHIVS *in Dissertat. Academicis de Poëtis Francof. in 4. 1683. ed.* cui supplementa doctissima elegantis ingenii juuenis, sed praecipiti fato non sine omni culpa sua ereptus, MICH FILIZ *in Analectis ad* BORRICHIVM *de Poëtis Lipsi. 1696.* &, qui primo loco nominari debebat, ADR. BAILLET *in Jugemens des Sauans Tomo IV.* integro & aliquot partibus constante *Paris 1686.* quem noua etiam editione meliorem prodiisse nouimus. Addat. JVL. CAES. SCALIGER *in Poëtices L. VI.* toto, quem *Hypercriticum* inscripsit *Gen. 1586. p. 764. sqq.* & POLY-

CARP.

*Virgilius, Ouidius *, (ubi non est impurus) Horatius,*

CARP. LEYSERVS, Vir politae doctrinae acerrimique iudicii & ambitum scientiarum uastissimo ingenio suo complexus, *in Historia Poëtarum & Poëmatum medii aeui Halae 1721. in 8. ed.*

**Virgilius, Ouidius.* De utroque Poëtarum, illo in heroico, ob summum judicium & accuratam diligentiam, hoc in elegiaco carmine, ob ingenii maxime elegantiam, & admirabilem suauitatem Principe non opus est multa conuasare. Qui Poetarum Historias uel notitiam scripsere criticam, aut utriusque editiones praestantiores curarunt, aliique de utroque & reliquis etiam, quos OSIANDER commendat, stylo copiosiore exposuerunt. Ab HELIANDO & GERVASIO, Magiae ipsum accusari perridiculum est, BAPT. a. MANTVANVM ipsi aequari a TRITHEMIO & praeferri, absonum. Elogia ejus plurima habent POPEBLOVNT & EYBENIVS. Addi tamen, si lubet, poterunt de VIRGILIO JAC. PONTANVS e Soc. J. *in Annotat. ad Progymnasmata Vol. I. L. I. n. LXXIII. p. 142. ed. Francof. 1689.* MORHOF. *in Polyhist. T. I. L. II. c. XVI. p. 576.* JOH. NIC. FVNCCIVS *in tractatu solide eleganterque scripto de uirili aetate Lat. Linguae c. III. §. XVIII. p. 201. sqq.* Omnia uero, quae in laudem ejus, qui solus ipso judice Poetae nomine dignus est (*L. XXX. c. II p. 208. l. mox citandi*) uergere possunt, habet J. C. SCALIGER *L. V. Poët. c. II. p. 538. sqq.* ubi cum HOMERO prolixe comparat, & VIRGILIVM HOMERO praefert. Conf., qui etsi HOMERO propensior, eadem Orchestra saltauit R. RAPIN *les comparaisons des grands Hommes de l'antiquité Tom. I. p. 97. sq.* Ego non nisi pauca Pseudonymi elegantissimi VIGNEVL-MORVILLE *Melanges de l'Histoire & de literature T. I p. 44.* uerba adiiciam: Virgile ne doit point sor-" tir des mains des jeunes gens." Son langage est plus beau, &" plus naturell, que celui de Cice-" ron. C'est le plus judicieux, le" plus sage, & le plus pur de tous" les Poëtes latins. Il y a beaucoup" á profiter dans son Eneide:" ad formandos mores in genere totum Poëma. Est enim imago ἀνδρὸς πολιτικοῦ καὶ στρατιγοῦ. Les *Georgiques de ce Poëte, sont un chef-d'oeure en leur genre.* Effusissimus omnium est in laudibus MARONIS coaceruandis ALEX. ROSSAEVS, cujus VIRGILIVS triumphans in III. L. dispertitus, omnes ueteres ipsum

tius, ualde sententiosius, sed in Odis nimis obscurus. Comici etiam*

Poetas superasse, eundo per singulos, contendit *Roterd. 1661. in 12.* De OVIDIO uid. J. MASSON. *in luculentae doctissimae que uitae ejus descriptione chronologica Amstelod. 1708. in 8.* qui instar omnium esse debet. Addi possunt, aut in defectu ejus sufficient J. G. WALCHIVS *in Hist. Crit. Lat. Linguae c. IX. §. II. p. 408. sqq.* J. ANDR. FABRICIVS *in Biblioth. Lat. P. I. p. 260. & P. II. p. 101.* MORHOFIVS *in Polyhist. T. I. L. II. c. XVI. p. 598.* FVNCCIVS *l. c. §. XXXVIII. p. 251. sqq.* qui de VIRGILIO etiam plurima habent. Unicum non grauabor adscribere BOHVSL. BALBINI judicium, qui, "O inimi- "tabilem, *inquit*, quandam facilita- "tem, secutus summam claritatem, "cum suauitate conjunxit, nec ta- "men elegiaci carminis & nume- "rorum elegantiam neglexit, ut "merito hunc unum discipulis i- "mitandum proponam, cujus la- "cteus candor omnes aliorum fu- "catos colores uincit. Nostra ae- "tate BIEDERMENA, & SED. HO- "SCHIVS, nec non GVIL. BECANVS, "qui II. posteriores compluribus "annis nullum alium legerunt pro- "fanum auctorem frequentius, e- "um ferme aequarunt. *in Verisim. hum. liter. c. V. P. II. §. IV. p. 135.* Quae omnino ita se habent, quicquid etiam nimiarum argutiarum MVRETVS, VICTORIVS SCRVELIVS, VAVASSOR, aliique in eo sibi deprehendisse uideantur.

* *Horatius.* Judicium Theologi audis, Lector, quod fortasse in censendis ueterum scriptis parum, aut nihil ualere praeoccupata mente praeripis: adscribam igitur unum alterumue Philologorum, Criticorumque summorum, quorum auctoritate illud egregie confirmatur: ut de comparatione inter PINDARVM & HORATIVM in hujus fauorem facta a BLONDELLO & *Amstel, 1693. in 8. gallice ed.* quam una cum RAPINI, TOLLII & PALMERII comparationibus aliorum Poëtarum latina ueste indutam JANVS BERCKELIVS *Lugd. B. 1707. in 8.* edidit, nihil dicam. Nec Dn. DE GODEAV in discursu super Poëmata Malherba gallica omnibus ipsum Graecis praeferre repetam: JOH. CASELIVS, at quantus in his literis uir! *Epist. ad* GVILIELMVM, Duc. Brunsuicens. *p. 161.* "Vate, *inquit*, Ly- "rico Te delectari animaduerti: " neque immerito, cum sit & ele- "gantissimus & doctissimus, qui " semper admirabile aliquid & di- "uinum depromat, ex abditis Mu- "sarum

"sarum penetralibus, quo demul-
"ceat politissimi cujusque ingenii
"pectus." CASP. BARTHIVS, summus olim Germaniae Criticus, crebro in ejus laudes se effundit. Pauca proferamus ejus uerba ex *Tom. I. Aduersariorum L. X. c. II.*: "De HORATIO constat omnium
"Philosophorum flores & dogma-
"ta delibasse. adde *L. XXXVII. c.*
"*XXII.* MAJORAGIVS, e Soc. J.
"dicendi facultate praestantissi-
"mus: Nemo sane, *ait*, uel di-
"cendi figuris metrorumque uari-
"etate jucundior HORATIO, uel
"recondita doctrina crebrisque
"sententiis utilior inueniri potest. *in Orat. Vol. n. XXIII. p. 542.* DAN. HEINSIVS, ingeniorum in Belgio Princeps, *in praefat. ad Lect.* HORATII sui merito audiri uult: "Q.
"HORATIVS FLACCVS, auctor plu-
"rimae urbanitatis, &, si quisque
"optimus uirtutis ac sapientiae
"Magister. Et paulo post: E
"PLATONIS & ARISTOTELIS scri-
"ptis, quae ad uitam emendan-
"dam spectant, non omisit VENV-
"SINVS ille, sed contraxit. Siue
"quando in Lyricis grandi ac sub-
"limi ore, aliquod subinde ora-
"culum pronunciat; siue, ut in
"sermonibus, larga manu uirtutis
"ac justitiae praecepta spargit. Quae uero de obscuritate odarum queritur noster, ea, credo, qui in dubium uocare uelit, fore neminem: inprimis, si recogitemus ea tempora, quae uiuendo OSIANDER attigit. Causam certe dolendi sibi habere olim uisus est HENR. GLAREANVS: Solum hunc inter"
latinos Poetas digno expositore"
carere, quem unum oportebat"
memoriae commendare, quo nul-"
lus tersior, nullus minus habens"
uerrucarum, totus nitidus, ele-"
gans, & dictionis felicissimae,"
quo hodie lingua latina merito"
gloriari potest, cum graeci o-"
mnes in hoc poêmatis genere"
nobis perierint" *in Dedicat. Annot. suarum Friburgi 1533. in 8. editarum.* Ex quo uero BERNH. PARTHENIVS SPIELENBERGIVS *Commentarium*, in his, quod doleo, oris rarissimum, & quem reliquis omnibus utilitate praestare facile dixerim, *Venet. 1584. in 4.* publicauit: PETR. GVALTH. CHABOTII *X. lustrorum industria*, ex *ed.* JAC. GRASERI *locupletissima*, *Bas. 1615. in fol.* curata, nimia fere & omnino paedagogica quibusdam uisa, ei explanando impensa est; multamque lucem cum ex Philologiae, tum ex Philosophiae maxime penu ipsi affudit FRIED. RAPPOLTVS *Commentario suo elaboratissimo*, *Lipsi. 1675. in sua forma* edito: textum uero aliquot centenis

etiam recreationis causa legendi, qualis est Terentius, qui plus sapien-*

nis locis restituit notisque illustrauit doctissimis in postrema editione sua RICH. BENTLEJVS *Amstel. 1713. in 4.* & denique incomparabilis DACIERII *Paraphrasis Gallica, Paris. 1681. X. Vol.* quae sola omnes fere tenebras ejus dispellit, difficultates omnes tollit, accessit; querimoniae illi amplius locum adeo haud esse lubentissime concedo. uid. de CHABOTII *Commentario* GEORG. ZENNERI *gelehrte Nouellen Anni 1695. p. 768.* Vitam HORATII egregio Commentario illustrauit JOH. MASSONIVS, *Amstelod. 1708. in 8.* Adde, praeter Scriptores ad Poëtarum notitiam ducentes, & NIC. FVNCCIVM *de uirili aetate Lat. Linguae c. III.* §. XXIX. *p. 239. sqq.* WALCHIVM *in Hist. Lat. Lingu. c. IX.* §. *IV. p. 414.* & PARRHESIANDRVM (Rüdigerum) ex SCHVRZFLEISCHII *Discursibus exceptis diuitem in singular. p. 513.* Plura uero de HORATIO ipso judicia conlegerunt, ut EYBENIVM & POPEBLOVNT denuo excitare omittam, CHRIST. FVNCCIVS *in Rhetore Scholastico Class. VI. p. 667.* & AVGVST. BVCHNERVS *in Programmate de Horatianae Lyrae praestantia, Vitemb. 1624* publicato, lectuque plane dignissimo.

* *Terentius.* Haec ex tripode dicta censebis, qui accuratius Comicorum hunc Principem legisti unquam. Multis modis Criticorum suffragia eum PLAVTO praeferunt. uid. CASP. BARTHIVS *Tom. I. Aduersar. L. IV. c. XV. p. 187.* TE-„RENTIVS, *ait*, tanto sane Magistro„ suo (PLAVTO) superior, quanto„ honestas est improbitate. Et *L.„ V. c. VIII. p. 225.* Ego certe sem-„per ita sensi, minime tanti aesti-„mandam popularitatem PLAVTI,„ quanti sapientiam & urbanam e-„legantiam TERENTII.“ Imo *L. IX. c. VI. p. 423.* ubi perstringit eos, qui cum TERENTIO, uerba magni„ Critici ipsa recito, PLAVTVM„ committunt, tanquam quisquam„ hoc certamine opus habeat, at-„que adeo sint coeci, qui cum ju-„dicio aliquo in litteris uersantur,„ uel quid unum alterumue dece-„at, dignoscere non possint: quo„ spatio pudica & bene educata uir-„go domum suam seruans distet a„ muliere, lauta quidem & epulis„ uiros uenante, sed uaga, scoeni-„ca, denique circumforanea, tali„ tamen, quae honestatem etiam„ simulare possit.“ Nullum mihi dubium est a BARTHIO, JVST. LIPSIVM pungi, quem comparatione inter

ſapientiae, in receſſu habet, quam in fronte promittit. Plau-

inter hos Comoediae Duumviros inſtituta *L. II. Epiſt. Quaeſt. epiſt.* XVIII. *tota*, PLAVTVM TERENTIO praetuliſſe conſtat. u. BALSAC. *in Diſc. Gallice editis &* SOCRATI *ejus Chriſtiano adjunctis p. 83.* FABRIC. *Bibl. Lat. Vol. I. L. I. cap. I. p. 14.* conf. CHRIST. CELLARIVM, TERENTIVM PLAVTO etiam praeferentem, & manibus puerorum excutientem *in Diſſ. Acad. uarii argumenti Diſſ. IV.* §. XIII. *p. 466. ſqq.* add. DAN. HEINSIVS *praef. in Terentium, Amſt. 1656.* a ſe editum, BOH. BALBINVS *in Veriſimil. humanior. Liter. c. VIII.* §. *II pag. 212.* J. N. FVNCCIVM *in adoleſcentia Lat. Lingu. cap.* III. §. XXVIII. *p. 135. ſqq.* ERASM. ROTERODAMVM *L.* XXVIII. *Epiſt. n.* XX. *p. 1700. ed. Lond.* Ne autem V. D. Miniſter aliquando TERENTIVM inſpicere pudori ſibi ducat, ſummum, quem excitaui, aeui ſui Theologum ERASMVM cogitet, qui per omnem uitam ſuam triuiſſe TERENTIVM, exemplumque ſuum paene quotidiana ad exceſſum usque lectione attriuiſſe dicitur, & R. E. PVRPVRATVM VALLETE addat, de quo Cl. DAV. ANCILLONIVS *in Melange Critique de Literature Tom. II. art.* LXXXIIX. *p. 418.* LE CARD. DE LA VALETTE *eſtimoit tant cet ancien Poëte, qu' il portoit ſes comédies dans ſa poche pendant les Campagnes qu' il faiſoit:* Imo ipſum LVTHERVM noſtrum familiarem ejus lectionem non improbaſſe auctor eſt BAS. FABER *in praef. L. de Synonymia Terent.* Et SCALIGERVM ſenem, poſtquam omnium diſciplinarum ac ſcientiarum paene" perluſtraſſet adyta, ſemper in ma-" nibus geſtauiſſe hunc Comicum," neque illius lectione diuinum il-" lud pectus explere potuiſſe" JAC. CRVCIVS Belga notiſſimus, refert *in Epiſtol. L.* III. *p. 262.* & peruulgatum paſſim eſt GROTII Apophtegma: aliter pueri legunt, aliter ſenes. Nec fine ſtomacho in Seculum noſtrum TERENTII lectionem negligens ſummo Vir ingenio & accuratiſſimo judicio J. HENR. BOECLERVS amico ipſum commendat: Venuſtiſſimae ab-" ſolutiſſimaeque latinitatis auctor," nunquam ſatis laudatus eſt, nec" fruſtra a JOH. SCALIGERO, jam ſe-" ne tantopere deamatus. Hujus" artem & ingenium, ſi penetrare" poteris" (& uiam monſtrabit, uel una diſſertatione, quam praefixit huic ſcriptori HEINSIVS) multum" Te in politiori literatura profe-" ciſſe exiſtima, "*in Epiſt. ex MSt. ed.*

a Cl.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0115
DFG

Plautus nimis impurus est, & propter antiquitatis uocabula non facile*

a Cl. SCHELHORNIO *in Amoenitat. Literar. Tom. IV. p. 547.* Mihi hic commodum in mentem uenit recordari FRID. TAVBMANNI Viri, in quo amoeniſſimi ingenii uenuſtas cum ſolida uariarum rerum doctrina certare uidetur, qui in intimatione quadam ipſius VIRGILIO praemiſſa: "Laudo, qui hunc Au-"ctorem (TERENTIVM) Delicium "romanae linguae ſic legitis, ut "etiam intelligere cupiatis. Nam "certe plures ſunt, dicam ſine fu-"co, qui TERENTIVM ament, quam "qui intelligant, & creduntur "quaedam pueris hodie nota, quae "ſenioribus quidem unquam in-"notuerunt. Addam his ANGELI DECEMBRII uerba ex *L. I. de Politia literaria P. III. pag. 22. ed. Baſil. 1562.*, quod ſciam librum doctiſſimum a pauciſſimis hodie legi: "Docet inprimis Comicus natu-"raliter uiuere, prouidum & cau-"tum hominem fieri adulantibus; "iisque adhibere negotiis, quod "optimum eſt, quae conſilio regi "poſſunt: Caetera, uti uana in-"utiliaque relinquenda. Unde "plerosque demiror, qui TEREN-"TIANAM uilem admodum dice-"rent eſſe materiam, non ideo "ab illuſtribus Viris, ſed Plebejis tantum legi dignam, cum TVLLI-"VM tamen uideamus ſummum" Oratorem & Philoſophum, &" qui tot magiſtratibus in urbe" floruerit eundem Poëtam fami-"liarem ſuum appellare - - - Sa-"ne ſunt Terentiana praecepta o-"mni hominum generi perutilia," omni fere negotio congruentia." Obiter addo ſingularia quaedam de BOECLERIANA TERENTII *editione* legi *in Epiſtolis Loſſianis* a Cl. LACKMANNO editis *Ep.* CLXXXIV. *p. 381.* quam etiam prae reliquis eligendam ſuaſerim, cum ob elegantem commentarium & accuratas methodi recenſiones, tum ob indicem utiliſſimum & Χρεστομαθίαν *Terentianam.*

* *Plautus.* De PLAVTO & TERENTIO uariorum judicia congeſſerunt CASP. SAGITTARIVS *in Diatriba de uita & ſcriptis Plauti, Terentii ac Ciceronis, Altenb. 1671. 8.* CHR. AVG. HEVMAN. *in Sapientia Scenae Rom. Iſen. 1716. in 12. ed. praefat.* FAM. STRADA, S. J., *in Eloquentia Bipartita P. I. L. III. Tractat. 2. & 3. p. 439 ſqq.* FRANC VAVASSOR *de ludicra dictione Sect. II. c. I. p. 171. ſeqq. ed.* KAPPIAN. *L. 1722.* D. G. MORHOF. *in libro poſthumo de pura dictione* a Vener. MOSHEIMIO ed.

c. XII. §. VI. p. 197. sqq. CHRIST. FVNCCIVS *in Rhetore Scholast. c. VI. p. 662.* & JOH. NIC. FVNCCIVS *de adolescent. Lat. Lingu. c. III. §. I. p. 103. sqq.* ut reliquorum scrinia excutere uix opus sit. Nihilominus extemporaneam eam quidem, sed solidam tamen & accuratam de illo Polyhistoris Criticique consummatissimi CONRAD SAM. SCHVRTZFLEISCHII sententiam audire lubet: M. A. PLAVTVS *adhibiret uiel Archaismos und obsoleta, zum öffiern ist Er im Schertzen obscoen, und hat zuweilen Wörter erdichtet, um bey den Zuschauern ein Gelächter zu erwecken. Wenn man die alten Redens-Arten ausnimmt, so schreibt Er gar gut Latein, und kan man seine Latinitaet, sonderlich in satyrischen Schrifften, wohl an Mann bringen.* Apud PARRHESIANDRVM, quem eundem cum CLARMVNDO esse autumo, *in freymüthigen Singularibus p. 514. De latinitate Plautina peculiari Dissertatione* HENR. STEPHANVS egit *in append. Tr. de latinitate falso suspecta*, eamque ex scholis eliminare contendit EDMVND. RICHERIVS *in obstetrice animorum c. V. p. 113. sqq. edit.* RECHENBERG. Neque graue erit, quae ingeniosissimus R RAPINVS de utroque differit hoc loco etiam legere: "Plaute est ingenieux "dans ses desseins, heureux dans ses imaginations, fertile dans l'" inuention: il ne laisse pas que d'" auoir de mechantes plaisanteries" au goust d'Horace, & ses bons" mots, qui faisoient rire le peuple," faisoient quelque fois pitié aux" honnestes gens. - - Plaute n'" est pas tout a fait si regulier dans" l'ordonnance de ses Pieces, ny" dans la distribution des actes, que" Terence: mais il est aussi plus" simple dans ses sujets, car les fa-" bles de Terence sont d'ordinai-" re composées, comme on uoit" dans l'Andrienne, qui contient" deux amours. C'est ce qu'on" reprochoit a Terence; qu'il fai-" soit une comedie latine deux" Grecques, pour animer dauan-" tage son theatre. Mais aussi les" denoüemens de Terence sont plus" naturels, que ceux de Plaute:" comme ceux de Plaute sont plus" naturels, que ceux d'Aristophane." Et quoy que Cesar Terence une" diminutif de Menandre, parce" qu'il n'a que de la douceur &" de la delicatesse, & qu'il n'a" pas de force & de uigueur, il a é-" crit d'une maniere & si naturelle" & si judicieuse, que de copie qu'il" estoit, il est deuenu original." *Oeuures diuerses concernant les belles lettres Tom. II. Reflexions sur la poëtique p. 199.* a quibus non multum

tum abludit elegantissima inter PLAVTVM & TERENTIVM instituta collatio a ROL. MARESIO *L. II. Epist. Philol. Ep. VI* Obiter addo in uulgus notum esse, non sine ingenti applausu TAVBMANNI olim commentarium in PLAVTVM statim, ex quo *Vitemb. 1605.* ederetur, a Viris eruditis in & extra Germaniam exceptum esse, quod uel repetitae editiones *Annor. 1612. & 1621.* demonstrant, & ut aliorum encomia "transeam, J. H. ALSTEDIVS, toti-"us criticae speculum uere dicen-"dum esse existimat *in Systemat. Mnemon. de Poët. Lect.* Quam tamen ne sibi ipsi quidem satisfecerit Auctor, & quam male inprimis a Typographis habitus sit, ipse suis nobis uerbis ediserat: "Quaeso "Te, quid in eo est, quod Lecto-"rem alliciat? typorum aliqua "concinnior uenustas? ea uero e-"jusmodi est praesertim Graeco-"rum, sed & in bona operis parte "latinorum, ut nisi Sybylla legerit, "posse interpretari alium putes ne-"minem. Charta autem, si cum "exotica componatur, aut cum me-"liore saltem nostratium, pleraque "sic est, ut a tractatione istius pue-"rum peluim & aquam poscas lo-"tioni manuum. Tegetes certe "mendicorum, qui Lipsiam tuam "(Becmanne) in Nundinis obside-re solent, uidi haud raro puriores;" ut mirer in Galliis aut Transalpi-"nis reperiri, qui eum tanto pre-"tio emere aut tractare sustinue-"rint. Quanquam & mea aliqua" culpa is deterior factus: quid e-"nim pingam, aut uelem meas" hominis & tunc febrientis hallu-"cinationes? itaque editionem jam" paro alteram, quae multis qui-"dem modis, quod in me erit, me-"lior futura est." *in lance satura p. 17.* Hanc alteram uero, cum, quae secutae sunt, non multo prima meliores, imo postrema etiam omnium corruptissima, appareant, lucem nunquam uidisse satis constat, etsi olim magnifice prolixeque eam se curaturum illustris HENR. LEONH. SCHVRTZFLEISCHIVS, quod bene memini, cum publicam in Alma Leucorea professionem ambiret, edita peculiari scheda, catalogum multorum ejus operum affectorum recensente, promiserit. Cum MStis notulis *Brummerianis in Bibliotheca Carpzouiana* etiam fuisse catalogus ejus testatur *P. II. p. 222.* quas doctas accuratasque esse Auctoris summa in his literis eruditio sperare jubet. Lectu non injucunda sunt, quae de obscoenitate PLAVTI contra AVG. POLITIANVM disputat THEOPH. RAYNAVDVS, Soc. J., *in Erotemat.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0118
DFG

facile imitandus, Nicodemi Frischlini priores Comediae, Rebecca,*

Erotemat. de bonis & malis libris P. I. Erotem. VII. n. XCIII. p. 59. Etsi uero noster PLAVTO operam aliquam impendere, recte quidem, V. D. Ministrum haud uelit, summi tamen olim in Dania Theologi praelectiones ineditas in quasdam ejus Comoedias Hafniae non omnino in dedecus ipsius seruari J. A. FABRICIVS Autor est *in Biblioth. Lat. Vol. II. L. I. c. I. p. 16.* imo sanctum olim HIERONYMVM *Plautinas* libentissime legisse fabulas refert JOH. LVD. BALSAC. *in Epist. Select. n. XLII. p. 751. in append.* VAVASSOR. *libri cit.* Quod suo cujusque tempore, sin minus laudem, ueniam tamen merebitur.

* *Nicod. Frischlini.* Spes nostro aeuo supereſt ualde exigua, fore inter V. D. Ministros, qui ejus comoediis legendis uacare uelint. Non pessime autem tempus suum collocarent, qui in juuentute, antequam S. muneri admouerentur, seriis amoeniora hujusmodi studia interponerent, unamque aut alteram ejus Comoediarum percurrerent, omnibus enim idem pretium statui haud potest cum animi potius in aliquibus feruorem, quam judicii normam secutus, nec debitam adhibuisse diligentiam uideatur. Multo rebus suis rectius consulerent, quam naeniis germanicis & ineptissimis saepe chartis, aliquando etiam fabulis, quas Romanenses uocant, futilibus tempus fallendo: dicam an potius? perdendo! Neque tamen uelim, aliquis sibi persuadeat, multam operam tempusque hujusmodi lectioni animi unice recreandi gratia, etsi non sine utilitate, impendendam esse. Uti in omnis profanae literaturae studio, ita hic inprimis ualet illud: ne quid nimis. Habet majora grauioraque V. D. M., in quibus omni animi contentione elaboret, & quibus per totos omnino uitae dies inhaereat, ne nostro aeuo contingat, de quo olim suo conquestus est diuus HIERONYMVS: Sacer-„ dotes dimissis Prophetis & Euan-„ geliis uidemus comoedias legere„ (aliquando eheu ipsos agere! &„ amatoria bucolicorum uersuum„ uerba canere, tenere VIRGILIVM,„ & id, quod in pueris necessitatis„ est, crimen in se facere uolupta-„ tis.“ *Epist. XLVI. ad Damasum.* Vitam atque fata infelicis hujus eruditi descripsit M. GEORG. PFLÜGERVS, Ulmanus in Appendice Orationum FRISCHLINI altera editione

ca, Priſcianus uapulans, Julius Rediuiuus, multum habent elegantiae, jucunditatis, feſtiuitatis, & eruditionis. Sunt & uaria Colloquia Latino ſermone non minus jucunde, quam erudite*

---

tione promulgatarum *Argent. 1605. in 8.* cujus libelli paulo rarioris uitulo reliqui fere omnes *Biographi*, ADAMI, FREHERVS, CLARMVNDVS, &c. ararunt. Nuperrime memoriam ejus accurato ſtudio doctiſſimaque commentatione recoluit CAROL. HENR. LANGIVS *Brunſuigae 1727. in 4.* De Comoediis uero ejus, quas praeter inuentionis artificium, argumenta utiliora, uerſuum dictionisque elegantia & inprimis perſpicuitas commendant, ſummi etiam Viri honorifice admodum ſenſerunt. DAV. "CHYTRAEVS per illas priſtinae "latinitatis nitorem in Germaniae "theatra reductum eſſe ſtatuit: "JAC. MONAVIVS comicam pal"mam omnibus hujus ſeculi Poë"tis eripuiſſe ſcripſit. Et quae hujus generis plura ipſe recitat *in Orat.* in MARC. WAGNERVM *Frimar. p. 416.* conf. LOTICHII *Biblioth. Poët. P. III. p. 158.* OL. BORRICHIVS *in Diſſertationibus Acad. de Poëtis Diſſ. IV. n. CLVII. p. 130.* EYBENIVS *in Eponymol. Crit. p. 368.* ANT. TOISSIER *les Eloges des Hommes ſauans P. II, p. 144. ſqq.* & *nouuelles additions p. 369.* ADRIAN BAILLET *Jugemens des Sauans Tom. IV. P. III. p. 408.* JAC. BVRCHARD. *de Lingu. Lat. in germania fatis P. I. c. VI. p. 501. ſeqq.*

* *Colloquia.* Non dubito fore, qui haec pueris nondum ephebos egreſſis, non uero Viris, S. muneris dignitate fulgentibus, commendanda eſſe arbitrabuntur. Sed illi non ſunt, qui ſatius eſſe tandem ea didiciſſe, quam nunquam, quorum ignoratio contemtum ſui ut plurimum, uiros etiam ceteroquin doctos in ruborem dando, acriter uindicare ſolet. Neque uero ERASMI Colloquia pueris ſcripta ſunt, neque a pueris intelligi queunt. Fruſtra eos Viri Magiſtrique ipſi legunt, niſi accurata temporum, hominum doctorum & morum illius aeui cognitione probe inſtructi ad lectionem eorum accedant. Major pars illorum Hiſtoriam clericorum eruditorumque ERASMI aequalium arcanam ſiſtit, & acri omnino ſale uitia plurimorum perfricare audet. Ex editionibus, quae exſtant, plurimis commendare ſoleo *Ulmenſem 1712.*

1712. *in 8uo* editam, cum notis PETRI RABI & apologia ac utilitate colloquiorum, nec non laude moriae, aliisque rebus. Vir omnino elegantissimus fuit ERASMVS, qui ingenio suo festiuo lepidoque multum indulsit, atque mentem suam de controuersiis tum agitatis, quam studiose alias tegere solebat, hic satis prodidit. Adeoque non sine ratione B. LVTHERVS iuuentutem diligenter seriosque adhortatus est, ut a lectione eorum abstineret, uid. WOLFG. KRÜGERI *Catalogum Mille Virorum illustr. p. 81.* Captum quippe ejus multum superant: ut jocos salesque aliquando nimis libero & incauto eum ore effundere taceam; ex quibus mores iuuenum, qui confirmati nondum judicii & ad licentiam per se proni sunt, detrimentum capere possent. Quamuis etiam regulas, quas in scribendis dialogis Rhetores praescribunt, ERASMVS superstitiose obseruasse haud uideatur, tot tamen habet lectissimorum uerborum locutionumque elegantias, quibus uarias easque curiosissimas res inuoluit, ut Lectorem peritum atque attentum ualde demulcere & in amorem sui abripere possit; nec sine insigni uariae doctrinae augmento dimittit. Ut uero ad LVTHERVM redeam, uariae erant causae, quae, ut ERASMO irascereretur, animum ejus permouebant u. in eum acriter inuehentem *in Colloquiis Francof. ad M. 1571. latine in 8. editis Tom. I.* ubi inter alia plura duriora: Scri-"pta ejus sunt ualde pernicioſa " Moriens filiis meis prohibebo," ne colloquia ejus legant, ubi fi-" &tis & alienis personis impiissima" spargit, & data opera docet, quae" obscurant Ecclesiam & fidem" Christianam, rideat me & omnes" homines, Deum non rideat, fi-" deliter suadeo" &c. *p. 204.* Quod inter opera ejus prohibita in indice prohibit: *f. XII. Conc. Trident. Colon. 1597. in 12.* edito primo loco numerentur, causam facile quilibet subodorare potest. Adeoque nemo facile in plures inquirere opus habebit, cur integra in Virum Summum plaustra congerat THEOPHIL. RAYNAVDVS *in Erotem. de bonis & malis Libris Part I. Erot IV. p. 22 sq* qui in classem scurrarum rejicit, clancularis Atheis adnumerat, scurrilitatis blasphemae & maximarum haeresium reum agere nititur. Praeterea fallit ac fallitur uir doctissimus J. G. WALCHIVS, qui, Colloquia, inquit, neque te-" nerae aetati, neque adultiori" commendari merentur: namque" sunt supra juniorum captum, qui" "illa

"illa haud intelligunt, & notae, "quas usui eorum accommodatas "adjiciunt, nullum utilitatis fru-"ctum praebent. Qui in latini-"tate aliquid profecerunt, tempus "male consumunt, quando in hu-"juscemodi colloquiis & abruptis "formulis uersantur, *in Hist. Crit. Lat. Lingnae c. XI. §. VIII. p. 454.* Etsi enim prius ambabus manibus concesserim, posterius probare haud possum. Adultiores enim in politissimo ERASMI ingenio modum applicandi ueterum formulas felicissimum, orationis amoenae lepores, flosculosque singulares, licet aequabilis ipsi tenor puraeque dictionis grauitas saepe desint; & quod hic inprimis attendimus, uberrimam rerum scitu dignissimarum, intimiorem Historiam cum literariam, tum ecclesiasticam illius aeui illustrantium, ad acuendam ingenii simul ac judicii uim inuenient, quae impensam lectioni operam largissime compensabunt. Ita exempli gratia HVGO DONELLVS JCt. Cl. primam occasionem cognoscendi penitius religionis nostrae ueritatem ex lectione horum colloquiorum cepit. u. *Acta Erudit. Franconiae P. XVII. p. 416.* Equidem Vir fuit uastissimi ingenii, acerrimique judicii, & qui utique in literis domi erat & regnabat, in seculi decus & miraculum natus: de se ipso tamen per modestiam contemptim judicat *in Ciceroniano p. 126.* judiciumque ipsius de colloquiis suis festiuum hic repeti meretur: E-"nimuero Batani, *ait*, oratoris nae-"nias, quae colloquia uocantur, "quanto plures terunt manibus, "quam LONGOLII scripta, quamli-"bet elaborata, quamlibet expoli-"ta, quamlibet TVLLIANA, & ut "graece dicam melius, *περιεργότερα*. "Quid in causa? quid, nisi "quod illud res ipsa capit, mora-"turque lectorem qualicunque "sermone tractata: ad haec quo-"niam theatrica sunt & uita ca-"rent, dormitat lector stertitque. "Utilitas commendat etiam medi-"ocrem eloquentiam. Quae tan-"tum adferunt uoluptatem, ea diu "placere non possunt, praesertim "iis, qui literas in hoc discunt, non "solum, ut politius dicant; uerum "etiam, ut melius uiuant, " *in Cice-roniano p. 145.* ed. M. ADAMI. Sed rectius judicium posteritatis est. Expromam illius specimen ex Viri excellentissimae eruditionis, & summa ingenii ui praediti J. FRIED. CRAMERI *uindiciis Nominis germanici aduersus obtrectatores Gallos* scriptis: LONGOLIVS ERASMI "eloquentiam totius Galliae opi-"

"bus

"bus praeferebat: equidem si ue-
"rum fateri uelimus, nescio an
"uel superior: uel etiam hodier-
"na aetas Galliae quicquam ui-
"derit ingeniosius Colloquiis Era-
"smi. Conf. Christ. Henr. Wei-
sivm *Lib. IV. de Stylo Rom. c. VI. p. 340.* qui stylum Erasmi dialogi-
sticum ex recentioribus prae cae-
teris magnifacit. Placet tamen,
ut lucem aliquam foenerentur ea,
quae de prohibitione eorum attigimus, uerba addere Valer. An-
dreae *ex Biblioth. Belgic. pag. 178.*
"Liber notatus in prima classe LL.
"prohibit: Interpolarat olim ea,
"resecatis iis, quae offendere pote-
"rant, Nic. Cvnnivs, Erasmo a
"manibus, sed periit labor ille &
"certe Erasmvs ipse *L. XXXVII.*
"ad amicos lect. styli exercendi
"gratia scripsisse ea se refert, nihil
"minus cogitans, quam ut ederen-
"tur. Et in purgatione sua aduer-
"sus Epist. non sobriam M. Lv-
"theri, Colloquia, inquit, me in-
"uito atque etiam irato prodie-
"runt, quibus adjeci quaedam in
"gratiam typographi, leui sane
"brachio, ut qui uno die inter-
"dum III. absoluerim colloquia.
"Quanquam non ubique jocor in
"colloquiis, etsi jocor, non jocor
"otiose. Idem *L. XXI. Ep. ad* Tho-
"mam Cardinal. Angl. scribit: ut
colloquia sua alicui graece ac la-"
tine docto, nec in odium, nec in"
fauorem notabiliter propenso,"
perlegenda tradat: Si deprehen-"
dantur, inquit, impia, me quo-"
que suffragante, eripiantur ju-"
uentuti: Sin offendant leuiora"
quaedam, poterunt ex bonorum"
uirorum judicio corrigi, quo pe-"
nes juuentutem maneat utilitas."
Quod cum factum adhuc non sit, e"
juuentutis ea manibus excutienda"
sunt, nec purgationi Erasmianae"
dandus locus. Haec ille. Paulo mi"
tius cum ipso agit Fr. Sweertivs
in Athen. Belgicis p. 208. quem uide.
Neque ingratum fore confido hic
legere jucundam de his colloquiis
historiolam & Galli simul doctissi-
mi judicium. Ita enim personatus Vignevl.-Marville: Simon"
Colinet, libraire de Paris, fit ti-"
rer uingt-quatre mille exemplai"
res des Colloques d' Erasme."
Outre qu' en ce tems-là les liures"
etant plus rares, qu' ils ne sont"
pas au jour d'hui, on les recher-"
choit auec plus d' auidité, le li-"
braire eut encore l' addresse de"
faire courir le bruit, que ces Col-"
loques etoient defendus, a fin"
par cette amorce d'en auoir plû-"
tot le debit, ea res acuit empto-"
rum auiditatem dit E. en ecriuant"
a Alphonsvs Valdisaevs Les"
"Col-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0123
DFG

dite ſcripta & edita, qualia ſunt Eraſmi, Joannis Ludouici Viuis, & Dialo-*

"Colloques d' ERASME ſont trop "libres & neantmoins ils meritent bien d' etre lûs pour ce qu' ils ont "de bon d' ailleurs. ERASME y "fait uoir toute l' etendüe de ſon "genie le plus beau & le plus agré-"able, qui ait jamais rempli tête de "Grammairien. Varillas dit, que "les plus curieux de ces Colloques "c'eſt le Ciceronien; mais je puis "aſſurer, qu' il n'y en a pas un qui "n' ait quelque choſe de ſingulier "& beaucoup de fineſſe d' Eſprit & "de critique. In Melanges d' Hi-"ſtoire & de Literature *T. II. p. 125.* addi mererentur, quae apud BAILLET *Jugemens des ſcauans T. II. L. II. p. 151. ſqq.* leguntur, niſi prolixiora eſſent, & ſat jam prata bibiſſent.

* *Johann. Ludou. Viuis.* Aliquam hic purae latinitatis curam offendas, ſi nouiter effictas ſine neceſſitate uoces, & Phraſes etiam ſaepe Iberiam redolentes magis, quam Romanae linguae genium, excipias, ſed ſine neruis & ingenii feſtiui nitidique copia. Ea etiam leporum amoenitas, quae Dialogis multam conciliat gratiam, abeſſe uidetur. Rerum uero ad Virorum ſtudia aliquid emolumenti conferentium pauca deprehendes ueſtigia. Ad puerorum igitur ingenia captumque accommodatiora uidentur. Caeteroquin VIVES diffuſiſſimae eruditionis copia, magnus ſuo tempore literator, JCtus & Theologus fuit, qui ſumma judicii ui ERASMVM, in aliis etſi animi dotibus ipſi inferior, ſuperaſſe uidetur. Recte de eo cenſet CONR. GESNERVS: J. L. VIVES in lucu-"brationibus ſuis eloquentiae ſa-"pientiam ita conjunxit, ut nemo" etiam eruditus non cum aliquo" fructu earum le lectionem hau-"iſſe fateatur *in Biblioth. pag. 430.* & notatu digna ſunt, quae in laudem ejus ſcribit JOH. TH. FREIGIVS: LVD. VIVEM puer etiamnum ita" adamaui, ut ne adhuc quidem" ejus amorem mihi ex animo ex-"cidiſſe ſentiam: Semper enim" mihi in Philoſophia & liberior &" ueracior aliis & inter primos fu-"iſſe, qui ſuperioris ſeculi barba-"riem, & ſophiſticam agnouerit," agnitamque probauerit, conui-"cerit, affixerit uiſus eſt." *In Dedic. Colloqu.* VIVIS. In multis P. RAMO praeluſiſſe VIVEM non eſt dubium, & prolixe facta ſententiarum in Tabula comparatione illud docet BARTH. KECKERMANN. *in Praecogn. Logic. Tr. II. c. IV. p. 164. ſqq.* Ipſe etiam

etiam ERASMVS haud siniſtre judicat de ſtylo ejus: "Nec ingenium, "nec eruditionem, nec memoriam "in illo deſidero: adeſt illi para- "ta ſententiarum ac uerborum co- "pia, cumque fuerit initio durius- "culus, in dies magis ac magis "matureſcit eloquentia &c. *in Ciceroniano p. 132.* Addat, de eo PAVL. JOVIVS *in Elogiis Vir. lit. illuſtr. p. 218.* CONR. GESNER. *in Biblioth. f. 430. ſq.* REVSNERVS *in Icon. Vir. lit. illuſtr. f. 11.* KRÜGERVS *in Catalogo Mille Virorum illuſtr. p. 169.* qui falſo obitum ejus in annum 1543. rejicit, J. JAC. BOISSARD. *in Icon.* cum REVSNERO *l. c.* & KOENIGIO *in Bibl. pag. 850.* emortualem ejus 1541. annum facit, cum HENR. WHARTHON & recte quidem A. 1537. obiiſſe dicat *in Append. Hiſt. Lit. Script. Eccleſiaſt.* GVIL. CAVEI *p. 129.* quo cum POSSEVINVS, NIC. ANTONIVS, THVANVS aliique faciunt. Qua in ſententia aliquo modo confirmor, quod unanimiter omnes fato praematuro obiiſſe dicant; ERASMVS uero A. 1519. ipſum jam annum 26. egiſſe teſtetur *in Opere Epiſtol. L. XIX. Ep. 101.* conſulatur porro de uita, ſcriptis ac eruditione VIVIS, SIXTVS SENENSIS *in Biblioth. Sacra L. IV. p. 337.* THOM. POPEBLOVNT *in Cenſura celebr. Auct. p. 365. ſq.* J. H. HOTTINGER. *in Biblioth. quadripart. L. II. c. VI. p. 31. & 75.* ANTON. A WOOD *in Hiſtor. & Antiquitat. Oxonienſ. L. II. p. 233.* ANT. TEISSIER *Nouuelles additions aux Eloges des hommes ſauans p. 78. ſqq.* *Unpartheyiſcher Bibliothecarius P. X. n. 177. p. 880.* BAILLET *l. mox citato n. 345. p. 164. ſqq.* REIMANN *in Critiſchen Geſchichts-Calender p. 49. ſq.* qui demum 1538. VIVEM prodiiſſe in lucem publicam libris ſuis *de trad. art.* minus recte aſſerit. Epitaphia ejus aliquot exhibet DODO RICHEA *in Theatro funebri P. III. Scen. VI. p. 408.* & qui omnium fuſiſſime accuratiſſimeque de eo egit NIC. ANTONIVS *in opere Biblioth. Hiſpan. recentior. rariſſimo Vol. I. p. 552. ſq.* etſi OSIANDRO noſtro praeter meritum inſultet, quod ipſum puriori religioni fauiſſe referat. Ipſa hoc confirmant multorum, quos ANTONIVS cumulat, elogia; & Indicum expurgatoriorum diligentia, quae in operibus ejus delenda inueniſſe ſibi uidetur plurima, illud teſtatur. Non graue erit huc transferre, quae de Colloquiis VIVIS habet, alibi non reperiunda, inprimis cum opus ipſum euoluere pauciſſimis contingat: *Exercitatio linguae latinae S. Dialogi.* Hujus operis prima" publicatio uidetur *Coloniae* fu-" iſſe *Anno 1494. in 4.* ſub primae" latine

Dialogi Joannis Jouiani Pontani, eruditionem, festiuitatem & elegan-*

"latine loquendi exercitationis se-
"cundum ordinem rerum, quae in
"quotidiano usu uersantur, appel-
"latione. Editi sunt *Venetiis*
"quoque *apud haeredes* MELCH. SES-
"SE *1588. in 8.* & saepe alias. Hos
"semi-graecarum uocum ibi u-
"surpatarum nomine reprehendit
"MATAMORVS, atque item aliquan-
"to acrius FRANC. SANCIVS, ficta
"ab eo tot uocabula sic audacter, &
"praeter aequum ac decens, in hac
"exercitatione non sine admirati-
"one, ne dicam indignatione ex-
"cipiens. Qui tamen Dialogi sem-
"per in magno usu apud omnes
"fuerunt nationes, quibus latina
"lingua cordi est & pretio. J. TH.
"FREIGIVS *notis illustratos Norimb.*
"*1571. 8 ed.* ubi & recusi sunt *1622.*
"*in 12.* & *Venet. per Domin. de Imber-*
"*tis 1612. 8.* in singula colloquia
"annot. fecit P. MOLA Complute-
"sis, indicemque latino-hispani-
"cum difficiliorum uocabulorum
"J. RAMIRVS adjunxit, ut editio fie-
"ret noua, tum alibi tum *Barcino-*
"*nae 1615. in 8. Caesar. Augustaque*
"*1627. in 8. Madritique 1644. 8.* & cum
"inscriptione *Dialogisticar. LL. exer-*
"*citationum. Lermae 1619.* Gallice
"quoque una cum latino Autoris
"prodierunt *Lugd.* apud *Gabr. Co-*
lier 1560. cum indice Latino-Gal-"
lico AEG. HOVSTEVILLE CADOMI"
in Gymnas. Mont. Profess. atque"
iterum ex noua Gallica uersione"
BENJ. JAMINI *Paris.* apud *Gabr.*"
Bacon 1578. teste VERDIERIO. Ger-"
mani etiam atque Poloni suos fe-"
cerunt, DROVDO teste &c." *p. 554.*
Quod si editio operum ejus, cum
erudita HALDR. COCCII praefatio-
ne, *Basil. 1560. II. Tom. in folio* cu-
rata, haberi queat, impensae iis
coëmendis pecuniae neminem fa-
cile poenitebit, quod Louanienses
aliquot locis libros ejus truncaue-
rint. Omnem uero iram in opti-
mum omnino Virum euomit JAC.
BIEDERMANNVS *in Agonistixωv L. II.*
c. VIII. p. 291. cujus periniquam
censuram repetere haud lubet.

* *Joh. Jouiani Pontani.* A JAC.
PONTANI e Soc. J. Progymnasma-
tibus, dialogorum etiam forma,
maximam eruditionis scholasticae
partem elegantissime complecten-
tibus, & saepe prela typographo-
rum exercentibus, probe hujus Di-
alogi discernendi sunt. Elegantia,
proprietate & puritate styli ERAS-
MVM atque VIVEM multis modis
superat. Neque hominem de
schola existimes, qui in aulis Prin-
cipum magnam uitae partem con-
sumpsit,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0126
DFG

elegantiam latini sermonis, una cum multarum rerum cognitione,

sumpsit, & difficillima belli pacisque negotia apud Imperantes tractauit. Ipse Lat. Linguae intelligentissimus ROMVLVS AMVSAEVS, "PONTANVM inter eos, quos latinæ "orationis facultate cum antiquis "hominibus comparari posse exi- "stimat, primo ponit loco: Quid "enim, ait, J. PONTANVS, Vir in- "genio & doctrina singulari, tam "multis uoluminibus non ma- "gnam rerum uarietatem copiose "grauiter & ornate, tum uersibus, "tum soluta oratione tractauit? *in Vol. Orat. p. 138.* adde BAS. ZANCHIVM *in Poëmat. L. VII. p. 225.* ubi eleganti epigrammate laudes ejus cecinit. Docti, faceti jucundique ejus sunt Dialogi, & sale etiam satyrico adsperſi: utinam non obscoenitate uerborum, & nimia styli acerbitate, aliquando etiam commaculati. Videatur de Viro eloquentissimo, quem inuidia aemulorum sua ipsi CICERONI surripuisse, uana suspicione, in uulgus sparsit P. JOVIVS *in Elogiis Virorum Literis illustr. pag. 94. ed. majoris.* CONR. GESNERVS *in Biblioth. uniuers. p. 428.* WILH. CAVE aut potius WHARTON ad illum, *in Hist. Lit. Ecclesiast. Addit. p. 145. ed. nouissimae.* NICOLAVS REVSNERVS *in Iconibus. f. III.* J. RAVIS. TEXTOR *in Theatro Historico-Poet. L. IV. cap. XXVI. p. edit.* per J. JAC. GRASERVM *Basil. 1673.* curatae & optimae 370. GERH. JOH. VOSSIVS *in opere de Historicis Latin. Lib. III. c. VIII. p. 607. sqq.* POPEBLOVNT *in censura celebr. Auth. p 352. sqq.* G. MATTH. KOENIG *in Bibliotheca Veteri-Noua p. 655. sqq.* ADOLPH. CLARMVND. *in Vitis clariss. Virorum P. VII. n. X. p. 83. sq.* WICQVEFORT *Ambassadeur L. I. c. VII. p. 113.* & qui curiosa multa & accuratam operum ejus notitiam suppeditat NIC. TOPPIVS *in Bibliotheca Neapolit. p. 151. sqq.* ubi memorabilis FRANC. ASVLANI *Epistola* inserta legitur, quae plena est laudum PONTANI, & prolixe honores, quibus ALPHONSVS Rex Neapol. ipsum affecit, recensetque, qui imaginem ejus ex aere factam inter res suas pretiosissimas ostendere, & reliquis omnibus praeferre solitus fuit. Ob libri raritatem ea tantum huc transscribam, quae inuidendas laudes Dialogis ejus admetiuntur, uerba: Adde tot" Dialogos, & de rebus grauissimis" disputationes, in quibus cognoscendis majorem fortasse utilita-" tem capere possumus, quam cum" LVCIANVM bonos omnes inse-"

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0127
DFG

ne, complectentes. Sunt & alia latina scripta satis eleganter composita, lectu jucunda: qualia sunt, Apophthegmata Erasmi: ejusdem*

"ctantem, & dignitati cujusque ge-
"neris hominum illudentem, legi-
"mus, ubi multum scurrilitatis, ur-
"banitatis parum deprehendimus *p. 154.* Epitaphium elegans & pium, quod ipse sibi scripsit, passim legitur, uide N. CHYTTRAEI *delicias itiner. p. 66.* & a ROGISSARTO etiam repetitur *in delices d' l' Italie p. 476.* Obiter addo: Lepidum Jouiani Patris colloquium cum filia Aurelia de secundis nuptiis legi posse in *Cheurneanis P. I. p. 206.* & de responso ejusdem: cur unico tantum cibi genere uteretur? ut "medicorum, inquit, manus effu-
"giam, uide BEIERLING *apophthegmata Christ. p. 399* Editio operum, quae soluta oratione scripsit *Basil. 1538.* prima *Tom. II.* constat, locupletissima uero est *Basil. 1556. IV Vol. in 8* quae poëtica simul comprehendit, utraque rarissime in illustrioribus etiam Bibliothecis offenditur.

* *Apophthegmata Erasmi.* Usum eorum aliquem in S. etiam sermonibus noster rectissime concedit, si aliquando & cum judicio adhibeantur qua in sententia Theologi nostrates semper fuerunt, donec superstitiose rigidi quidam censores haec talia, ceu ueteris Adami lenocinia, & profana sacrorum sermonum dehonestamenta, rejicere prorsus ac damnare, praeposteró deuotionis zelo, niterentur. Sunt enim uasa aegyptiaca, quae aurum habent aliquando, quod aures simul ac mentes attrahere potest, si gloriae diuinae amplificandae parca prudentique manu consecrentur; ut nullum deuotionis pietatisue hinc detrimentum metuendum sit. Conf. *Dissert. de Concionibus artificiosis & alamodicis* Praeside D. ZACH. GRAPIO *Rost. 1704.* hab. §. *XVII. p. 35. sqq.* CHRIST. CHEMNITIVS *in Methodo concion. in annot. ad praefat.* §. *V. p. 124.* & ad *c. I.* §. *III. p. 133. sq.* MELCH. ZEIDLERI *Rhetorica Ecclesiast. c. II. p. 34. ed. majoris in 4. 1704.* curatae, & in commentario ad illam erudito, sed mole sua laborante *c. V.* §. *55. p. 99. sq* Non inutiles igitur pueris senibusque libri sunt Apophtegmatum & similium ERASMI, quos merito D. G. MORHOFIVS, uir in his etiam literis acutum uidens, commendat *in Polyhist. Part. I. L. I. c. XXI p. 270.* Lycosthenis tamen similis labor multis modis eidem praeferri debet, qui locupletior ordina-

ejusdem similia, ex Plutarcho & aliis autoribus collecta: quorum usus etiam in sacris Concionibus interdum esse potest, & multa

dinatiorque est, & leuissimo saepe pretio uenundatur. Fuit enim uir hic reuera musarum Notarius, cui omnis aetas ingeniique uis in locis communibus congerendis consumpta est. Maxime suaderem Verbi diuini Ministro, si haberi queant, ut SIM. GOVLARTII *Apophtegmata Sacra 1592.* & LAVR. BEYERLINCK. *Apophtegmata Christiana Antwerp. 1608. in 8.* sibi comparet, in quibus ex ecclesiasticis Patrumque scriptis selecta sunt, quae majus adhuc in orationibus S. admouendos auditorum animos pondus habere poterunt. Nec minus, quod obiter addo, JOH. DADREI *similia & dissimilia ex Patribus inprimis collecta Col 1594. in 8* aut MAXIMIL. SANDAEI *Syluam similitudinum S. Col. 1640. in 8.* Ut recentiores ubiuis obuios non attingam, quos magno numero allegauit Cl. FRID. ANDR. HALLBAVER *im Unterricht zur Klugheit erbaulich zu predigen. P. II. c. III. §. XIII. p. 290.* Denique ERASMI uitam, quam cognoscere operae pretium est, praeter ea, quae ipse literis mandauit ad CONR. GOCLENIVM, habemus ex diligentia P. MERVLAE & PETRI SCRIVERII *Amst. 1615.* publicatam *in 12.* addatur Epistola B. RHENANI operum editioni priori praefixa, BARTHOL. CALCKREVTER. *in uita ejus Argent. 1605. in 8.* GVIL. INSVLANVS MENAPIVS *in Orat. funebri* ERASMO habita & *Basil. in 8.* edita, & MELCH. ACONTIVS *in Epicedio & Apotheosi Erasmi, carmine prolixo & eleganti, Tom. II. Declamat. Melanchthon. p. 422. sq.* Elenchum Librorum ejus dedit ADR. BARLANDVS, ipseque ERASMVS II. operum suorum catalogos publicauit *Basil. 1537.* quis uero crediderit, tot eruditissima utilissimaque scripta peracerbum & iniquum J. CAES. SCALIGERI judicium, mereri: una litura ea" sana fieri posse " *in Orat. pro Cicerone contra Erasmum p. 24.* Prolixa inprimis uitae scriptorumque recensio extat *in nouissima operum ed. Amst. X. Vol. 1705. sq. in folio* constante, quae diligentissime scripta est, & omnia habet, quae ad notitiam tanti Viri comparandam desiderari queant. Addantur omnino SAM. KNIGHT *in Vita Erasmi Cantabrig. 1726. anglice edita in 4.* GVIL. BATESIVS *in uitis selectorum aliquot uirorum pag. 187 seqq.* *Icon animi & affectuum* ERASMI *in Obseruat. Halens. T. IV. Obs. XXI.*

multa alia hujus generis. Neque excluſos uelim etiam hiſtoricos, qui Germanice (praeſertim eleganter) res memoria dignas, conſcripſerunt. Nam & Germanicae linguae elegantia, non tamen affe-

p. 440. ſqq. JOH. CLERICVS *in Bibliotheque Choiſie Tom. V. p. 15. ſqq. & Tom. VI. p 7. ſqq.* qui nouam ſplendidamque illam editionem aliquot locis diligenter etiam recenſuit. P. JOVIVS *in Elogiis p. 175.* MATTHIAS QVADIVS *in Ehre deutſcher Nation p. 409. ſqq.* PHIL. MELANCHTHON. *Declamat. T. IV. p. 778. ſqq.* CONR. GESNERVS *in Biblioth. Uniuerſ. f. 197.* JAC. VERHEIDEN. *in Imagin. & Elogiis praeſtantium aliquot Theologorum a* ROTHSCHÜZIO *recuſ. p. 14. ſqq.* JOH. FABRICIVS *in Biblioth. ſuae P. I. p. 320.* ANON. *in Obſeruat. Halenſ. T. IV. pag. 440.* TH. CREEN. *in Animadu. Hiſtorico-Philol. P. IV. p. 103. ſqq.* BAILLET *in Jugemens des Sauans P. II. Tom. II. n. 339. p. 127. ſqq.* JAC. FRIED. REIMANN. *in Hiſtoria Germanorum literaria P. III. Sect. I. p. 33'.* GOD. ZENNERI *gelehrte Nouellen Anni 1692. p. 494.* PARAVICINVS *in ſingularib. Erudit. Cent. II. p. 63.* CLARMVND. ille perſonatus *Vitar. clariſſ in re lit. Virorum P. I. n. I. p. 1. ſqq.* MELCH. ADAMI, KOENIGIVS, FREHERVS alii. Animi gratia egregium, ſi ſuperis placet, Epitaphium tanti uiri adjicere lubet, quod collectis a PANTAL. CANDIDO XIV. *in Epitaph. Antiqu. & recent. L III. p. 85.* adjungi meretur:

Hic jacet Eraſmus, qui quondam bonus erat mus,
Rodere qui ſolitus, roditur a uermibus.

Addit, qui exhibet AEG. MENAGIVS: Il y a, comme uous uoyez, « deux groſſes fautes de quantité, « qu' il ſemble, que l' Auteur ait « bien reconnu, & quand on lui « demandoit, pourquoi il auoit fait « la premiere ſyllabe de uermibus « breue; c' eſt, repondit-il, que « dans le premier uers j'ai fait la « premier ſyllabe de bonus longue. « *in Menagianis Tom. II. p. m 391. ſqq.* Mirari etiam ſubit fuiſſe, qui teſtamentum ejus reſcindere uoluerint, ſcriptaque ejus, ab exceſſu damnauerint tanquam Lutherana, teſte WESENBECIO *in Orat. de Gabr. Naudaeo, in declam. Melanchthon. T. VII. p. 213.* imo uero fuiſſe etiam, qui imaginem ERASMI in conclaui affixerat, hac ſola de cauſa, ut inambulans eamque praeteriens conſputaret; & quod magis eſt, repe-

affectata *, *Theologum ornat. Hanc horam ita Minister insumat,*

reperiri Virum uariae doctrinae laude inclutum, qui illud tantum non collaudaret & defenderet JAC. PONTANVM, S. J. Theologum *in Atticis Bellariis P. I. hist. XVII. p. 46.* Desid. u. ut hoc adhuc addam, ERASMVM foro Roterodamensi redditum cultissimo epigrammate celebrauit Poeta insignis, PETR. FRANCIVS *L. II. Epigramm. p. 432. ed. 2. auctioris Amst. 1697.* quod legi relegique meretur. Proxime etiam auctior prodibit celeberrimi J. A. FABRICII *diss. de Religione Erasmi*, a cujus diligentia & rarae eruditionis copia nonnisi curiosa solidaque monumenta expectari possunt.

* *Non tamen affectata.* Quo uitio nostra aetas inprimis laborat. Etsi dissimulandum haud sit, hoc dum acrius insectatur Cel. JOACH. LANGIVS *in Orat. Sacra Francof. 1707. in 8uo ed.* in alterum inclinare, & omnem orationis cultum praeposstero zelo e suggestu S. eliminare, qui in scyllam fere semper incidere solet, dum uult uitare Charybdim. Optime autem incomparabilis noster BALDVINVS: "Mali sunt Concionatores, quibus "nimium placet stylus aulicus, cui plus studii tribuunt & laboris," quam utilibus doctrinis." uide quaeso ipsius *Institut. Minist. Verbi c. XIV. §. III. p. 147.* & JOH. ANDR. QVENSTAEDIVM *in Ethica Pastorali Mon. 107. p. 636. sq. & Mon. 109. p. 646. sqq.* ubi obseruationes quasdam de studio linguae uernaculae a Theologo etiam impendendo offendes. Sin alicui peregrina magis arrideant, legat, quae de uitanda profanae eloquentiae affectatione V. D. Tractatorem bene admonet GILLES DV PORT *in l' art de Precher L. II. c. VIII. p. 85. L. V. c. XV. p. 301. sqq.* Egregie etiam hac de re differit R. RAPIN e Soc. Jes. *in Reflexions sur l' Eloquence de la Chaire Tom. II. Opp. Amsterd. 1683. ed. n. 32. p. 98.* cujus quaedam uerba dabimus: "Un Predicateur" Chretien ne doit rien tant eui-" ter, que tout ce qu' a trop d' eclat" dans les paroles & même dans" les pensées: il doit s' étudier a" parler nettement & sans affectati-" on. L' Eloquence de la chaire" aime la pureté sans rechercher l'" elegance: elle uaut être forte," sans se soucier d' être agreable:" elle n' a rien de grossier ny rien" d' affetté: & elle prend toujours" plus

mat, ut non defatigetur, sed ut omnino cum animi alacritate desinat.

CAP.

"plus de soin de ce qu'elle pen-
"se que de ce qu' elle dit.
"Tout ce qui est etudié & bril-
"lant lui paroit faux elle ne peut
"s' en accommoder: & toute cet-
"te uaine affectation de langa-
"ge qui corrompt la pureté &
"la sainteté de la parole de Dieu
"lui paroit profane: elle n' ai-
"me dans le discours que ce qui
"est droit, simple, naturel &c.
Inprimis multum consuluisse ju-uabit Mr. ARNAVLD. *Reflexions sur l' Eloquence des Predicateurs, Amsterd. 1695. in 8. & Saint-Euremeniana Tom. I. p. 226.* Ceterum uernaculae linguae studium, utile, aut necessarium haud esse contendentes, exemplis graecorum latinorumque mascule confundit u. MELANCHTHON. *in Collect.* JOH. MANLII *Part. III. pag. 50. sq.* qui locus, nisi prolixitatem uitaremus, hic exscribi mereretur. conf. AD. THEOD. SIBERVS *Voi II. διαλεξεων Acad. pag. 159.* Oppido autem notari meretur confessio B. MART. CHEMNITII, qui ex Postillis LVTHERI stylum germanicum se collectione phrasium formularumque excoluisse ipse narrat in uitae suae Historia. uid. *erleutertes Preissen Tom. III. P. XXIX. p. 339.* cujus uestigia legisse neminem poenitebit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0132
DFG

CAP. VI.

Secunda hora pomeridiana.

DE LINGVARVM STVDIO.

NOn modo ornamento eſt Eccleſiae Miniſtro, uerum etiam ualde utile, ſi graecae & hebraicae linguae cognitionem habeat: ut quandoque propter translationum uarietatem poſſit ad fontes linguarum, & ad ipſa (ut uocant) originalia* Linguarum ſtudium utiliſſimum.

---

* *Ad fontes linguarum.* Confer haec, bone Lector, cum illis, quae noſter ſtatim ab initio & paulo etiam poſt hoc ipſo capite monuit, & ſtudium S. fontium eum neglectim non habuiſſe uidebis, etſi temporis ingeniorumque rationem prudenter attendere uoluit. Dici enim ſatis non poteſt, quot iliades malorum ignoratio SS. Linguarum olim & nunc pepererit in "Theologia. Neglectio, Magnus "ait noſter CHEMNITIVS, & igno"rantia fontium uarias de nihilo "gignit Diſputationes, quae con"ſpectis fontibus unico uerbo "praecidi poſſunt. *Harmon. Euangel. Vol. I. c. I. p. 40.*„ Chriſti noti„tia e fontibus hauſta ſola ueros Theologos efficit, judice Theologo linguarum, quas oriens colit, ſuo tempore peritiſſimo, JOH. DRACONITE *in Dedicat. Michae Pentapli.* Fuit olim tempus, quo IGNATIVS LOJOLA Hebraeae linguae cognitionem ſuis interdixit, uid. RIBADENEIRA *in uita ejus L. V. c. X. p. 627. ed. Colon. 1602. in 12.* cui tamen inſtituto interceſſit decretum PAVLI V. & URB. VIII., qui ſerio, ut ad haec etiam ſtudia animum appellerent, mandarunt. Utrumque extat in JVLII CLEMENT. PLACENTINI *Lib. de Poteſt. Pontific. in S. 7. P. III. c. V. §. VIII. & XII. p. ex ed.* J. A. SCHERZERI *Lipſ.* Nec defuere ex illa etiam ſocietate, qui Orientalium Linguarum cognitione celebre in republica literaria nomen adepti ſunt. Minime uero audiendus ex noſtratibus eſt HERM. CONRINGIVS, qui uerſionem germanicam

nalia confugere: quandoquidem Nouum Testamentum lingua graeca:

manicam Ministro uerbi sufficere ad interpretationem scripturae, nec opus habere hebraea & graeca lingua, contendit *in Epist. gratulat. ad Ducem Brunsuicens. ob natalem octogesimum ipsius scripta*, quem merito reprehendit & confutat B. Joh. Bened Carpzovivs *in Theologia Exeget. Reg. I. p. 18.* Ceterum non minus eleganter ac neruose scripsit Nic. Albertvs a Kameneck, S. L. Professor olim Pragensis: "Miseratione Theologus, qui S. "linguam penuria Doctorum discere non potuit: flagris, qui discere non uult & occasiones respuit, "dignus est: ille, quod juniores "non cohortatur, hic, quod superbe dehortatur, culpandus, *in Programmat. Acad. Pragens. 1616. in 8. editis Rect. Julio Com-Schlickio Lit. B.* & suo jam tempore Joh. Schwebelivs acuti ingenii grauissimique judicii Theologus censuit: "Haud "facile quemquam feliciter uersari "in diuinis literis sine linguarum "peritia, praesertim, qui publicis "concionibus praeesse cogetur. "Siquidem scriba doctus ad regnum coelorum similis est Patri-familias, qui depromit e thesauro noua & uetera. At noua in "graeco, uetera n hebraico sunt recondita promptuario, ut linguarum claue uehementer opus esse uideatur." *In insigni rarissimaque Epistolarum ejus Theologicarum Centur. Bipont. 1597. in 8. edit. n. XXV. p. 73.* adde, quae prudenter circumspecteque Christ. Democriti fanatico fontium contemptui opposuit D. Franc. Alb. Aepinvs *in Matoeolog. fanat. recentior. praelimin. Thes. II. p. 5. sqq.* Weigelii quoque impetus in LL. studia factos feliciter repressit Balth. Rhav *in Theol. Polem. L. I. Controu. I. qu. IV. p. 7.* Confirmant uero sententiam Osiandri egregie, ut mille alia omittam, magni Erasmi uerba, quae huc transferri digna mihi uisa sunt: "Nulla, *inquit*, ratione fieri potest, ut intelligas, quod scriptum est, si sermonis, quo scriptum est, fueris ignarus: nisi forte malimus ociosi, quid hoc est muneris, cum apostolis e coelis expectare. Neque enim audiendos arbitror istos quosdam, qui, cum in Sophisticis tricis & illiteratis literis usque ad decrepitam aetatem computrescant, dicere solent: mihi satis est Hieronymi (adde Lvtheri) translatio. Sic enim potissimum respondent ii, qui ne latine qui-

"dem

graeca: uetus autem hebraeo sermone, scriptum est. Igitur haec hora

"dem scire curant, ut his etiam "frustra uerterit HIERONYMVS. "Ceterum, ut ne dicam interim, "plurimis modis referre, e suis "haurias fontibus aliquid, an e "qualibuscunque lacunis. Quid, "quod quaedam, ob sermonum "idiomata, ne possunt quidem ita "transfundi in alienam linguam, "ut eandem lucem, ut natiuam "gratiam, ut parem obtineant em- "phasin! Quid, quod quaedam "minutiora sunt, quam ut omni- "no reddi possint." Et sic porro. Prolixiora enim sunt, quae hac de re ulterius disserit, quam ut spatium hoc capiat. Pauca tamen adhuc exscribam, quae V. D. Ministro cum stimulo tum solatio aliquando esse poterunt: "quod "si cujus aetas jam ad hoc praeter- "iit, is, quod est uiri prudentis, "suam sortem boni consulat, & "quantum potest, aliena fulciatur "industria: modo ne bonae spei "juuenibus, quibus haec potissi- "mum scribuntur, obstrepat. "Quanquam ego profecto ne se- "nibus quidem fuerim auctor de- "sperandi, quandoquidem IV. "nominatim recensere possim, mi- "hi familiariter notos, uiros jam "libris etiam editis celebres, quo- rum unus 2. de 50. natus annos," nemo non major 40. prima grae- ci sermonis elementa sit aggres- sus. Porro, quo profecerint ipsi," suis testantur monimentis. *in nat.* *uerae Theologiae Tom. V. opp. p. 65.*" Consentit ERASMO non multum" inferior MELANCHTHON: In" scholis fontes noti sunt. Neces- se est igitur, eruditiores, & quos" Ecclesia uult custodes esse ac in- terpretes S. codicum, nosse lin- guam Ebraeam, ut certum sit, in- terpretationes congruere cum" fontibus. Deinde nulla tam fe- lix interpretatio erit unquam, ut" non aliqua occurrant sphalmata," & in locis recte conuersis tamen" multum lucis adfert collatio. O" *nat. de Studiis Hebr. Linguae.* Et" quod ille de Hebraea, non mi- nus uere de graeca asserit EILH." LVBINVS: Homini Theologo" graecae linguae cognitio adeo" necessaria est, ut sine illa plera- que N. T. loca neutiquam possit" intelligere, ejus autem admini- culo & ueram cujuscunque loci" explicationem possit asserere, &" falsam haereticorum refutare." Sane nulla est machina, nullus" aries, quo potentius ac ualidius" haereticorum moenia prosterni," "&

hora linguarum & artium dicendi ſtudio commode deputabitur. Etiamſi

"& arces expugnari poſſint, quam "uerbi euangelici ueritas ex ipſis "fontibus in aciem contra illos "producta. *in Dedic. Clau. Gr. Lat. Roſtoch. 1609. 8.* Utinam uero noſtra aetate in omnibus hae linguae ſcholis, quod OSIANDER ait, ſatis & bene ſatis diſcerentur. Sunt inter celebriores etiam, ubi perfunctorie graeca tractantur, de hebraicis uero tantum non altum eſt ſilentium. Cum tamen in hodiernum diem adeo expedita omnia & ſingula in theologicis non ſint, ut tuto & ſine noxa linguarum harum ſtudiis carere poſſit, qui nomen V. D. Miniſtri ſua cum gloria & auditorum fructu aliquando tueri uelit. Quicquid uero ejus rei ſit, temperare mihi non poſſum, quin cautelam tamen maximi prudentiſſimique olim Theologi B. BALDVINI addam: "Etſi linguarum cognitio perquam "neceſſaria eſt in Eccleſia, nec ſa-"tis commendari poteſt: in ea "tamen ſubſiſtendum non eſt, ſed "magis laborandum, ut ſcriptura "dextre explicetur, & ad captum "auditorum utiliter proponatur. "Male ergo conſulunt Eccleſiae, "qui diutius, quam par eſt, lin-"guarum ſtudiis inhaerent, & poſt-modum in publicum prodeun-"tes, non niſi eruditionem ſuam "jactare ſciunt, inutili uocum ex-"oticarum explicatione, qua certe "parum aedificatur. Quibus oc-"cinatur hoc Apoſtoli noſtri: ae-"mulamini ſpiritualia, magis, ut "prophetetis." *in Comment. in I. Epiſt. ad Corinth. p. 500.* Adde, quae reſpectu talentorum diuerſorum habito, prudentiſſime monuit Dn. VAL. ERN. LOESCHERVS *in aureo theolog. exegeticae Breuiario pag. 206.* Ne uero noſtrates Theologi remiſſiores in LL. ſtudio Ariſtarchis quibusdam uideantur & juſto benigniores erga teporem ignauiamque multorum; addam quaedam uerba ANT. WALAEI non infimi ſubſellii apud Reformatos Theologi, qui inter alia: Tantum, in-"quit, intereſt inter eos, qui per ſe "& ſuapte ope Spiritum S. primi-"genia lingua loquentem audiunt, "& eos, qui ex ſolis uerſionibus "ſapiunt, quantum inter uulgus "Iſraelitarum & ipſos Sacerdotes: "quorum illi in atriis domus Dei "conſiſtentes e longinquo, quae a-"pud altare & in ſacrario ageren-"tur, contuebantur; hi uero in i-"pſa penetralia intromiſſi, omni-"um, quae agebantur, arbitri erant"

"&

Etiamsi enim hae linguae in scholis discuntur: tamen nisi exercitio, quasi quotidiano, alantur, facile e memoria, magna ex parte, excidunt. Etsi autem Minister Ecclesiae contentus esse poterit, si Graecum Nouum Testamentum exacte intelligat: tamen, si*

"& testes. Nec tamen hic eorum "studium probo, qui totam aetatem in linguis illis addiscendis "terunt, reliqua haud paulo magis "necessaria negligunt. Paucis da"tur, ut omnium culmen contin"gant, in mediocribus consistere "propter uitae breuitatem Theo"logiae Candidatus etiam cum "laude potest. *in Orat. de Stud. Theolog inter orat. inaugural. Acad. Leid. junctim ed. Lugd. B. 1620. in 4. p. 20.*

* *Nouum Testam. exacte intelligat.* Hoc uero absque adminiculo aliorum graecorum Scriptorum uix ac ne uix quidem fieri poterit. Maximus nostri aeui Theologus J. Fecht egregie hoc edisserit in *praefatione* Cl. Raphelii *Notis in N. T. ex Xenophonte petitis Hamb. 1709.* praefixa, quae una cum ejusdem simili *ex Polybio & Arriano labore Hamb. 1715.* & Cl. von Seelen *Annot. Phil. ex Plutarcho Lubec. ed.* ejusdemque *Nou. Test. ex Hesiodo illustratum*, cujus gustum aliquem dedit *in Biblioth. Lubecensi P. VII. p. 427.* Specimen egregium sistunt, &, quantum lucis sedula profanorum scriptorum lectio N. foederis tabulis afferat, ipsa approbante Raphelii operam Anglia, ad oculum demonstrant. Eandem uiam ingressi sunt plurimi in *opere criticorum Anglican.* reperiundi, & nuper admodum J. G Walchivs, J. Gottfried. Lackemachervs *in Obseruat. sacrarum libellis aliquot editis.* Et ex Reformatis Joh. Albertvs *Lugd. B. 1725.* Jac. Elsnervs *in Obseruat. sacris in Nou. Test. Libros Trajecti ad Rhen. 1720. in 8. ed.* aliique plures. Conf. Lamb. Bos *praefat. Exercit. Philol.* G. Gvilielm. Kirchmayeri *parallelism. N. foederis* & Polybii *operose institutum Vitemb. 1725. in 4.* & Georg. Lvd. Oederi L. *unus de Programmatis graecorum pro demonstrando graec. lingu. in sacris usu. Jen. 1717. in 8uo.* qui ipse etiam non paruo obseruationes hujusmodi numero peculiari uolumine hoc ipso anno promulgauit. Cautione tamen in adhibendis profanis ad illustrationem sacrarum literarum scriptoribus non una opus est, ut celeberrimus J. Lavr. Mos-

si quis ingenio ualeat, & prae caeteris aliquid praestare uolet, etiam

HEIMIVS *in Cogitationibus Philosophicis, de eo, quod justum est circa Literarum S. ex priscis scriptor. interpretationem Kilon. 1720.* tantum non omnem hujusmodi laborem ceu superfluum & inanem condemnaret, quem u. jure meritoque notauit M. J. ANDR. CLEFFELIVS *in Dissert. Critica de interpretatione Nou. Test. ex scriptor. profan. Viteb. 1722.* habita, ut juuenilis ardoris zelum laudabili omnino exemplo ipse uenerabilis MOSHEIMIVS postea intra justos coegerit limites. conf. JOH. MICH. DILLHERR. *in Dissert. de usu lectionis scriptorum secularium Tom. I. Dispp. Acad. n. VIII.* inserta *p. 100. sqq.* ABR. SCVLTETVS *in Orat. eruditissima de conjungenda Philologia cum Theologia*, qua scriptorum profanorum usum in interpretandis S. literis egregie commonstrat, *Deliciisque ejus Euangel. Pragensibus* praefixa legitur. Imperite igitur corruptoque gustu existimare puto plurimos, qui mediocri noui foederis expositione omnem graecae linguae eruditionem metiuntur, & se imbibisse uana persuasione sibi uidentur. Equidem is ego non sim, qui cum celeberr. J. M. DILL-"HERRO, eos errorem errare insa-"num, pronunciem, qui ephebis suis linguae addiscendae graecae" causa N. T. proponere nil ueren-" tur:" erudite enim solideque uiri optimi hoc paradoxon castigauit ANDR. CORVINVS, Prof. Acad. olim Lipsiensis, *in Epist. peculiari ad ipsum Lips. 1654. in 8.* typis exscripta, quae ob methodum L. sanctae nouam in illa propositam, aliaque notabilia Philologica, lectu dignissima est. Egregium plane est consilium L. graecae addiscendae, quod suppeditat ABR. PVNGELERIVS, S. Theol. D. & in schola Herborn. Philos. Prof. *in Sermone*, dixeris potius Commentarium multa eruditione refertum, *Academico de jucunda acad. juuentuti studiorum ratione Herb. 1705. in 4to ed. p. 19. sq. in notis:* Qui nobiscum," sacra esse anteponenda profanis," idque ante omnia agendum, ut" graecum Nou. Test. contextum" explicare & uersionem ueteris" τῶν LXX. cum aliis uersionibus" latinis conferre sciamus, opina-" tur." Neque tamen erectiora ingenia in perfunctoria Nou. Test. lectione subsistere, eaque sola cursum graecum absoluere uelim: quae etiam OSIANDRI mens fuit, licet pro facultatum modulo uoluminosa omnium Patrum graecorum

etiam alios graecos autores euoluere singulari cum laude poterit. Et quidem exstant quaedam opuscula Chrysostomi graece seorsim impressa: nescio an etiam Basilii, & similium. Certe Pastorem*

---

corum opera sibi V. D. Ministrum comparare haud posse aut debere censeat.

* *Quaedam opuscula.* Non pauca PP. graecorum extant opuscula, quae apud LABBEVM, HOTTINGERVM, CAVEVM, OVDINVM, FABRICIVM, & reliquos Hist. Liter. illorum Scriptores uideri, & exiguo saepe comparari pretio possunt. Commendari in hunc finem Pastoribus debet B. THOM. ITTIGII *Bibliotheca Patrum Apostolicorum graeco- latina*, quae CLEMENTIS, IGNATII & POLYCARPI Epistolas apostolici spiritus plenissimas continet *Lipsi. 1699. in 8. ed.* cui supplementum operum CLEMENT. ALEXANDRINI ab ipso sequenti mox anno curatum addi queat. Itemque EVSEBII ALEXANDRINI *oratio de die dominica Lipsi. 1720. in 4to.* a uiro doctissimo, coetusque purioris irreparabili damno nimis heu! praecoci fato Academiae Leucoreae rebusque mortalium erepto J. GVIL. JANO in lucem data. Porro ATHENAGORAE *Apologia pro Christianis & de Resurrectione mortuorum Lipsi. 1684. in 8.* curante ADAM. RECHENBERGIO: Patrum diuorum Homiliae in Natiuitatem Christi a CHRIST. DAVMIO *Cygn. 1670.* & J. ERN. GRABII *spicilegium PP. I. & II. seculi Oxon. 1698. ed.* denique GREGORII THAVMATVRGI *Panegyricus ad Originem* a J. ALB. BENGELIO *Stutgard. 1722. ed. in 8.* & THEOPHIL *Libri III. ad Autolycum*, cum notis doctissimis uenerandi JOH. CHRIST. WOLFII *Hamb. 1724. in 8.* editae. Et hujusmodi plura. Prae reliquis V. D. Minister diligenter uersare debet ex opusculis CHRYSOSTOMI, de cujus eloquentia & dotibus singularibus multa collegit TH. CREEN *de singular. scriptor. §. LXIII. p. 86. sqq.* aureos ipsius de Sacerdotio VI. Libros, ut suaui gustu ad Scriptores Ecclesiasticos Alumni Coenobiorum Würtenbergici inuitentur, opera laudati JOH. ALB. BENGELII recusos *1625. in 8.* Ejusdemque *Sermones II. de oratione & salute animarum nouo consilio graece & germanice Jen.* a J. CHRIST. HAYNISCH *1725. ed.* BASILII etiam quaedam seorsim publicata habentur e. g. *Homilia de infantibus ab Herode occisis Heidelb. 1598. in 4.* *Orationes*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0139
DFG

storem Ecclesiae emtione uoluminum graecorum Patrum onerare nolim. Nam & magno constant, & non usque adeo eorum lectio (in lingua graeca) uel utilis, uel necessaria est: praesertim cum latinae uersiones satis diligentes non tanto precio emantur.

Profani *Inter profanos graecos* * *scriptores, qui Graece cum utilitate*

---

tiones Lugd. B. 1596. 8. Epistolae a RICH. MONTACVTIO e tenebris primum productae; sed raro Pastorum Musaea ingredi illa cernes; quo autem pretio habere debeant V. D. Ministri allatis magnorum uirorum uerbis ostendit TH. CREEN *in diss. Epist. de singular. script.* §. *XXXIII. p. 44. sqq.* Sin uersiones latinae ex consilio nostri conquirere aliquis uelit, omnium utilissimam, si in casses ejus haec quidem praeda incidat, a V. D. Ministro maxime conquirendam suaserim Collectionem in Dominicas totius anni a LAVRENTIO CVMDIO sub titulo: *Bibliothecae Homiliarum Patrum Lugd. 1588. IV. Vol. in fol.* uulgatam, quae X. Postillarum, quas uocant, uicem abundantissime praestare queat. Indigno tantum non, certe leuissimo pretio opus hoc, fauente fortuna, mihi oblatum aliquando est, quod tamen rarissima inter illustrium Bibliothecarum cymelia referendum esse Cl. DAVMIVS *in praefat. Patrum in Natiu. Christi Horn.* & B. ITTIGIVS *in tr. de Bibliothec. Patrum p. 370.* nos edocent. Vices uero ejus supplere aliquo modo potest *Homiliarius Patrum in Euangel. Domin.* ita dictus, qui operi illi simul insertus est & *Basil. 1516.* ed. facile parabilis, quod multis in Bibliothecis priuatis reperiatur, & haud raro in auctionibus publicis uenum exponatur.

* *Profanos graecos Scriptores.* Hos inter HERODIANVS elegantissimus tersissimusque scriptor est, & qui ueritatis studium non adeo multorum annorum in historia cum rerum ubertate conjunxit. Hinc J. A. BOSIO, absolutissimi styli & judicii Historicus audit, & sine causa ab interpretibus inter uitarum scriptores repositus. *In Diatribis Isagog. de prudentia & Eloquentia ciuil. comparanda. Jen. 1698. ed.* §. *XXIX. p. 9.* Editio commodissima & hactenus fere optima quoque est JOH. HENR. BOECLERI *graeco-latina Arg. 1662. in 8.* Plura de eo dabunt EYBENIVS *in Epónymologico-Crit. Magiri p. 434.* POPE-

BLOVNT

litate legi possunt, & ornate scripserunt: Herodianus Historicus, & Xenophon, Historicus & Philosophus, & alli, qui ita sunt impressi, ut ad alterum latus sit adjecta latina uersio, quae lectorem ita juuare potest, ut non ad Dictionaria recurrere necesse scriptores graeci legendi.

BLOVNT *in Censura celebr. Auctor. p. 135.* MART. HANCKIVS *in L. de Rom. rer. scriptoribus P. I. c. XXI. p. 124. & P. II. p. 294.* J. HEN. BOECLERVS *in Bibliograph. Crit. c. X. §. IV. p. 255. sqq. & 862. sqq.* in Cl. KRAVSII *Animaduerf.* JOH. ALB. FABRICIVS *in Biblioth. graeca L. V. c. VII. p. 11. sqq.* DEGOR. WHEAR *in Select. Hiemalibus Sect. XXI. p. 89. sqq.* JAC. PONTANVS *in Atticis Bellariis Vol. III. Syntagm. V. p. 412.* Nec male de XENOPHONTE noster censet, molliſſimae dictionis & atticae facili- "tatis laude incluto, cujus in di- "cendo suauitatem, & uenustatem "inaffectatam tantopere admirata "est antiquitas, ut ipsas finxisse "sermonem ipsius Gratias judica- "rint, teste MICH. NEANDRO *in praefat. luculentissima Erotem. graecae Ling. praefixa p. 126.* contentus erit, qui editionem *graeco-latin.* FR. SYLBVRGII *1594. - - in fol.* adipiscatur, etsi enim *1703. in 8. Oxon. V. Tom.* publicata optima quidem sit, V. D. Minister tamen ob ingens pretium, quo uenditur, sibi comparare haud poterit. Conf. de XENOPHONTE EYBENIVS *l. c. p. 807.* POPEBLOVNT *p. 17. seq.* BOECLERVS *c. XIX. §. IV. p. 234. sqq.* & qui instar omnium esse potest J. A. FABRICIVS *in Bibliotheca Graeca L. III. c. IV. p. 70. & sqq.* ELINGIVS *in Hist. L. graecae §. XL. p. 207.* DEGOR. WHEAR *l. c. Sect. X. p. 50. sqq.* & JOH. CHR. NEV. *in accession. pag. 100.* Aptiorem scholis, quam foro, Isocratis dictionem fuisse, ex communi omnium judicio statuit MORHOF. *in Polyhist. Lib. IV. c. II. n. VI. p. 258.* Commodum uero hic recordor, inprimis Oratoribus sacris summum olim Polyhistorem SCHVRZFLEISCHIVM ISOCRATIS orationes, dictionis numerique elegantia prorsus incomparabiles, studiose legendas commendare solitum, quod hic OSIANDER etiam facit. Nec difficulter ex editione HIER. WOLFII *Basil. 1570. in 8uo.* haberi possunt. Conf. MICH. NEANDER *in praefat. cit. p. 232.* EYBENIVS *p. 486.* BOECLERVS *p. 50.* & *Animaduerf. Knausianae p. 839.* FABRICIVS *L. II. Bibl. Graec. c. XXVI. p. 900. sqq.* LAVR. INGEWALD. ELINGIVS

ceſſe habeat, ſi alicujus uocabuli interpretatio ipſum fugerit. Sed & Iſocratis ſcripta lectu jucunda & utilia ſunt. Graecae autem linguae ſtudium ad utilitatem, non ad ambitioſam & uanam oſtentationem ingenii dirigendum eſt. Poëtarum graecorum (obſcuriorum praeſertim) lectione, ſi quis delectabitur, faciat hac in parte, quod uolet: modo ingenium non in iis conterat.

Hebraicae linguae ſtudium.

In Hebraea lingua ſatis fuerit, ſi quis Hebraea Biblia intelligat: etiamſi hoc ſtudio non omnes Eccleſiae Miniſtri onerandi uidentur. Qui uero in id incumbunt, ut Rabbinorum commentarios hebraeos intelligant, oleum & operam perdunt. Nam & bar-*

GIVS *in Hiſtoria graecae linguae §. XLI. p. 211.* & HERM. VON DER HARDT *in praefixa ſtudioſo graeco Helmſt. 1699. introduct. in lect. uet. ſcript. graecor. p. 28.* quae integra huc ſpectat, & utiliſſime cum Auctoris noſtri monitis conferri poteſt.

**Rabbinorum Commentarios Hebraeos.* Non omnino a ueritatis tramite aberrat noſter, qui LVTHERVM ipſum, cujus uerba huc ſpectantia collegit C. BARTHOLINVS *in aenigm. priſci orbis Hardtianis pag. 472.* cui HARDTIVS ipſe accedit *p. 477. ſqq.* multosque ingenuos & literarum Orientalium non expertes uiros eruditos uiae ducem comitesque habet. Etſi quisquis amat ranam, ranam putet eſſe Dianam, & Viri noſtro tempore quidam celeberrimi Rabbiniſmi ſtudium inuidendis fere laudibus extollant: "Nullos u. g. eſſe auctores, qui lectorem magis alliciant, utiliores ſint, quam Rabbini: item Euangelium uix habere acriores hoſtes, quam Judaeos, ſed tamen a nullis interpretibus tantum lumen foenerari ac ab illis, confidenter ſatis afferit nimio abreptus in Judaicae gentis Doctores affectu OTTO *in Hiſtor. Doctor. Miſchn. pag. m. 124.* conf. qui prolixe nec ſine ſtomacho & inſectatione cl. uirorum cauſam Rabbinorum egit BASHVYSEN Junior *tr. de uſu Philolog. P. I. §. IX. pag. 84. ſq.* adeo ut non uereatur FOERSTERVM, LOESCHERVM, quem tamen inter Patronos Rabbinorum etiam refert, aliosque tantum non omnes, oſores ignorantes & porcos margaritas conculcantes declarare. V. certe D. Miniſtro uitio uerti non poterit, ſi tricis hiſce

barbariſſime ſcribunt, ſtylo ex uariis linguis, & quidem corruptis,

ſce naeniisque immergi, & ad ſcopulos Rabbinicos conſeneſcere nolit. Audiamus Virum ſine controuerſia hebraice doctiſſimum, de quo, ut alia taceamus, accuratus ingeniorum cenſor GEORG. FABRICIVS Chemn. teſtimonium perhibuit:

Sic loqueris Foerſtere, uelut de ſemine cretus
Iſacidum: Sancta eſt lingua paterna tibi.
Sic ſcripta exponis meritum teſtantia Chriſti:
Ut manet libris coelica uena tuis.

apud REVSNER. *in Icon. Vir. clar. p. 211.* Ita uero ille diſſerit: "Saepe uehementer demiratus ſum Noſtratium, ut pace ipſorum dicam, ſocordiam, qui absque ullo judicio Commentaria Judaeorum, in quibus nulla lux, nulla notitia Dei, nullus ſpiritus, nulla ullius diſciplinae ſiue artis uera ac ſolida ſcientia, nulla linguarum ac ne quidem hebraeae linguae eſt cognitio, amplecti maluerunt, quam ut ipſi conſiderarent uoces ac earum ſignificationes. Quid, obſecro, Judaei intelligerent, quorum cordibus, ut Paulus Apoſtolus noſter teſtatur, uelamen Moſis in lectione Vet. Teſt. usque ad diem hodiernum impoſitum manet, ſenſusque eorum obcoecati ſunt, ut in finem legis intendere non poſſint -- Nihil igitur profuerunt, niſi quod uelut Bibliothecarii libros tantum S., quos Biblia uocamus, ac aliquot grammaticos nobis Chriſtianis ſuppeditarunt; at quod ad S. S. intelligentiam atque etiam L. Ebraeae cognitionem praeſtiterunt, quod laudem mereatur, omnino nihil. Nam dictionaria & commentaria ipſorum plus obſcuritatis & erroris in Eccleſiam Chriſti inuexerunt, quam lucis & ueritatis. - - Non eſt autem haec illorum pudenda ſtultitia, qui omnem aetatem ſuam conſumunt in Rabbinorum Commentariis, ea ut addiſcant & intelligant; & tum egregiam nauaſſe operam, atque magnam eruditionis laudem aſſequutos exiſtimant, ſi ex illis S. Libros interpretentur, negligentes interim proprietatem ſermonis hebraici, quae eſt ipſa lux & optima interpres S. S." Ne uero quis, artem hic habere oſorem, qui eam ignorauit, conjiciat, non pigrabor adhuc addere ejus ſequentia: Si quis eſt, qui facultates ſuas in Rabbinos profudit, qui in ipſo-

ptis, consarcinato, & in explicatione sacrae scripturae non magis Lectori

"ipsorum synagogis longo tempo-
"re uersatus est, qui domi pro-
"priis impensis ipsos praeceptores
"aluit, qui ipsorum commenta-
"taria studiose euoluit, FOERSTE-
"RVS est: & tamen Deum & con-
"scientiam meam testor, nihil ex-
"imii, & quod singulari laude di-
"gnum esset, reportaui. Eram il-
"lis initio adeo addictus, ut alius
"quisquam, sed quo olim illis fui
"addictior, hoc nunc sum factus
"infensior, quod omnem operam
"& oleum me perdidisse uere, sed
"non sine dolore, fateor. J. FOER-
STERVS *in Praef. Dictionar. Hebraici Noui Basil. 1557. in fol. ed.* Haec quidem paulo duriora sunt, ut GVIL. SCHICKARDVS concoquere haud potuerit, qui se FOERSTERO opposuit *in Bechinath Happemschim Disput. VI. p. 107. sq.* Add. JOH. LEVSDEN. *in Philologo Hebraeo mixto diss. XVI. de Comment. Rabb. pag. 113.* & JOH. CHR. WAGENSEILIVS *in praef. telis igneis Satanae praefixa p. 64. sq.* Nec tamen minus appositе de moribus nostri aeui in hac parte differit Vir doctus & uita longiori dignissimus, MATTH. GEORG. SCHROEDER. *in Epistola ad Amicum Commentationi pereruditae de Mahummed. teste ueritatis Lipsi. 1718. in 8. ed.* annexa *p. 127.* Male linguis totum" uitae tempus destinatur, quod" magis necessariis tribuendum e-" rat. Nullum majorem quidem" strepitum edere solent eruditi," quam narrando L. orientales," quas calleant. - Ipsi quoque lin-" guarum illarum cultores alios e-" ruditos, qui utilioribus saepe stu-" diis operam nauarunt, despiciunt." Qui Rabbinorum cupediis saepe" aereis delectantur, quicquid ex-" tra forum rabbinicum uenditur," uix olerum nomine dignantur," suos tantum flosculos Rabbini-" cos ex Paradiso attulisse, & in" coelum sustulisse, sibi uidentur." Totam se exhausisse eruditionem" putant, seque reliquis carere jam" facile posse disciplinis. Suos nar-" rant labores, suas laudant lin-" guas, suos extollunt libros. Cre-" dulas quoque mulierculas, imo" uiros, sed muliebri corde prae-" ditos, decipiunt, qui illorum di-" ctis nunquam fidem denegant," quia a linguarum cognitione ad" magnam eruditionem, & ab hac" ad aliquam infallibilitatem con-" cludunt." Conf. ex Reformatis D. PVNGELENIVM *in Serm. Acad. de ineunda stud. rat. jamjam laudato p. 34.* & eandem tibiam inflare, similesque

Lectori prosunt, quam si ab homine caeco uiam sibi monstrari Theologiae studiosus peteret. Quare Theologus ingenium & laborem in aliis studiis multo melius collocare poterit.

Hac

que querelas effundere deprehendas. WALTON. *in Apparatu Bibl. p. 218.* FOERSTERO praeterea adsentitur JOH. CLERICVS *in Arte Critica P. I. p. 136.* qui lectionem Rabbin. exiguum, imo nullum usum praestare censet. Mediam uero uiam ingressi cum damna tum emolumenta studii rabbinici edisserunt B. HENR. KROMAYER *in Polymath. Theol. P. I. c. XV. p. 83. sqq.* D. VAL. ERN. LOESCHER. *in opere de causis Linguae Ebr. longe doctissimo Lib. I. c. VIII. p. 104. sq.* & *c. IX. p. 124.* CAMPEG. VITRINGA *in praef. Commentarii in Esaiam, T. I. p. 5. edit. Leouard. splendidissimae accuratissimaeque.* Et THEOPH. RAYNAVDVS e S. J. Theologus & Polyhistor celeberrimus, *in Erotemat. de bonis & malis libris P. I. Erotem. XIII. n. CCCL. p. 204. sqq.* Audiamus autem Virum, qui principatum in hoc studiorum genere suo tempore in germania tenuit, celeberrimum J. C. WAGENSEILIVM circumspecte differentem: "Est "nunc quasi uastum quoddam pe"lagus Theologiae studium, & tam "multa tamque uaria iis, qui ei se commiserunt & alta petunt, ne"cessario discenda offeruntur, ut" uix spatium concedatur Rabbino" rum & Talmudistarum reconditis" abstrusisque commentariis co" gnoscendis animos occupare." Facile enim nomen gradumque" Theologi tuetur, qui illorum" librorum sensa non adsequitur:" ac satis est diuinarum scriptura" rum uolumina in lingua primige" nia intelligere, & cum uariant" interpretes, ex multis discrepan" tibus translationibus, aduocato in" consilium Grammatico Rabbino," meliorem eligere posse." *in Telis igneis satanae l. c. p. 85.* Attamen negari haud potest, si occasio ita ferat, ingeniumque ac sumptus suppetant, mediocrem in his etiam literis diligentiam non sine aliquo fructu ponere posse gregis S. Pastorem, non ut uana ostentatione, quod perperam quidam solent, coram rudi plebecula Rabbinos crepet, quale sinciput mirabile & gloriae mancipium egregie perstrinxit MELCH. SYLV. ECCARDVS *Epigramm. Lib. I. pag. 12.*

Dialecticae & Rhetoricae ſtudium.

Hac hora ſecunda pomeridiana, per uices, Eccleſiae Miniſter poterit etiam Dialectica & Rhetorica praecepta, quae olim in ſchola didicit, repetere, ut ea in Diſputationibus & Concionibus*

Ebraeae non es contentus cortice linguae,
Intima percupidus uiſcera tota uoras.
Nam quoties penitus talmudica ſcripta pererras,
Quae non e doctis obuia uulgus habet!
Et quidem in ſua, quae prorſus commoda forma,
Quod nulli e doctis conſtat, id unus habes.
Non aliis uerſare uacat tam grande uolumen,
Tu rarum digitis hoc MANVALE teris.

Ad ſenſum uocum phraſiumque hebraicarum obſcuriorum euoluendum, & ritus uaria S. codicis loca illuſtrantes accuratius imbibendos, aliquando & inter poſtrema exegeſeos S. adminicula illis utatur. Exemplum praeiuit, & ut plurimum feliciter doctorumque uirorum applaudente corona JOH. LIGHTFOOTVS *in horis ſuis hebraico-talmudicis, Lipſiae 1675. in 4. forma* curante J. B. CARPZOVIO editis, etſi in aliquibus etiam locis rem nimio Rabbiniſmi amore acu haud ferire, & diſtortas abſurdasque eum aliquando ſuppeditare interpretationes facile demonſtrari poſſet. Eundem ſcopum ſibi in ſcribendo propoſuiſſe Cl. JAC. RHENFERDVM RVARD. ANDALA *in uitae ejus deſcriptione* refert *operibus ipſius Philolog. Trajecti ad Rhen.* editis praefixa; qui uero LIGHTFOOTI ueſtigia aequis haud paſſibus mihi ſecutus eſſe, & nimia diligentia in minutiis ſaepe inutilibus haerere, uidetur.

* *Dialectica.* Logicae totam ſub hac uoce comprehendit artem, qua carere doctorum hominum nemo poteſt, ut recte de diſciplinae ſuae ueritatibus cogitare, in illas accurate inquirere, easque ſolide dijudicare, & judicium ipſe formare, probe uero intellecta cum aliis ordine & perſpicue communicare, atque contra alios etiam defendere diſcat. Bene illud demonſtrauit, quamuis ſubtilior ſit, & ſolius ARISTOTELIS praecepta attendat *peculiari de uſu Logices inſtitutione* JOH. NELDELIVS *Lipſ. primum in 8. poſt Helmſtad. etiam in 4.* edita. *Ariſtotelicam* etiam *Logicam* illu-

nibus ſacris ad uſum applicet. Non enim ea ideo in ſcholis di- dium
ſcimus, ut poſtea abjiciamus: ſed ut iis in Eccleſiaſtica functio- non abji-
ne ciendum.

illuſtris LEIBNIZIVS omnibus reliquis praefert, & nullam ueri oppugnationem fore aſſerit, quae praeceptis ejus ſolui non poſſit. ESSAIS DV THEODICEE *praef.* omnino etiam Theologo mature & diligenter praeclara illa ratiocinandi ars, a ſectae tamen ſeruili jugo liberata, & recentiorum diligentia magis expolita, uariisque obſeruationibus aucta, addiſcenda eſt, cujus utilitatem, addita ſubinde repetitione, in adminiſtratione ſacri muneris paſſim deprehendet. "Adeo, ut TH. CARTWRIGHT nul"lam diſciplinam eſſe reatur, in "qua dialecticae artis, aut uſus "major aut certior fructus exiſtat, "quam in Theologia. *In praefat. ad* DVDL. FENNINI *Compendium S. Theologiae Geneu. 1586. ed* Eadem mens dubio procul fuit ANONYMI ueteris, qui CHRYSOSTOMI *Libro IVto de ſacerdotio ejusque capiti Vto lemma* praefixit: Sacerdotem perquam peritum Dialecticae eſſe oportere; quem ideo caſtigauit Cl. BENGELIVS *in not. ad h. l. p. 448.* & omnino nimium Dialecticae ille tribuiſſe uidetur, non tamen prorſus ab ipſo textu menteque CHRYSOSTOMI lemma illud abit, etſi B. Pater ipſius Dialecticae haud mentionem faciat. Natae hinc PHIL. ZEISOLDI *Logica Sacra Francof. in 4.* edita, opus multae eruditionis ac nimiae tantum non diligentiae, quod mole ſua laborat, ideoque paſſim negligitur. J. A. SCHMIDII *Logica S.* a CONR. DIET. KOCHIO in lucem producta *Helmſt. 1712.* ingenioſum accuratumque compendium, quod legiſſe neminem poenitebit. SALOM. GLASSII *Logica S.* poſtremae Philologiae ejus S. editioni *ex MSto Olearian*o addita, libellus poſthumus & mancus, non tamen inconcinnus; D. J. PAVL. HEBENSTREITII, aliorumque ſimiles labores, qui majorem commendationem mererentur, ſi recentiorum in Logicis cogitata minus ad theologiam applicare neglexiſſent, & non, ut plurimum uulgari Ariſtotelicorum Scholaſticorumque uia incedere maluiſſent. Neque tamen uiris optimis nouam confundendi Philoſophiam cum Theologia methodum, quod Ariſtarchi quidam fecerunt, exprobrare opus fuit, qui non niſi uſum terminorum axiomatumque logicorum in rebus S. oſtendere uoluerunt. Quorſum tendit etiam *Examen*

ne utamur. Etsi autem Organum Aristotelis pro opere Dialecti-*

co

amen Logicae Photinianae ANDREAE KESLERI *Viteb. 1624. 4to.* ANDR. HYPERII *topica theol. Witteb. 1565. in 8.* JOH. CHR. SELDII *Logica Anti-Caluiniana*, & JOH. FRID. MAYERI *Logica Pont. ἄλογος aliquoties lat. & germ.* excusa. Quod enim Theologia a Logica non sit separanda, *peculiari Dissert.* B. CASP. LOESCHERVS euicit *Viteb. 1711.* & uestigia Logicae peripateticae, e scriptis excellentissimorum Theologorum eruta, publica diss. stitit Lic. CHRIST. LVDOVICI Prof. in Alma Philurea publicus *Lipsi. 1708. De usu Analyticae in Theologia* perdocte eleganterque disseruit mox citatus CONR. DIET. KOCHIVS *pecul. programmate Helmst. 1706. ed.* quo commentationes suas in VIOTTVM indixit, ut Senioris BASHVYSENI *Dissert. II. de utilitate Analys. Log. in explic. SS.* & *nouo fundamento pro Analysi SS.* praeteream: JOH. NIC. HARTSCHMIDII Theologi Argentor. incluti *Meditationes de Doctrina Analytica in usum theologiae cultorum* edidit JOH. JAC. FERBER *Viteb. 1708. in 4.* Adhaec elegans est de Dialectica Theologo necessaria locus, sed prolixior, quam ut huc transscribi queat, *in Declamat.* MELANCHTHON. *Tom. V. p. 948. sqq.* Ejus autem uicem supleant pauca quaedam ipsius PHILIPPI uerba: Nemo potest rite docere, nisi Dialecticae peritus sit. Ea enim ars est perspicue docendi, neque ob aliam causam inuenta est ullam, nisi ut uiam & rationem res obscuras explicandi teneremus. *Dissert. de officio concion. Tom. II. Operum p. 31.* conf. CASPARI *in Praelect. de futuri Theologi Studiis th. LVIII. p. 21. sqq.* & H. KROMAYERVS *in Polymath. theolog. P. II. p. 228. sqq.* Rectissime tamen sentit MART. DORPIVS, Vir olim praeclarissimus: Quaedam didicisse oportet non discere. Non damno Dialecticam, sed nolim illam in studiis utramque paginam facere solam, quanto minus uilissimam illam ineptissimamque abcdariam sophisticen, qua nihil est conspurcatius, nihil aeque despuendum, nihil praeclaris ingeniis indignius, addo etiam nihil rectis studiis perniciosius. *in Orat. Epistolis Paulinu explicandis praemissa & lectu dignissima p. 94.* quam HERM. VON DER HARDT recudi fecit *in studioso graeco Helmst. 1699.*

* *Organum Aristotelis.* Non improbo OSIANDRI de illo judicium: inprimis illo tempore latum, quo plurimi in hunc Logici Systematis inuen-

co perfecto habetur: tamen propter prolixitatem, obscuritatem & perplexitatem Theologo non multum prodesse uidetur. Dialectica certe D. Philippi breuis & perspicua est, & usum artis hujus egregie*

---

inuentorem prae amore furere uidebantur. lege e.gr. KECKERMANN. *in Praecogn. Log. tract. II. c. II. § XV. p. 83. sqq.* Etsi uero Organi ipsius lectionem merito V. D. Ministro dissuadeat noster, major enim ejus est subtilitas & difficultas, quam utilitas; ut tamen aliquam ejus cognitionem habeat, euolui poterit MICH. PICCARTVS *in Isagog. in lectionem Aristotel. in usum theologiae studiosorum*, curante J. C. DVRRIO edita *Altorf. A 1665. in 8. c. XIII. p. 114. sqq.* aut, si ille ad manum haud sit, CHR. FVNCCIVS *in Introduct. in fructuosam Aristot. Lectionem Aphor. IV. p. 53. sq.* qui utilitatem operis hujus in Theologia fusius ostendere annititur: Quandam ejus etiam notitiam insinuat J. HENR. BOECLERVS *in Bibliogmph. Crit. cap. XXXIX. p. 587.* conf. J. G. WALCHIVS *in Parergis Academ. p. 351. & 521. sqq.* Vt FABRICIVM, JONSIVM, HORNIVM, VOSSIVM, aliosque Hist. Philos. Scriptores, non attingam. Unum, ut mutatam eruditionis animorumque scenam in orbe hoc etiam exemplo uideamus, commemorare placet: Horam illam olim, qua primum librum hunc uiderat, beatam praedicasse dicitur J. C. DANNHAVERVS noster, si fides sit penes ROM. TELLERVM *in Dissert. de Existimat. Philos. gentilis apud Christianos §. XIV. Lit. D 3.*

* *Dialectica certe D. Philippi.* Aristotelica est, sed a scholasticorum tricis inutilibusque subtilitatum spinis perpurgata exemplisque utilibus ex SS. & auctoribus classicis illustrata, & a B LVTHERO, cum primum ederetur, summopere commendata, u. *ejus colloquia latina nuperissima Tom. II. p. 114.* Communis haec olim Germaniae Praeceptoris Logica, quae erotematum Dialect. titulo prima uice *1520.* tum saepe, aucta denique ac recognita *1547.* prodiit: compendium tamen non nisi imperfectum, &, si ad nostrorum temporum perfectionem respicias, sterile aridumque est. Atuero nimii in Praeceptorem affectus argui haud debent hac in parte CHRISTOPH. PEZELIVS & VITVS WINSHEMIVS, quorum suo tempore ille scripsit: Libris" Dialecticae Melanchthonianae"

"quatuor nullos alios in hoc gene-
"re conferri posse, & quod ad
"praeceptorum perspicuitatem &
"exemplorum bonitatem attinet,
"*in Judiciis Scholae Melanchthon.* a
"GREG. RICHTERO *Viteb. 1592. edi-*
"*tis p. 663.* Hic uero (quem prius
deserere professionem suam Wi-
temb. uoluisse, quam omittere do-
ctrinam de propositionibus inusi-
tatis, cujus, nescio, fide refert &
perstringit CHR. THOMASIVS *in*
Philos. Aulica c. II. §. XLVI. p. 63.)
"ita differit: Fateri nos oportet,
"quod si nullo alio beneficio nos
"& doctrinarum omnium studia
"affeciisset Reuer. Pater & Praece-
"ptor, quam quod uel unam hanc
"disciplinam, Dialecticam dico,
"caeterarum omnium uel admini-
"stratricem, ita & gubernatricem,
"in tam luculentum discentibus
"commodum, & obuium compen-
"dium, atque in unum quasi cor-
"pus nobis contulit, & hanc lu-
"cem huic reginae ac gubernatri-
"ci disciplinae praebuit, quae an-
"te in tenebris plus quam tarta-
"reis, Deum immortalem, quam
"alta & obscura sedebat, si nullo,
"inquam, alio beneficio nos Prae-
"ceptor affeciisset; tamen uel ob
"unum beneficium ei non posset
"pro merito gratiam referre tota
"in aeternum posteritas. *ibid. p. 669.*
Quibus addere operae pretium
est, quae in commendationem li-
bri, accuratissimi subactique judi-
cii Theologus, DAVID CHYTRAEVS
scripsit: Sunt immenso Dei be-"
neficio praecepta dialectica ex"
densissimis tenebris & cauillatio-"
num spinis, hac nostra aetate, in"
claram lucem, & in aciem educta"
a communi Praeceptore nostro,"
qui cum & utilissima praecepta"
sapienti judicio selegerit, & o-"
ptimis exemplis illustrarit, hor-"
tor adolescentes, qui theologiae"
studium ingressuri sunt, ut uni-"
cum illum libellum tantisper le-"
gant & relegant, donec praecepta"
omnia sibi familiariter nota red-"
dant, eaque ad usum in judican-"
dis hominum sapientum scriptis,"
in styli & disp. exercitiis, ac"
praecipue in docendo transferre"
possint." *In Oration. p. 659.* Imo
uero, nec recentiores commeri-
tam Viro in his etiam literis do-
ctissimo laudem denegant. Di-
gna sunt, quae hic repetantur a-
cerrimi ingeniorum censoris, illu-
stris CHR. THOMASII uerba, quae
in introduct. in Philosophiam aulicam
c. IV. §. XV. p. 94. habet: Ine-"
ptam Dialecticam cum laude e-"
mendare aggressus est PHIL. ME-"
LANCHTHON, idque praestitit,"
quantum ad praecepta attinet,"
"quod

gregie monſtrat. Rudolphi Agricolae libri duo de Inuentione eruditiſſi-*

"quod illa ſcholaſticorum ſpinoſa "& barbara reſecuerit, priſcamque "Ariſtotelis mediocritatem, quan- "tum potuit, reduxit; imo & "ſuppleuit ea, quae ab Ariſtotele "neglecta uidebantur. Quantum "ad exempla; quod utilibus per- "ſpicuis, ſuo tempori accommo- "datis fuerit uſus, cum ſcholaſtici "meras nugas loco exemplorum "afferrent. Conf. LVTHERI, CHYTRAEI, MATHESII, THABVRNI, STVRMII *elogia L. hujus in teſtimoniis* LVTHERI *de ſocio laborum ſuorum* PH. MELANCHTHONE *1580. in 4. ed Lit. F.* BARTH. KECKERMANN. *in praecognit. Logic. tr. II. c V §. II. p. 168. ſq.* J. G. WALCHIVS *in Parergis Academicis p. 626. ſqq.* JAC. FRIED. REIMANN. *in Critiſirenden Geſchichts-Calender der Log. p. 47. ſq.*

* *Rud. Agricolae.* Nondum oblitus ſum hos libros (III. ſunt ut errore calami II. poſuiſſe OSIANDRVM exiſtimem, niſi fortaſſe tertium ad Rhetoricam ſpectantem ſtudio omiſerit) illis auditorum ſuorum, quibus familiariter utebatur, ſummopere commendaſſe illuſtre quondam Ordinis Theologici in Academia Leucorea ſidus & immortalis memoriae Theologum, cujus ſubactum ſolidumque in omni literarum genere judicium liuor ipſe ſtupet, J. G. NEVMANNVM. Et reuera Logices, maxime locorum topicorum & doctrinae de Enthymematibus Rhetoricis, utilitatem in Rhetoricis primus fere & ſolus & ita docuit AGRICOLA, ut poſteros multum addidiſſe, quod alicujus momenti ſit, uix credam. Quotus autem quisque etiam ex illis, qui ex ſtudiis humanitatis aliquam laudem affectant, per omnes uitae dies, uel unicam illis uoluendis horam impendit? ne dicam longe plurimis haud cognitos inuiſosque eſſe, & in publicis haud raro auctionibus uix uno alteroue aſſe aeſtimari, aut plane emptorem etiam ne quidem inuenire. Editio plenior & optima utique eſt ab ALARDO AMSTELREDANENSI *Col. 1539. in 4to* curata, qui *in annotationibus ad L. III. pag. 459.* de labore libro huic impenſo ipſe quaedam notatu digna refert, & alia uiri hujus m. addidit. Notitiam illius aliquam ſuppeditant celeberrimus JAC. FRIED REIMANNVS *in introduct. Hiſtor. Lit. Germ. L. II Sect. III. p 328. 380. p. 448. ſqq. & 453* qui inuidendis fere laudibus eum extollit *im Critiſirenden Geſchichts-Calender*

ruditissime scripti, & Dialecticae & Rhetoricae officium Theologo praestare possunt. Et ii libri docent, magna facilitate & dexteritate inuenire, & quasi e tenebris eruere, quid in unaquaque disputabili propositione uel pro, uel contra adferri queat. Rhetorica

---

uen der Logica p. 44. sq. J. GEORG. WALCHIVS *in Parergis citatis p. 605. sqq.* QVANTI PETR. RAMVS, qui AGRICOLAE multum debet, ipsum fecerit, refert AVDOM. TALAEVS *Comment. in Logicam* RAMI *L. I. p. 68.* conf. MORHOFIVS *in Polyhist. Tom. II. L. I. c. XII. §. I. p. 67.* De meritis uero AGRICOLAE in bonas literas docte eleganterque disserunt PH. MELANCHTHON. *Tom. II. Declamat. Vitemb. p. 201. sqq.* ubi libros ejus hos dialecticos etiam studiosis diligentissime commendat; & JAC. BVRCKHARD. *in Comm. de linguae lat. fatis in Germania P. I. c. IV. p. 119. sqq. P. II. c. IV. p. 160. sq.* Encomium styli ejus parcus aliorum laudator ERASMVS plena manu suppeditat: "RVD. "AGRICOLA sufficit unus pro multis. Agnosco Virum diuini pe"ctoris, eruditionis reconditae, sty"lo minime uulgari, solidum, ner"uosum, elaboratum, compositum, "sed qui non nihil resipiat, QVIN"TILIANVM in eloquendo & ISO"CRATEM in orationis structura, "utroque tamen sublimior, QVIN"TILIANO etiam fusior ac dilucidior. Quod uoluit, praestitit, nec" dubito, quin CICERONIS figuram" potuisset effingere, si huc uertisset animi studium. Et huic tamen ad summam laudem, quum" alia quaedam obstitere, tum praecipue regionis & temporum infelicitas, quibus uix quicquam honoris habebatur literis politioribus & nationis parum frugalis uita. In Italia summus esse poterat, nisi Germaniam praetulisset." *In Ciceroniano p. m. 127.* Qui alibi plane in ea erumpit uerba: R." AGRICOLAE, hominis uere diuini," scripta, quoties lego, toties pe"ctus illud sacrum ac coelestе me"cum adoro atque exosculor" *Lib. XXVIII. Ep. I. 27. p. 1710. ed. Londin.* Plura collegerunt EYBENIVS *in Eponymol. p. 23. sqq.* POPEBLOVNT *in Censum Autor. p. 337. sq.* ADR. BAILLET *Jugemens des sauans sur les principaux Ouvrages des Auteurs Tom. II. P. II. n. 309. p. 76. sqq.* JAC. FRIED. REIMANN. *in introductione excitata L. II. Sect. III. n. CCXXVII. p. 328. n. CCXLVIII. p. 380. n. CCXCIII. p. 448. sqq.* Vitam exhibent ALARD. AMSTEL-

torica D. Philippi, etiamsi adolescentibus scripta uidetur: tamen*

AMSTELREDAN. *in Operibus* R. AGRICOL. *Tom. II. Col. 1539.* quod dixi *in 4. editis ex* TRITHEMIO, MELANCHTHON. aliisque collecta, & JOH. SAXO *in Orat. de uita* RVD. AGRICOLAE *Vit. 1539. in 8.* edita & postea *T. II. Declamat.* MELANCHTHON. *p. 444. sqq.* inserta, cujus uitula ararunt omnes, GEORG. PELÜGERVS *in append. Orat.* NIC. FRISCHLINI *p. 41. sqq.* MELCH. ADAMI *in uitis German. Philos. p. 6. sq.* PAVL. FREHERVS *in Theatr. Erudit. Vir. P. IV. p. 1429. sqq.* SVFFRIDVS PETRI *de Scriptoribus Frisiae Colon. Agrip. 1593. in 8uo ed. Decade VIII. n. V. p. 48. sqq.* qui inter alia ALARDVM AMSTELREDANVM *editorem librorum de Inuent. Dialect.* ab AD. OCCONE autographum accepisse refert. ANT. TEISSIER *les Eloges des hommes sauans P. I. p. 99.* & *Nouuelles Additions aux Eloges P. III. p. 63.* J. GOTTFR. ZEIDLER *in Theatro Erudit. Vitemb. 1690. in 8. ed. p. 2.* KOENIGIVS *in Bibliotheca p. 17.* J. HENR. HOTTINGERVS *Histor. Eccles. Nou. Test. Sec. XV. P. IV. Sect. I. p. 40. sqq.* GERH. JOH. VOSSIVS *de Histor. Latin. L. III. c. VI. p. 566.* BARTH. KEKERMANN. *in Praecognit. Log. tr. II. cap. I. n. XLII. p. 108. sq.* ADOLPH. CLARMVND. *in Vitis Clarissimorum Virorum P. VI. n. XXIV. p. 224. sqq.*

* *Rhetorica D. Philippi.* Moderatum non fucatae ueraeque Eloquentiae Studium Theologum non dedecere supra jam diximus, & contra praeposteras & male sanas objectiones fanaticorum, quibus olim incauta artis oratoriae sacris rebus adhibitae insectatione praelusit LAMB. AVENIONENSIS *in Tractatu de Prophetia lectu alias non indigno p. 96. edit. primae Argent. 1526. in 8.* euinci haud difficili negotio potest. Vide, quae prolixe eruditeque differit *de ejus necessitate atque utilitate Orator* MELANCHTHONIANVS *Tom. V. Declamat. p. 507. sq. & 951. sqq.* Conf. B. GODOFR. WEGNERVS *in diss. theolog. de Rhetoricae S. usu Regiomont. 1704. in 4.* ALEX. BVRGOS Ord. Min. Prof. Patauinus, *in dissert. de usu & necessitate eloquentiae in rebus sacris tractandis Romae 1710. in 4.* J. MATTH. GESNERVS *in institut. rei scholast. c. II. Sect. VII. §. VII. p. 118.* MELCH. ZEIDLERVS *in opere Rhetor. Eccles. majoris molis & eruditionis, quam utilitatis, discursuum c. II. §. XX. p. 36. sqq.* Ut enim, liceat Viri Cl. JOH. SICHARDI uerba hic mea facere, "in Theologo summam eloquen-"

men ſummam artis perſpicue & erudite tradit: atque ipſam artem

"tiam anxie non requiro, ſi deſit, "quam tamen ſim in lucro habi- "turus ſi adſit: ita mediocrem cum "dignitate conjunctam omnino "neceſſariam duxerim. Eſt enim "omnino etiam in ſacris ſuus elo- "quentiae locus, eſt ſua admira- "tio, ueluti in matrona aliqua ho- "neſtiori laudes ornatum eum, qui "autem ſine impenſiori ſumptu pa- "retur, aut non abhorreat a per- "ſonae decoro; ita ſordes ode- "ris, ut etiam omnibus ſit nume- "ris alioqui in ſuo genere abſoluta. *in Dedicat. Clementis Recognit. Baſil. ed. Lit. a. 3.* In gratiam oſorum eloquentiae S. excitare lubet Aduocatum ejus eloquentiſſimum J. ANT. MAJORAGIVM, qui in elegantiſſimo *de Eloquentia Dialogo* omnibus, quae in eam conjiciuntur, probris & ſcommatibus erudite dilutis tandem: "Quid de Chriſti, inquit, "praecone dicendum eſt? "cui tam neceſſariam eſſe arbitror "eloquentiam, quam etiam ſacra- "rum ſcientiam literarum: Quid "enim? an non uidemus in theo- "logica facultate doctiſſimos ple- "rumque homines, quod facun- "dia deſtituti ſint, ita frigide con- "cionari, ut nihil omnino, quam- "uis plurima uerba profuderint, auditorem commoueant? ſed to- "tum fere tempus inanibus quae- "ſtiunculis (quas inuoluiſſe ſilen- "tio multo praeſtitiſſet) altiſſima "uociferatione conterant? Quid "enim ea populo proſunt, quae "Scotus & ejus farinae comites ſo- "mniarunt? quibus ad religionem "quidem ne tantillum accendan- "tur: ſed ea cum audierint, in di- "uinis rebus multo tardiores effi- "ciantur. Quanto praeſtantius eſ "ſet, eloquentiae poſt diuinas li- "teras, totis neruis incumbere (& "rejectis Dialecticorum ſophis- "matibus, in quibus tanquam ad "Syrenejos ſcopulos conſene- "ſcunt) tantam ſtudio facundiam "comparare: ut audientium men- "tes immutare, impellere, trahe- "re, rapere poſſent ad honeſta- "tem capeſſendam &c. *in appendi- "ce orationum Lipſ.* per VAL. HAR- "TVNGVM *1628.* curate *edit. p. 687.*" Cum uero non multitudine praeceptorum, ſed ingenio & exercitatione haec ars maxime conſtet & addiſcatur: Elementa Rhetorica etiam MELANCHTHONIS II. Libris comprehenſa, etſi juuenili calore Anno aetat. 19. effuſa, teſte MELCH. ADAMI *in Vitis Theol. germ. p. 159.* ſuo loco & tempore aliquo modo

modo sufficere poterant; de quibus uere appositeque cecinit PETR. VINCENTIVS *de uariis Germaniae, nostrae etiam Silesiae, scholis, optime meritus Tom. III. Intimat. Vuemb. pag. 148.*

Rhetoricen multi scripserunt ante Philippum:
At scripsit nemo simpliciore uia.

Et perspicuitate ac facilitate incredibili conscriptum libellum hunc asserit A. TH. SIEBERVS *Vol. I. Dialex. dissert. XIX. p. 262.* additque: "Quod si quis tam obtuso ingenio est, ut cum L. domi per se, "sine interprete publico, intelligere non possit, is, ut animose "pariter & jocose dicam, non oratori jam, sed aratori operam "impendat, & stiuae potius, quam "stylo manus admoueat. Plura uide *in judiciis scholae* MELANCHTHON. *p. 712. sqq.* & *in Testimoniis* LVTHERI *de* MELANCHTH. *allegatis Lit. F. 2.* Prolixe autem totum L. recenset, & admodum, quem in scriptis dissidentium in religione censendis seruare solet, satis bene de illo commentatur MS. GIBERT *in Jugemens des sauans sur les Auteurs, qui ont traité de la Rhetorique Paris. 1716. Tom. II. p. 243. usque ad p. 260.* In illa nempe breuitate, quam affectauit, utique non pauca adfert, quae inprimis ad intelligendas docendasque S. literas faciunt. Ut enim taceam genus didascalicum maxime in Doctorum coetus diuini gratiam eum addidisse, quae de figurarum doctrina, sensibusque scripturae adfert aliaque hujus generis plura contemnenda prorsus non sunt. Juuat uero PHILIPPVM audire ipsum *in praef.* ita differentem: Et hos" meos libellos spero profuturos" his, qui postea legent CICER. &" QVINTILIANVM. Quaedam e-" nim illorum praecepta explica-" mus, & exempla addimus sumpta" ex praesentibus negotiis, ex qui-" bus facilius intelliguntur praece-" pta, quam ex istorum exemplis," quae sunt ab usu nostro remota." Haec consilii nostri ratio initio" fuit. Quanquam autem ipsa" praecepta Rhetorices leuia & per-" quam puerilia uidentur: tamen" hoc sibi persuadeant adolescen-" tes, & ad judicandum & ad ma-" ximas causas applicandas prorsus" ea necessaria esse. - Quare et-" iam adhortandi sunt, ne his no-" stris libellis immorentur, sed co-" gnitis his elementis CICER. &" QVINTIL. legant, nec degustent" obiter, sed diu multumque le-" gant autores illos, non solum ad" eloquentiam, sed etiam ad sapi-" entiam profuturos, & discant ex" "iis

tem ad usum transfert. Insuper & Erasmi libellus de rerum & uerborum copia Theologiae studiosis plurimum profuerit. Qui plura*

"iis eloquentiam metiri magni-
"tudine sua.

* *Erasmi libellus de Copia.* Magno olim applausu exceptus, nostro autem aeuo plane neglectus, partim quod uel meliora uel accomdatiora seculi genio habeamus, partim, quod hac fere humaniorum literarum pars inculta jaceat, & paedagogis aut hominibus de schola relinquatur. Fuit olim tempus, quo juuenibus praelegebatur in academiis, nunc contemnitur a pueris in scholis, ut rem plane insolitam etsi omnino laudabilem censeam, quod post diuturnum de eo *in Bibliopoliis silentium Osnabrugae 1715. in 12.* iterum in lucem protractus sit. Rectene an secus illud fiat, hic non disquiram: aliter longe de Erasmi libello judicat Melanchthon, cujus uerba de eo sunt perhonorifica: "Extat de copia Erasmi com-
"mentarius, cujus optarim utilita-
"tem uulgo tam perspectam esse,
"quam est titulus ubique notus.
"Quanquam enim opus in speci-
"em minutum uideatur: tamen si
"propius inspexeris, comperias
"uere esse, quod audit copiae cor-
"nu. Nam cum figuras omnes locupletandae illustrandaeque o-" rationis tradat & informet: non" uulgarem eloquentiae thesaurum" continet. Plura uide *in judiciis scho-" lae* Melanchth. *p. 226.* Aliter" etiam Morhofius, admirabili" uir doctrina & acutissimo inge-" nio: inter recentiores cum lau-" de uersatus est hoc in argumen-" to, libris de copia Erasmus &" Marcus Corradus; & Erasmus" quidem immerito illam ob cau-" sam, ut *μικρολογος* a non nemi-" ne traducitur. In Deliciis Ora-" toriae intimioris, qui liber totus" huc spectat, & de dilatatione ac" amplificatione accurate elegan-" terque praecipit *Lub. 1701. in 8. ed." P. I. c. I. §. VII. p. 4.* Alibi au-" reus libellus ipsi audit, in quem" commentarium non contemnen-" dum J. Micraelius scripserit, *in" Polyhist. P. I. L. IV. c. X. §. XI. p." 126* imo: Libellus utilissimus no-" tior nomine quam usu frequens:" & qui tamen optimas profecto" dat orationis ornandique atque" amplificandi regulas *L. IV. c. I. §." XXI. p. 250* " Aliter scilicet catuli olent, aliter sues. Candide uero & sine ambitu ac circuitione is ipse uir egregius sententiam de eo

fert

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0156
DFG

plura uolet, poterit etiam adhibere Ciceronis Rhetoricam ad Herenni-*

fert *in libro de pura dictione* a D. MOSHEIMIO edito, *c. VIII. §. II. p. 115.* "Magnus ille ERASMVS in prae-"claro illo de copia uerborum & re-"rum libro multa congeſſit ad lo-"cupletandam orationem non "uulgaria neque contemnenda. "Sed quoniam omnes loculos non "excuſſit, nullam quoque claſſi-"cam auctoritatem ſecutus eſt, "ſed ſuo tantum genio indulgens "multa congeſſit, illum ducem "eligere non poſſumus, ut qui in "multis ipſe deficiat. Animi gra-"tia repetere placet locum THOM. "MORI: emiſit ERASMVS utram-"que copiam, quid itaque ſibi re-"liqui fecit praeter ſummam ino-"piam. u. ipſum ERASMVM *Lib. XIX. Epiſt. IV. pag. 633.* conf. JAC. FRIED. REIMANN. *in der Einleitung zur Hiſt. Lit. der Teutſchen L. II. Sect. III. n. CCXXIX. p. 333.* qui librum hunc contra CLARMVNDVM tuetur. Et de re ipſa praeter allegatum MORHOFIANVM egit JOD. WILLICHIVS *de uerborum & rerum copia comparanda*, qui *Tom. III. inſtitut. Literat. Thorun. in 4to ed.* inſertus eſt, itemque libellus concinnus utiliſſimusque BOHVSL. BALBINI, e S. J., *de amplificatione oratoria Herbipol. 1684. in 12.*

* *Ciceron. Rhetoricam.* In auctorem horum librorum CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, aſſiduus CICERONIS lector, & feliciſſimus imitator, eruditiſſima inquiſiuit *Diſſert. de auctoritate librorum ad* HERENNIVM *Viteb. 1703.* hab. qui CICERONI, conſentiente maximorum Criticorum ſenatu, u. JOACH. CAMERAR. *in Element. Rhetor. p. 331.* P. VICTORIVM *uar. lect. L. XXII. p. 354.* C. BARTHIVM *Tom. I. Aduerſ. Lib. L. c. IX.* Ad. THEOD. SIEBERVM *Vol. II. Dialex. Acad. Orat. V. p. 71.* J. H. BOECLERVM *in Bibliograph. Crit. c. III. §. VIII. pag. 41.* C. A. HEVMANN. *de Anonym. & Pſeudonym. p. 149.* abrogauit; etſi in eadem Academia uir clar. GEORG. CASP. KIRCHMAYERVS eidem libros hos aſſertum iuerit. Enimuero non inepte olim J. LVD. VIVES: Quos, ait, qui CI-"CERONI aſſignarunt, equidem," quid ſecuti ſint, haud uideo." *De imdend. diſciplin. L. IV. p. (ed. Colon. 1532. utor in 8.) 325.* Conf. J. A. FABRICIVS *in Biblioth. Lat. Vol. I. Lib. I. cap. VIII. p. 95. ſq. & Vol. II. p. 107.* & GIBERT. *Jugemens des Sauans Rhetor. P. I. p. 405. ſqq.* Plenos tamen bonae frugis hos eſſe libros, & lectu digniſſimos prae multis recentiorum abortiuae diſci-

rennium: si tamen Ciceronis est, certe multa utilia praecepta continet. Leget etiam Theologus, si ita uidebitur, Ciceronem de Oratore: qui simul & artem Oratoriam docet, & latinum stilum*

---

plinae libellis Rhetoricis, nemo, qui, quid distent aera lupinis, nouerit, inficiabitur. Quam uellem, si uotis id meis consequi possim, legant, relegantque, qui loquacibus, jejunisque chartis, quibus omnem eloquentiae artem absolui autumant, uanaque spe illarum commendatione se suosque fallunt, A. THEOD. SIEBERI, uiri cl. *dissertationem in compendia recentiorum Rhetorica, sale pipereque, sed erudito, adspersam Vol. I διαλεξ. Dissert. XIX p. 259 sq.* Unus uero instar omnium sit, quem testem nostro OSIANDRO *de Ciceronianis hisce Rhetor.* aduocabimus, non imperitum artis dicendi Magistrum MELCH. JUNIUM, qui: "Ad Herennniana, inquit, "praecepta quod attinet: "illorum ego libenter sententiae "subscribo, qui CICERONIS ea esse "negant. Siue uero CORNIFICII, "siue GALLIONIS, siue alterius ali- "cujus sint auctoris illa praecepta "Utilia profecto sunt, cognituque "necessaria, quia breuiter sunt, & "perspicue, & orationis genere non "impuro aut barbaro, sed latino "tradita; & quae in oratoris sunt posita munere atque officio, com- "plectuntur omnia. Et quod hoc "in auctore singulare notatuque "dignum, non solum uirtutes in- "dicat; uerum etiam, quae uitia, "& quomodo uitanda, planum fa- "cit. *in Methodo Eloquentiae cap. V.* "*pag. 48.*"

**Ciceronem de Oratore.* Ego quidem non parum difficultatis atque obscuritatis in se habere librum hunc, in quem mihi CICERO omnem dicendi facultatem, artisque suae copiam contulisse uidetur, dissimulare nolim: attamen hinc etiam eo majori attentione legi debet. Atque cum P. MANUTIO, at quanto CICERONIS interprete! fateri nullus dubito: CICERONEM "cum lego, nullius Rhetoris prae- "cepta desidero." *in Commentar. in Epp. ad familiar. p. 23.* Quid ipse CICERO de opere hoc suo censuerit, legere non injucundum erit. *in Epistolar. ad fam. Lib. I. Epist. IX.* ubi MANUTIUS *in Commentario p. 184.* addit: His libris nihil posse "fieri eleg antius, aut etiam utilius "conuenit inter homines erudi- "tos: atque ipse CICERO de iis, "

"quid

lum puriorem efficit. Interdum etiam Orationem Ciceronis, aut De-

"quid ſentiret, oſtendit *Epiſt. XIX. L. XIII. ad Attic.* Id quod in gratiam ſeculi, ſolidum ueteris doctrinae cibum nimis faſtidientis, uno alteroque ſummorum uirorum teſtimonio confirmabimus: Non poſtremus inter Oratores Soc. Jeſu ſuperioris ſeculi eſt M. ANT. MAJORAGIVS. Hunc uero in modum in TVLLII oratorem praefatur: "Hos de *Orat. Libros* ad QVINCTVM "fratrem conſcripſit: in quibus, "quicquid erat eloquentiae, quic- "quid ingenii, quicquid artis, quic- "quid eruditionis, expreſſit: ut "nullum unquam, neque apud "Graecos, neque apud Latinos hoc "in genere praeſtantius opus fue- "rit, aut eſſe poſſit. Et poſt pau- "ca: Equidem ita cenſeo, Audi- "tores, ſi quis hos *III. de Oratore* "libros bene perceperit, etiamſi "nihil aliud prorſus intelligeret, "eum docte, grauiter & ornate "poſſe dicere. Et mox: quo fit, "ut hos ego non libros, ſed re- "rum omnium pulcherrimarum "theſauros appellare ſoleam: quo- "niam in eis inuenio tanquam re- "poſita ſcientiarum omnium or- "namenta maxima. Neque tamen "ideo, quamuis eruditionis pleni "ſint, minus eſt in eis jucundita- tis. Rerum enim uarietas ejus- "modi eſt, ut noſtros animos ob- "lectare maxime poſſit: cum tam "magnifice, tam egregie ſuis lau- "dibus orator ueſtiatur: tam gra- "niter & ornate, quid ualeat orato- "ria facultas, explicetur. *Praef. X.* "*p. 624.* AVDOM. TALAEVS incly- "tus P. RAMI diſcipulus tale libro "huic, quem ipſe commentariis "ſuis *Pariſ. 1583.* illuſtrauit, elo- "gium ſcripſit: tantus eſt in per- "ſonis ipſis decor, tanta in ſer- "mone cujusque dignitas, tanta "in omni tractatione rerum & uer- "borum moderatio & confirmatio, "ut nihil mirum ſit, quod ait GVA- "RINVS, repertis primum CICERO- "NIS de oratore libris, eloquenti- "am, quae tot annos ſepulta ja- "cuerat, reuixiſſe: horum ſiqui- "dem librorum uel exemplis ſolis "magnus orator poſſit effici." "*Praef. III. p. 105.* Celeberrimus uir & diſſertiſſimus orator J. H. BOE- CLERVS haec de eo habet: CICE- "RO integram Rhet. artem plane "tradidit, ut in nobiliſſimo illo *de* "*oratore opere III.* libris praeſtitit, "ubi ſterilem per ſe & inamoenam "praeceptorum materiam per dia- "logos more PLATONICO, ſumma "eloquentia excoluit," *in Bibliograph. Critica*

Demosthenis (graece) legat. Exstant enim Olynthiacae Demosthenis Orationes seorsim impressae: quod si graecum Demosthenem inspicere commodum non sit: saltem (si libuerit) uersionem doctissimi uiri, Hieronymi Wolfii, in manus sumat. Mirabitur in Ci-*

Critica loc. cit. pag. 41. Confer de hujus libri editionibus & historia FABRICIVM *in Biblioth. lat. l. c. Vol. I. pag. 92. & Vol. II. pag. 102. sqq.* & GIBERT. *in Judiciis Gallicis Lib. allegat. pag. 279. sqq.* qui plura doctorum uirorum judicia collegit. Obiter addo ex diffusis Librorum Rhetoricorum CICERONIS praeceptis elegans utileque compendium consarcinasse GVIL. MECHOVIVM. *Cellis 1620. in 8uo edit.*

* *Ciceronis aut Demosthenis.* Summum inter Oratores locum duumuiros hos tenere nemo est, qui ambigat; uter uero alteri praeferri debeat, difficile dictu est. Multi cum ueteres, tum recentiores DEMOSTHENEM cum CICERONE comparare instituerunt; alii, illum ut extollant, hunc extenuant; alii, hunc ut euehant, illum deprimunt. Quae tamen comparationes utilissimae sunt, & lectorem ad penitius cognoscendam utriusque praestantiam multa docere, animumque ejus ad illos legendos cum fructu praeparare possunt. Ipsa ueterum uerba accurate studioseque repraesentauit, suamque deinde etiam sententiam prolixe exposuit NIC. CAVSSINVS *de Eloquentia sacr. & human. Lib. I. cap. LXII. pag. 40. sqq.* addat. ERASMVS ROTEROD. *in Opere Epistol. edit. Londin. Lib. XXVIII. Epist. XXVI. p. 1708.* JVE. NIGRONIVS S. J. *Vol. oration. n. XVIII.* J. H. BOECLERVS *in Bibliograph. crit. c. III. num. II. §. XIII. p. 48. sqq.* Integra inprimis dissertatione gallice scripta per partes & copiose id executus est ingeniosissimus R. RAPINVS, qua in re alter alteri praestet, aut par sit *in Opp. diuersis Tom. I. les comparaisons des Grands-Hommes de l' Antiquité p. 1. sqq* quam comparationem ad Longini exemplum institutam, ut a quouis orat. artis studioso legatur dignam aestimat SCHVRZFLEISCHIVS *Animadversion. ad* LONGINVM *pag 304.* HIERON. WOLFFII uersio, quam OSIAND noster laudat, aliquoties prodiit, & facile

Cicerone uerborum & phrasium copiam atque elegantiam, in Demosthene (quod ego magis probo) orationis neruos tales, ut nihil addi, nihil detrahi possit. Sed & Basilii Homiliae & Chrysostomi scripta, quatenus Oratoria, cum fructu legi possunt, si dextrum judicium, de quo supra admonuimus, adhibeatur.

Exercitium scribendi non negligendum.

Plurimum etiam profuerit, si Minister Ecclesiae interdum (sepositis praedictis autoribus) epistolis priuatis ad amicos latinae linguae puritatem atque elegantiam (quae in probatis autoribus conspicitur) imitetur: uel etiam periculum faciat, an sophisticum aliquem scriptorem latino sermone (uel germanico) confutare

---

facile haberi potest. Vid. de ea J. A. FABRICIVS *Lib. II. Biblioth. graec. cap. XXVI. pag. 926.* Sanum etiam incorruptumque nostri de DEMOSTHENE judicium comprobabunt uaria, quae congessit A. TH. SIEBERVS *ejus ueterum elogia Vol. II. Dialex. Dissertat. III. p. 266. sq.* qui ibidem pleno quasi horreo etiam CICERONIS laudes ex ueterum recentiorumque simul ore admetitur *pag. 330. sqq.* Recte tamen sapienterque agit, quod CICERONEM non coelo ipsi inferre audeat, secus ac ERASMVS fecit a cl. JOH. SIEBERO *in tract. de salute Christ. & Philos.* ideo castigatus *consid. XXXV. p. 246. sqq.* Adhaec omitti hic non debet dissertatio elegantissima clar. HALBAVERI *de* CICERONE *sanctioris doctrinae cultoribus* multum legendo, quae uariorum de imitatione opusculis nuper admodum recusis inserta legitur *p. 799.* Plane autem consona iis sunt, quae noster tradit, ERASMI uerba, illiusque sententiam mirifice confirmant: Ex doctoribus pro„fanis, quorum libri potissi„mum sint euoluendi futuro con„cionatori, nullus est, quem DE„MOSTHENI ac CICERONI„ praeferamus, uix etiam, quem„ conferamus, sane quod attinet„ ad dictionis uirtutes.“ *in Ecclesiaste Lib. II. pag. 217.* Nec est, quod ab ejus aliorumque profanorum scriptorum lectione V. D. M. fabula de B. HIERONYMO, ob lectionem CICERONIS ab angelo correpto, absterreat, *in Jure Canon. Dist. XXXVII. c. VII.* allata, quod somnium fuisse ipse haud dissimu-

futare queat. Etsi enim non omnia talia, quae exercitii causa scribuntur, mox typis euulganda uidentur: tamen talis exercitatio autori, ratione exercitii, magnum adferet emolumentum. Et, quando opus fuerit, talibus Ecclesiae Ministris exercitatis aduersariorum scripta confutanda committi poterunt. Semper enim quosdam prae aliis instructos esse conuenit, qui cum aduersariis feliciter congredi possint.*

CAP.

---

lat *in Apolog. c.* RVFFIN. *Lib. I.* conf. Cl. ESPENCAEVS *tract. de profectu ex gentilium librorum lectione capiendo.* THEOPH. RAYNAVDVS *in Erotemat. de bonis & malis libris P. I. Erotem. XI. pag. 183. sqq.* & JAC. PONTANVS *in Atticis Bellariis Vol. II. Dial. V. p. 474. sqq.*

* *Quae exercitii causa.* Nimis saepe uenales suas quosdam protrudere merces uidemus, quibus non immerito dictum sit, quod Clar. CRENIVS optat: *Ich wollte, daſs manche minder ſchrieben, und mehr ihre anuertraute Heerde beſuchten, lehreten und ermahneten. Denn hierzu ſind ſie ſonderlich beruffen. Viele ſchreiben nur, daſs ſie einen groſſen Namen und anderwertigen mehr eintragenden Beruff erlangen mögen P. II. Meditat. paſſion. in Matth. Med. II. pag. 128.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0162
DFG

CAP. VII.

Tertia hora pomeridiana.

DE SCHOLASTICORVM JVRIS ET MEDICINAE SVBSIDIIS.

Haec hora, uel per uices alternatim, uel bipartita, dari potest lectioni alicujus commentarii sacri. Interdum licebit etiam*

---

* *Commentarii sacri.* Commonefactiones & cautelae circa commentarios S. codicis, quos noster hic innuit, cum fructu legendos, perneceſſariae ſunt, & paſſim legi poſſunt. Vix ego aliter ac Lexicographorum inſtar eos habeo, qui nunquam, niſi a ſimplicioribus, qui oleum operamque taedioſo labore perdunt, a capite ad calcem legi ſolent, ſed in difficilioribus, quoties aqua legenti haeret, & proprium ſcrutinium temporis penuria aliaeue rationes haud concedunt, aut pars aliqua S. S. ob certas cauſas ſollicitius excutienda eſt, rectiſſime in ſubſidium adhibentur. Neque ita eos conſulere aliquem jubeo, ut in ipſorum ſententia ſine ulteriori inquiſitione acquieſcat, ſed ut anſam argumentaque cogitandi & diſſerendi, atque ueram per hermeneuticas regulas erutam ſententiam confirmandi habeat. Non multi tamen, ita prorſus ad mentem meam" WILH. ZEPPERVS, ſed pauci ii-" que optimi commentarii euol-" uendi & conſulendi ſunt. Prae-" terquam enim, quod multi tem-" poris atque laboris hoc eſt, ua-ga" illa lectio animum magis defati-" gat & perturbat, ut omnibus" perlectis non raro incertior ab" eas, quam acceſſeris, praeſertim" ſi infirmius ſit judicium, quam" quod diuerſas, aut etiam contra-" rias ſententias diſcernere & diju-" dicare queat." u. *ejus ars habendi & audiendi concion. S. Herb. 1666. in 8. ed. L. I. c. IV. p. 38.* Qui rectiſſime tandem *p. 45.* addit: Tales" commentarios Poſtillis merito" eccleſiarum miniſtri praeferunt "

"quod

etiam inſpicere ſcholaſticorum Theologorum ſcripta: qualia ſunt:*

"quod ſolidius fere ac plenius o-
"mnia atque ſingula rimentur, ad-
"eoque imitationis uberiorem ma-
"teriam ſubminiſtrent: in theſi
"magis immorentur, & meditatio-
"nibus priuatis ſatis uberem relin-
"quant materiam, quomodo audi-
"toribus omnia prudenter & ap-
"poſite applicari debeant & poſ-
"ſint. Quo eodem, puto, pru-
"dens Eccleſiaſtes illis, non ut do-
"minis, ſed ſeruis, non ut duci-
"bus, ſed pediſſequis utitur. Adde LAMB. AVENIONENSEM *inſt. de Prophetia p. 120.* AVGVST. PFEIFFERI *Theſaur. Hermeneut. hypomn. ad cap. XIV. can. CXCIII. pag. 514. ſqq.* D. VAL. ERN. LOESCHERI *Breuiar. Theol. exeget. P. III. Sect. I. cap. I. p. 151.* J. B. CARPZOVII *Theol. Exeget. Reg. XII. p. 95. ſqq.* JOH. JAC. RAMBACHII *Inſtitut. Hermeneut. S. L. III. c. IX. p. 663. ſqq.* & ingenioſe ſolideque diſſerentem J. CHR. DANNHAVER. *in Idea boni interpretis Sect. II. art. III. §. XXVI. p. 41. & Sect. III. art. XIV. §. 105. pag. 198.* J. A. QVENSTAED *in Ethica Paſtor. Mon. IV. p. 37. ſqq.* qui multa praeclare utiliterque monuerunt de commentariorum adminiculis. Quae praeterea ad notitiam optimorum commentatorum acquirendam facere poſſunt, & paſſim quidem, ſed diſperſa habentur, elegantiſſimum in compendium miſit B. MART. CHLADENIVS, SS. Lit. Doctor inclutus, & magno Almae Leucoreae puriorisque uniuerſae Eccleſiae malo praecipiti fato mortalium rebus ereptus *in Inſtit. Exeget. P. II. c. II. Aph. V. p. 488. ſqq.*

* *Scholaſticorum Theologorum.* Sub attrito ſordidoque pallio incedit etiam aliquando ſapientia, & aurum in ipſo latet ſtercore. Summus ille & ſui nominis uir, HVG. GROTIVS ſcholaſticis legendis aliquam etiam operam non plane inutiliter olim impendit, quod uel ex incomparabili ejus *de Jure B. & P. opere* uideri poteſt: quanto magis in his talibus Theologum non omnino plane rudem eſſe decet, inprimis, qui ſolidiora in Polemicis affectat, & tempore aliquo modo abundare uidetur. Nihil dicam de JOH. FERRII Vill. Metenſis, qui raro praecocis ingenii exemplo 10. aetatis anno S. munus ſuſcepit, *ſpecimine ſcholaſtici orthodoxi Sed. 1619. in 8.* quo proteſtantium de gratia diuina hypotheſes ex ipſis ſcholaſticis probare anniſus eſt: Vix enim noſtris in oris haberi poteſt, & ſuae (Reformatorum) parti cum-

cumprimis uelificare ſtuduit. Commodum in mentem uenit recordari, quantam apud ipſos hoſtes ſui admirationem excitauerit, quamque feliciter ueritatis euangelicae cauſam hoc etiam praeſidio inſtructus ſummus noſter J. HVLSEMANNVS egerit *in Colloquio Thorunienſi.* Licet enim JOACH. HILDEBRANDVM Theologum Helmſtad. dicere ſolitum referat B. J. A. SCHMIDIVS *in Diſſertat. de Inſtitut. catech.* §. *XXX.* "Ipſos Apoſtolos, ſi reuiuiſcant, "ſine reuelatione uix theologos "ſcholaſticos intellecturos; attamen non pauci noſtratium fuerunt, qui ſumma ingenii acie illorum etiam tenebras penetrarunt. De ſtylo ſcholaſticorum legi merentur *Epiſtolae amoebeae* HENRICI BARBARI & PICI Comitis Mirandulani aliquoties junctim editae. Non equidem ignoro, ut diſertiſſimi pientiſſimique HENR. MÜLLERI uerba *ex dedicat. Theologiae Scholaſticae Roſtoch. 1670. in 4. ed.* mea faciam, "Theologiam ſcholaſticam ma"gnis & pene deſperatis morbis "teneri, tum ob immodicam ejus "curioſitatem, qua fit, ut nihil i"gnorare, & ubi maxime delirat, "ibi altiſſimum ſapere uideri ue"lit; tum propter obſcuritatem, "partim e ſeculi, quo nata eſt, te"nebris contractam, partim de induſtria affectatam; tum ob ſer"uitutem, quam immiti Domino" ſeruit, cujus decretis placitisque" uelut Ixionis rotae alligata eſt." Enimuero habet Theologia ſcho"laſtica ſuos naeuos, habet ſuam" etiam neceſſitatem, hac inprimis" aetate, quae Theologiam tot in"uoluit difficultatibus, tot obſcu"ritatibus immerſit, ut ſine accu"rata Theologorum Scholaſtico"rum intelligentia uix ac ne uix" quidem emergere liceat." Cum quibus uelim conferas, quae luculenter accurateque diſſerit de Theologiae Scholaſticae pretio & uſu apud noſtrates B. BALTHASAR. MEISNERVS *in oratione de antiqua theologice diſputandi ratione Gieſſ. 1611. in 4. ed.* B. ABRAH. CALOVIVS *in Syſtemat. Theol. Tom. I. qu. XV. p. 75. ſqq.* J. GERHARDVS *in Conf. Cathol. L. I. P. II. c. XV. p. 743. ſqq.* JOH. FECHT. *in Tract. Schol. de ſtatu damnator. dedic. p. 2.* plurimas profecto ob rationes a ſcholaſticorum lectione prorſus V. D Miniſtrum abſtinere jubet J. A. QVENSTAEDIVS *in Ethica Paſtorali Mon. VI. p. 57. ſq.* conf. ERASM. SARCERIVS *integro tract. de Theologiae Scholaſt. uanitate 1541. in 8.* & ex politicorum ordine illuſtr. BACO DE VERVLAMIO *in aureo de augmentis ſcientiar. opere L. I. p. 41. ſq. ed. Lugd. B. 1652. in 12.*

ex Reformatis autem JOH. POLYANDRVM *in Orationibus Acad. Leid. inaugural. p. 12. sqq. Lugd. B. 1620. in 4.* Eleganter autem ingenioseque in utramque partem, ita tamen disserit, ut non prorsus exsibilandos contemnendosque arbitretur scholasticos ANDR. L. KOENIGSMANN. *in Dissertat. Eclectica de rationali Metaph. cultu Kilon. 1712. §. XVIII. p. 29. sq.* qui uero in allegandis auctoribus satis accuratus non est. Nec minus sobrie hac in parte sentit D. J. DAN. HERNSCHMIED *tract. de Acedia in obs. XVIII. p. 300. ed. germ.* Placet autem hic saltem in medium proferre, quae summi in omni literarum genere judicii uastissimique ingenii Polyhistor J. H. BOECLERVS *Tom. III. Dissert. Acad. pag. 494.* habet: "Licet in eorum scri-"ptis multae theoreticae quaestio-"nes, & praesertim theologia mo-"ralis copiosissime pertractentur, "tamen non cuiuis commendari "debent: requirunt enim lecto-"rem, qui adferat multam eruditi-"onem, & peritiam separandi in-"utilia ab utilibus. Addam ego: ferream inter tot sentes spinasque aliquot rosarum colligendi dispersa folia patientiam. Ceterum, quod probe obseruari uelim, in scholasticam hanc, quam uocant, Theologiam uiri doctissimi aduersarum etiam partium acriter inuecti sunt; CLICHTOVEI, A. PIGHII, ERASMI, MELCH. CANI, SALMERONIS, censurae passim leguntur, quibus addi merito debent amoenissimi ingenii judiciique acerrimi uir ROL. MARESIVS *in Epistol. Philol. L. II. Ep. XII. p. 293. sq. & Epist. XLV. p. 475. sq.* quem exscribere haud lubet, quod liber in omnium manibus sit, certe ab omnibus, ut teratur sedulo, dignissimus sit. JOH. LAVNOJVS *de uaria Aristot. fortuna in Acad. Paris.* per totum, cujus *ed. Viteb. 1720.* ab ELSWICHIO curata merito aestimari debet. PERRONIVS, doctissimus E. R. Purpuratus, *in cerronianis p. 344. seqq.* THEOPH. RAYNAVDVS, qui tricas inutiles scholastico-"rum, inutilibus curiositatibus, i-"mo meris nugacitatibus plus ju-"sto insistentium, & languentium" circa pugnas uerborum, nocu-"isse supra modum Ecclesiae Dei" conqueritur, " *in Erotem. de bonis & malis libris P. I. Erotem. XVII. n. CCCXCIV. p. 229.* & JAC. FACCIOLATVS, Th. D. & Med. in Seminario Patauino Praefectus, *in Orat. Vol. n. X. p. 192.* & *in Praef. Disp. II. p. 353. disp. IV. p. 356.* Spectat huc etiam liber rarissimus: CHEFFONTAINE *de necessaria correctione theologiae scholasticae*, de cujus mutilata editione

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0166
DFG

tione curiosam obseruationem u. apud RICH. SIMONIVM *in Critique de la Bibliotheque des Auteurs Eccles.* M. ELIES DV PIN *T. II. p. 179. sqq.* Causam nihilominus scholasticorum diserte docteque egit, (uix persuaderi possum, serio) omni humanitatis laude florentissimus FRANC. VAVASSOR. *pecul. orat. in operibus toma p. 241. sqq.* Etsi omnino uerissimum sit, quod B. WEGNERVS existimat: "Non statim, "quod scholasticum, contemnendum est, sed quod utile seligendum, quod inutile, spinosum, "ineptum, negligendum est. *in diss. de ambitu theol.* §. *XXXIV. p. 26.* Introductionis loco, antequam is, cui uolupe sit uadum hoc tentare, rem aggrediatur, commendari merito debet ADAM. TRIBBECHOVII *liber singularis de Doctoribus scholasticis & corrupta per eos diuinarum humanarumque rerum scientia Giess. 1665. in 4.* & *Jenae 1719. in 8. cum praefat.* cl. HEVMANNI *editus.* Neque addidisse quenquam poenitebit J. L. VIVIS *libros VII. de causis corruptarum artium*, (utor *ed. Brugensi 1531.*) in quibus contra scholasticos omni uirium contentione militat. Vtinam, quae in usus auditorum priuatos ingeniose ac subtiliter commentatus est de theologia scholastica uen. D. GEORG. FRIED. SCHROEERVS, Theologus Viteb. meritissimus, & quo peritiorem ejus majorique subsidiorum copia instructum nostro tempore inter nostrates noui neminem, publicae luci daret; multa nos de illa ejusque scriptoribus, plurimis intacta, nec tamen inutilia docere possent, atque usum ejusdem abusumque in uariis cum diuinae ueritatis hostibus controuersiis luculentissime demonstrarent. Interim aliquo modo ejus defectum supplere poterit ut J. HIMMELIVM taceam, CHRISTOPH. BINDERI *theologia scholastica*, in qua de ejus causis, origine, progressu ac methodo legendi scholasticos agitur *Tubing. 1614. in 4.* qui imperfectus tamen liber est, & multis modis suppleri corrigique posset. Non etiam nisi primae saltim lineae sunt, quas duxit doctissima JAC. THOMASII manus edit. *A. 1676. disput. acad. de scholasticis latinis*, integri tractatus *de theologia scholastica* prodromo, cujus fragmentum ab interitu uindicauit filius *in histor. sapient. & stultit. T. III. p. 231. sqq.* Simulque conferri potest GISBERT. VOETII *L. II. biblioth. theol c. VI. p. 595.* GEORG. HORNII integer a *c. I. ad VItum usque Hist. Philos. L. VItus p. 295. sq.* & qui chronologiam scholasticorum breuem consarcinauit

sunt, Magister sententiarum:* Com-

J. H. ALSTEDIVS *in Thesauro Chronolog. cap. XLIV. p. 436. sqq.* Exempli autem loco inseruire potest, si cui gustum deliciarum illarum habere lubeat, J. HENR. POSEWIZII *Metaphysica theologica*, quae regularum scholasticae doctrinae usum & abusum in quaestionibus theologicis longe plurimis perspicue subtiliterque ostendit *Lipsi. 1695. in 8.* ut uere compendium theologiae scholasticae haberi queat.

* *Magister sententiarum.* Ita uulgo audit a scripto praecipuo PETRVS LOMBARDVS, frater GRATIANI & P. COMESTORIS, quos dubia admodum fide nothos faciunt fratres, & de quorum matre referunt, cum poenitere admissi stupri nequiret, quod tam praeclaros uiros genuisset, jussam esse, ut saltem poeniteret, quod poenitere non posset. Teste PANCIROLLO *de cl. legum interpret. L. III. c. II. p. 318. edit. Lipsi nouissimae.* Episcopus Parisiensis, qui sub CONRADO III. Imp. circa annum 1140. claruit, & ex patribus antiquis, inprimis AVGVSTINO, quatuor sententiarum libros congessit, non credo, inconsulto prorsus consilio, sed infeliciori euentu. Etenim occasionem ita dedit, neglecto fonte SS. scripturarum, ad riuulos eo magis hominum consectandos, quaedam etiam mutila uel interrupta, quaedam immutata, & in alium sensum detorta priscorum Doctorum uerba ab eo sunt; ut nihil mirum sit, mille hinc aliorum conciliationes, quaestiones & explicationes ortas esse, quibus orbis eruditus facile carere potuisset. Altercatio in plures annos jam olim de quibusdam propositionibus ejus durauit, quam refert J. LAVNOJVS *de uaria Aristot. fortuna c. III p. 191. sqq.* Necessaria ualde & omni laude digna est SIXTI SENENSIS admonitio, qua loco quodam S. AMBROSII ab ejus detorsione uindicato, quales ejus lapsus plures uir diligentissimus passim obseruauit, serio hortatur, ne qui Rapsodis, compendiariis & summistis admodum delecten-« tur, grauentur interdum a riuu-« lis ad fontes reuerti, & ipsas PP.« sententias apud auctores suos ex-« quirere & diligenter expendere.« Vide omnino *L. V. Biblioth. sanctae annot. LXII. p. m. 437.* qui alias *L. IV. p. 362.* non minima ipsum laude extulit, quod nec segnius nec parcius egit ANTONINVS, Archiep. Florent. *in uasto Chronicorum opere Lugd. 1586. ed. Tom. III. p. 74.* Purior autem

autem ceteris scholasticis est, & multa habet, quae a ueritate euangelica non abhorrent. Cumprimis Damascenum imitatum fuisse existimat FRIED. SPANHEMIVS *in Isagog. Epitome ad Hist. Nou. Test. p. 542. ed. Lugd. Bat. 1689. in 8.* qui plura de eo refert. P. ABELARDI simili labore eum usum esse asserit C. KORTHOLTVS *in Hist. Eccles. P. XII. p. 474.* an uero BANDINVM sublegerit, prolixissime disquirit JAC. THOMASIVS *in L. de Plagio literario longe doctiss. §. CDXCIII. p. 217.* "Petrus ne Lombardus an Bandu-"inus fuerit cucullus, uerba sunt "RAYNAVDI *de bonis & malis libris. "P. I. Erotem. X. §. IV. p. 165.* & si-"bi L. sentent. supposuerit, igno-"rari ait GENEBRARDVS. Confidenter autem illud asserit BILIBALD. PIRCKHEIMHERVS, uir suo tempore doctissimus, cujus uerba ex *Responsione ipsius de uera Christi carne ad* OECOLAMPADIVM *Nor. 1526. in 8. ed.* cum rarissimus etiam hic liber sit, repetere operæ pretium erit: "Sen-"tentiarum, ut uocant, Magi-"strum, nec ego, multorum erro-"rum causam & originem fuisse, "sum nescius, tametsi illum opi-"nio sua, forsitan non mala, po-"tius quam euentus in plerisque "deceperit. Siquidem arbitratus "est consarcinatione illa sua, mul-tos errores explodi posse, quod" fere contrarium euenit. Sed nec" eum operis illius auctorem fuisse," BANDINI summa, quae impressa" circumfertur, palam arguit, qui" longe illo fuit antiquior, &c." *Lit. A. 4.* compara, si lubet, P. BERNH. PEZIVM, ord. Bened. a Bibliotheca in Monasterio Mellicensi, *in dissert. Isagog. c. I. ad Tom. I. thesauri Anecdot. nouissimi p. 46.* qui singularia de lite ECKII ob BANDINI summam ex incomparabili eruditionis libra-riae, qua pollet, copia suppeditat. ERASMVS ROTEROD., quod mirari subit, plane dubitat ejus librum sententiarum genuinum esse *Lib. XXVIII. Epist. VIII. p. 1634.* Methodum, totiusque operis partitionem & argumenta refert paulo curatius J. FRANC. BVDDEVS *in Hist. critico-theol. dogmat. P. I. Sect. II. c. III. §. X. p. 55.* Primus, qui in LOMBARDVM commentatus, est ALEXANDER HALES, circa annum 1245. Doctor irrefragabilis dictus. Ad manus est editio sententiarum *Lugd. 1593. in 8.* quae accurata satis & ob erroneos adjectos articulos aliaque plura, prae aliis, quarum plurimae in Gallia Germaniaque extant, & apud GOTTFR. OLEARIVM *in Bibl. Script. Eccles. T. II. p 81.* uideri possunt, commendari meretur. Suorum elogia, quo-

rum ingens ſuppetit copia, coaceruare nil attinet. Videantur, qui haec talia non parca manu offerunt: EYBENIVS *in Magiri Eponymol. Crit p. 527. ſqq.* POPEBLOVNT *in cenſura autor. pag. 268. ſq.* JOH. SCHOPFIVS in Acad. J. C. *f. 178. claſſ. XII. ſqq.* JOH. FABRICIVS *in comment. de biblioth ſua P. VI. n. 122. p. 548. ſqq.* ut LABBEVM, CAVEVM ſimilesque taceam. A. TRIBBECHOVIVS *de doctor. ſcholaſt. c. VI. p. 143. ſqq.* qui multa de eo notatu ualde digna adfert. MR. AMILLON *Melange Critique de literature T. II. art.* LXVIII. *p. 332.* & qui integra diſſertatione omnium fuſiſſime de LOMBARDO egit CASIMIR. OVDINVS *in opere de ſcriptor. eccleſ. T. II. pag. 1218. ſqq.* Vnum modo alterumue a noſtratibus de eo prolatum judicium annectere lubet: Primo loco jure quodam ſuo comparet ſequens B. LVTHERI: "LOMBARDVS in conciliatione PP. eſt diligentiſſimus & ſe longe ſuperior. "Nemo ipſum in hoc genere ſuperabit; nullis in conciliis, nullo in patre tantum reperies, quam "in libro ſententiarum. Nam patres & concilia quosdam tantum "articulos tractant, LOMBARDVS "autem omnes. Sed in praecipuis "illis articulis de fide & juſtificatione nimis eſt jejunus, quanquam Dei gratiam magnopere" praedicat." *Tom. VII. f. 232.* Alibi magis honorifice adhuc de eo ſcribit: Vir fuit egregius, cum" uideret infinitos libros ſcribi, i-" pſe methodum omnium ſcriben-" tium tradidit, & hac ſua metho-" do multa effecit, fuit enim uir" doctus, perlegit nempe omnes" autores AVG. AMBROS. GREGOR." HIER. HILARIVM: praeterea o-" mnia concilia & decreta. Si" tanta diligentia Biblia legiſſet," temere certe non laboraſſet" *T. II. colloqu. lat. p. 437.* Haec exacte concinunt cum iis, quae de LVTHERO refert HIER. WELLERVS: Magiſtrum ſententiarum ideo le-" gendum eſſe ajebat, quod is o-" mnium fere patrum ſententias de" praecipuis locis doctrinae chri-" ſtianae in libro ſuo collegerit," ſed tamen cum judicio juniores" theologos legere illum uolebat." *in epiſt. de ſtud. theolog. conſilio p. 4.* Genuinus ejus eſt diſcipulus doctrinaeque euangelicae ſtrenuus & nullis calumniis, laboribus nullis defatigatus aſſertor JAC. ANDREAE, qui in ipſa LVTHERI cathedra hunc in modum perorauit: PETRVS LOMBARDVS, quem Ma-" giſtrum ſententiarum appellant," uir ſane non indoctus, qui dignus erat, ut in ſeculum magis" felix

"felix incideret. Is enim pulcherri-
"mum ordinem in explicatione
"praecipuorum capitum doctri-
"nae christianae obseruauit & se-
"cutus est, ut hanc laudem nemo
"hactenus illi ademerit. Sed dum
"controuersias per collectas sen-
"tentias S. patrum & decreta con-
"ciliorum explicare & dijudicare
"conatur, & se ipsum & alios in-
"uoluit, ut interdum lectorem
"incertiorem & magis dubium di-
"mittat, quam prius fuerat, *in orat. Viteb. 1577.* habita *Lit. C. 3.* Legi tamen jubet B. DAV. CHYTRAEVS LOMBARDI libros, quod uelut loci communes theologici sint, ex latinis patribus praecipue coagmentati. *in epistolis p. 227.* Exemploque suo ipse magnus noster CHEMNITIVS docet, non inutilem prorsus fore lectionem Magistri in propriae uitae historia ita scribens: "Quia alios libros non habebam, "legi Magistrum sententiarum, & "ex eo coepi antiquitatis scripta "amare, *im erläuterten Preussen Tom. III. P. XXIX. p. 339.* nostro tamen aeuo, ubi magna bonorum librorum copia suppetit, fortasse ad lectionem ejusdem nemo facile adigi se patietur. Enimuero omitti haud debent, quae summus, & cui parem coetus purior nondum uidit, theologus JOH. GERHARDVS ex aliorum potissimum mente disserit: Hic est ille liber, de quo "AVENTINVS uerissime conqueri-"tur, quod sacrosanctae theolo-"giae ueritatem fontemque puris-"simum coeno quaestionum riuu-"lisque opinionum conturbauerit, "quod a JAC. FABRO Stapulensi, "& (JODOCO) JACOBO CLICHTO-"VAEO, praeceptoribus suis plus "millies se audiuisse asserit: Hic "est ille liber, de quo ERASMVS "scribit: Vtinam illius labor tam "feliciter cessisset orbi christiano, "quam ipso susceptus est pio stu-"dio; siquidem apparet, illum "hoc egisse, ut simul collectis, "quae ad rem pertinebant, quae-"stiones omnes excluderet; sed ea "res in diuersum exiit, uidemus "enim ex eo opere nunquam finiendarum quaestionum non exa-"mina, sed maria prorupisse: hic "est ille liber, cujus plus quam "26. errores annotarunt Parisien-"ses, quibus adscriptum: hic Ma-"gister non tenetur." *in loc. theolog. T. V. §. CXXXIII. p. 279. edit. Jen. 1617. in 4.* Operosum doctumque *in librum I.* LOMBARDI *commentarium* dedit magni inter Caluinianos nominis theologus LAMB. DANAEVS *Geneu. 1580. in 8.* in cujus Prolegomenis etiam integram fere theologiae scholasticae historiam habet;

bet; nec in reliquos, licet celeberrimo BVDDEO ita uideatur *l. c.* qui dubio procul ipsum librum non inspexit, amplius aliquid ejus innotuit; nec in dedicat. promittere ausus est, ubi: "De re"liquis quid sim acturus, nondum "apud me constitui. Vnum ta"men hoc utpote expertus affir"mare & sancte jurare possum, si "quis hunc autorem integrum re"purgare uelit, illum uelut alte"rum quendam coelestemque "Herculem, conari plus quam i"psius Augiae stabulum exhauri"re: Sic nimirum & falsis allega"tionibus & falsa doctrina, uelut "sanie & sordibus scatet hic autor "totus. Mitius tamen, quod mirere, longe de eo judicat *in prolegom. p. 4.* quae hic legisse operae pretium erit: "Atque ut, quid de "hoc scriptore sentio, ingenue "profitear, judico, hominem i"stum, si in feliciora tempora in"cidisset, minusque corruptam fi"dei doctrinam didicisset, potu"isse multum prodesse ecclesiae "Dei. Fuit enim diligens & acu"tus: atque etiam hujus operis in"stituendi scopus, non modo ho"nestus, sed etiam necessarius fuit, &c. Adhaec ipse hic DANAEI commentarius tam gratus acceptusque proceribus Leidensibus, quibus eum inscripserat, fuit, ut ad theologiam in academia docendam accerserent, obseruante illud uiro clar. PETRO BVRMANNO *in sylloge epistolarum a uiris illustribus scriptarum*, quae collectio omnium praestantissima est, neque tamen ejus ultra 400. exempla typis exscripta sunt. *T. I. ad Epist. LXXXIII. p. 88.* Addat. cujus uerba breuitatis causa omitto, MORHOF. *Polyhist. T. II. L. I. c. XIV. p. 85. sqq.*

* *Compendium Theologicae ueritatis.* Libellus hic foetus incerti patris est. Alii AEGIDIVM ROMANVM, alii DIVVM THOMAM, alii, non sine ueritatis specie, BONAVENTVRAM ejus auctorem faciunt. uid. VINC. PLACCIVS *in theatro Pseudonym. §. CDXLI. p. 135.* Quid sibi uelit, aut quo fundamento nitatur SANNIGIVS *in uasto cursus philosophici opere Pragae in fol.* edito, quod FRANCISC. cuidam de conchis Gallo factum hunc supponat, *in praemissa synopsi scriptorum hist. lit. F.* ego quidem nescio. ALBERTO Magno, nouae in theologia scholastica periodi auctori, tribuit CALOVIVS *noster in dedic. Tom. I. System. theol. lit. c.* quod calculo suo, etsi

meti-

meticulosius, corroborat Fr. Joh. de Cambis, Ord. Min. Theol. Doct. *in addita declarat. termin. theological.* Bonaventvrae, cujus uerba, quod judicium simul de eo exhibeant, recitabimus: "Compendiose con-"scripta est series totius theolo-"gicae ueritatis, quam nonnulli "S. Thomae adscribunt, alii S. "Bonaventvrae, alii uero Pe-"tro a Tarantazia, qui suo "tempore uiri extiterunt percele-"bres atque immortali memoria "digni. Sed, ni fallor, Alber-"to M. congrue adscribendam pu-"to. Non tamen meo innitar ju-"dicio: quisquis autem ille fuerit, "Deus nouit, & acceptauit, cum "fideliter catholiceque scripserit "ad DEI laudem legentiumque "profectum *p. 651.* Adeoque nec diligentissimus Nic. Staphorsti-vs libri hujus, cujus summam exhibet, auctorem indagare potuit. u. *historiam ejus eccles. Hamburg. diplomat. T. I. Vol. III. p. 299.* Expendi tamen simul merentur pientissimi Val. Herbergeri, qui prorsus alii adscribit, uerba: *Hugo Argentoratensis hat das liebliche Compendium theol. ueritatis geschrieben; darinnen sind viel schöne Reden*, quorum exempla quaedam adfert *in der Hertz-Postill P. II. p 548.* Minus uero accurate de opusculo hoc agit Petr. Dahlmann *im Schau-Platz der masquirten und demasquirten Gelehrten Sect. I. n. XXI. p. 39.* Joh. enim Cambis suo sub nomine edidisse falsum est, ipse illius editione nitida & eleganti, *Lugd. apud S. Gryphium 1557. in 12.* curata, utor, in qua nec uola, nec uestigium apparet, illum ejus aliquid sibi tribuere uoluisse, & contrarium mox allegata ipsius uerba euincunt. Simile quid de Joh. Fischero, quem idem ille Dahlmann Pseudo-auctorem compendii facit, arbitrari licet. Praeiuit errandi exemplo Joh. Prideavx, theologus Anglus, *in opp. lat. Tig. 1672. editis orat. IX. pag. 398.* quem tamen Dahlmannvs dubio procul non nisi ex aliorum allegatione habere potuit. Sic uero ejus uerba sonant: "Compendium" theol. ueritatis, quod primum" sub Alberti M. deinde sub Bo-" naventvrae, tandem sub Joh." de Cambis prodiit auspiciis; an-" te decennium & nouum adsciuit" dominum & titulum: Compen-" dium de Cambis R. D. Sebast." Vischeri sit systema theologi-" cum, ut nouo titulo rubris chara-" cteribus conspicuo, nouum acqui-" ratur pretium." In quibus uerbis plurima minus recte se habere, quaedam etiam ex nimio zelo ani-

Summa Angelica:* *Duran-*

mum ad cauillationes pronum omnino prodere, ex illis, quae diximus, facile animaduerti poterit. Prima ejus editio *1473. in fol* prodiit. Adhaec auctor THOMAS quidam DE DORNEBERG, Sec. XVti scriptor, perhibetur *in nouis literar. Lipsi. 1727. mens. Decembr. p. 1039.* cujus sub nomine etiam *Argent. 1489.* prodiisse, ipsumque Memmingensem Decretorum & Art. Lib. Doctorem fuisse, refert CORN. A BEVGHEM. *in Incunabilis art. typograph. p. 55.* Tot inter sententiarum diuortia bonus ille HERBERGERVS, quem citasse me Critici fortean quidam distento ore riderent, solus ueritatis scopum attigit, etsi in adsignando nomine baptismali cespitauerit. Verum enim compendii hujus auctorem THOMAM Argentinensem esse, theologum ordinis S. Dominici Sec. XIII. non incelebrem, prolixe perdocteque demonstrauit JAC. QVELIF *in scriptoribus ordinis praedicat. Vol. I. p. 470.* qui RIGALDI plagium in hoc compendium commissum, aliaque curiosa de eo refert conf. *p. 534. & 464.* Obiter addo, meo, quo utor, exemplo D. LEONH. KRENZHEMII Chronologi quondam celebris manum uersus quosdam ex *Lib. II.* Eleg. TIBVLLI adscripsisse, tituloque allegauisse uerba: *Aurum in scoriis.* Nec fortasse alius est ab hoc THOMA VLRICVS DE ARGENTINA, quem compendii hujus uerum esse patrem arbitratur THEOPH. RAYNAVDVS *in Erotem. de bonis & malis libris P. I. erotem. X. n. CCLIII. pag. 157.* Miror autem illud compendium theologicae facultatis perperam uocari a clar. VINC. PLACCIO *in theatro cit. pseudon. n. CCXXXVI. p. 74.* qui tamen adducto WIMPHELINGII testimonio non probat, quod probare sibi uidetur.

* *Summa Angelica.* Inuidendis fere laudibus cultores ejus auctorem libri primarium THOM. AQVINATEM, u. gr. *Angelici, Aquilae Theologorum, matutini Luciferi, cum Salomone comparandi*, pluribusque aliis titulis mactare solent. De quo, ut HADRIANI DE PROST, HENR. SMEIERS, IGNATII CIANTES, HIER. WIELMI, aliorumque Panegyricos, inprimis DILBERGERVM Reittenbachensem, qui ut solem per omnes coeli domus deduxit, & VERNVLAEVM Collegii Phorcens. *P. I. orat XV. p. 560.* pluresque taceam. Videantur praeter scriptores hist. eccles. literarios, SIXTVM SENENSEM, CAVEVM, LAB-

LABBEVM, OVDINVM, alios, ANTONINVS, Florent. Archiepscopus, *in chronico. P. III. p. 644.* TRITHEMIVS *de script. eccles. Vol. I. p. 293. sq. operum ed. Francof 1601. in fol.* NIC. STAPHORST. *in hist. eccles. Hamb. P. I. Vol. III. p. 268. sqq.* & JAC. QVETIF, qui instar omnium esse potest, si ejus compos V. D. Ministerfieri possit, omniumque accuratissime omnia habet, quae ad THOMAE *historiam literariam* requiruntur, *in opere doctissimo de scriptor. ordin. praedicat. Tom. I. p. 271.* In ejus defectu adhibeantur JOH. SCHOPFIVS in academ. J. C. *class. III. pag. 183.* CONR. GESNER. *in biblioth. fol. 615. sqq.* SLEIDAN. *de statu relig. & reipubl. L. I. pag. m. 13.* EYBENIVS *in Eponymol. p. 777. sqq.* CHR. KORTHOLT. *in hist. eccles. P. XIII. Sect. II. p. 528. sqq. Hist. eccles. Gothan. p. 618.* JOH. FRIED. MAYERVS *in logica αλογ. pont. n. XIV. p. 89.* JAC. THOMASIVS *de plagio literario c. I. Theor. VII. p. 81 sq. & c. II. p. 248.* ANTON. BENTHEIM. *in sole trino praef.* JAC. PONTANVS *in Atticis Bellariis P. I. hist. XII. pag 34.* ELSWICH *de uaria fortuna Arist. apud Protest. p. 12. & sqq.* JOH. LAVNOJI *nouae editioni libri de uaria fortuna Aristot. apud Paris. praefixa;* CHRISTOPH. HENDREICH. *in pandectis Brandenburg. p. 239.* qui multa, sed confuse minusque accurate plurima, de eo cumulauit: TRIBBECHOVIVS *l. c. c. VI. p. 150. sq.* MORHOF. *in polyhistor. L. cit. p. 87.* Scripta tamen tanti uiri uariis locis anathematis fulmine uibrato confixisse male animatum Episcopum Parisiensem indignabundus refert THEOPH. RAYNAVDVS *de bonis & malis libris pag. 325.* Enimuero tantae aestimationis *Angelica haec summa* hodieque est, ut eam non modo graeci in sermonem suum transtulerint, uerum etiam Arabes ac Sinenses suo idiomate expressam legant, teste HORNIO *in hist. philos. Lib. VI. c. IV. pag. 299.* CHYTRAEVM de hoc etiam libro censentem audire est: Summa THOMAE prolixior est,“ & disputationibus scholasticis,“ quam erudiendis & excitandis ad“ ueram pietatem animis aptior,“ quam tamen suo tempore perlu-“ strare operae pretium est.“ *in Epistolis Han. 1614. ed. p 228.* Angelus illam de CLAVASIO Ord. Minor. Vicar. General. a patria CLAVASIO, ciuitate Liguriae, ita dictus, qui 1495. (perperam *in Lexico erudit.* MENCKENIANO assignatur annus 1496.) obiit, ex THOMAE potissimum operibus, nec tamen aliis plane neglectis, eo consilio conuasauit, ut locos communes decisorum ab illo casuum conscientiae, eorundemque indicem quasi quendam exhiberet, & in praefat.

ipsa Angelicam nominauit. De quo MORHOFIVS ibidem *pag. 106.* audiendus est: "Vtilissimus sane "liber est, ac operae pretium pro-"fecto faceret, quod (qui) his ad-"jiceret omnes THOMAE commen-"tatores, atque ex illis locos uni-"uersales casuales efficeret. Pro-"desse hic liber & Theologis & "JCtis potest. Ego, parum ab-est, quin credam, editionem me possidere primam *Norimb. 1488.* curatam. Hunc exceperunt *Venet. 1490. & 1495. in 8. Argentinensis 1502. in 4. Lugdun. 1534. 8.* quae *1543.* repetita est, posteaque plures; quas uide apud JOH. ALB. FABRICIVM *in opere de scriptor. eccles. in notis ad* TRITHEMIVM *n. DCCCXCV. p. 213.* qui de ipso etiam accurate egit *in* JOH. GOTTL. OLEARII *bibliotheca script. eccles. P. I. p. 55.* Conf. praeter LABBEVM, CAVEVM, OVDINVM &c. CONR. GESNER. *in biblioth. fol. 43. sq.* AVBERT. MIRAEVS *in auctar. script. eccles. n. DCLXXXII. p. 89. ed.* FABRIC. KOENIGIVS *in biblioth. p 195.* HOFMANN. *in lexico uniuersal. Vol. I. p. 119.* a Parisinis tamen olim jam theologis notatus fuit THOMAS, quod in scriptis suis ARISTOT. uerba frequentius usurparit uid. LAVNOJ. *loc. allegat. cap. X. pag. 213.* In transitu monere liceat, summistas a scholasticis differre; illos theologos practicos, hos uero theoreticos haberi, quod accurate monstrat GISB. VOETIVS *in disceptatione de lusu aleae a censuris uindicata Anacrisi I. pag. 10. & sqq.* qui uariorum simul summas casuisticas, stylo Romanae scholae ita dictas, indicat.

* *Durandus.* GVILIELMVM intellige, & ut ab aliis ejusdem nominis probe distinguas, speculatorem dictum. Episcopum uero circa annum 1260. Mimatensem, aut, quod aliis placet, Mynacensem u. VAL. FERD. DE GVDENVS *sylloge diplomatum I. p. 351.* Nomen inter JCtos seculi tertii decimi non postremum. Vir enim sua aetate fuit arte simul & marte clarissimus, quem Doctorem in Jure "peritissimum, & Eccles. obser-"uationis ualde studiosum, inge-"nio subtilem, & clarum eloquio" appellat TRITHEMIVS *de scriptor. eccles. n. CDXXXII. p. 120. ed.* FABRIC. JOHANN. SELDENO, at quanto uiro! Theologus sane & JCtus praestantissimus audit *Lib. II. de synedr. ueter. Ebraeor. cap. IV. §. IV. p. 94.*

nonicum: uel Institutiones Juris Canonici, a M. An-*

p. 94. ed. ult. Amstelod. 1679. in 4to. Plura de eo judicia collegit EYBENIVS *in Eponymolog. Crit. p. 299 sqq.* conf. inprimis AVB. MIRAEVS *in Auctario de scriptor. eccles. n. CDX. p. 76.* & praeter FICHARDVM *in uitis JCtorum recentiorum p. 406. edit. Hofmannianae Lipf. 1721. in 4to.* PANCIROLLVM *de clar. LL. interpretibus L. III. c. XIV. p. 330. sq.* qui fabulam de mira ejus ex amore in puellam nobilem morte refellit, BELLARMINVM, OVDINVM, OLEARIVM, aliosque de scriptoribus ecclesiasticis, uita ejus a SIM. MAJOLO, accurate & adhibitis auctoris ipsius scriptis uariisque monumentis ueteribus scripta & *Fani 1569.* edita. VALENTIN. FORSTERVS *in Histor. Jur. Rom. Helmst. 1609. in 8. Lib. III. c. XVIII. p. 626. sqq.* CHR. KORTHOLT. *in histor. eccles. P. XIV. Sect. I. c. IV. p. 566.* KOENIGIVS *in bibliotheca V. N. p. 265.* J. A. QVENSTAED. *in dialogo de patriis illustr. doctrina uirorum pag. 37.* NIC. STAPHORST. *in hist. ecclesiae Hamburg. diplomatica T. I. Vol. III. c. II. p. 181. Lexicon Eruditor.* MENCKENIAN. *T. I. p. 838.* & tandem, qui omnium copiosissime & more suo de eo egit JAC. QVELIF. *in scriptor. ordinis praedicat. T. I. p. 480. sqq.* Nihilominus tamen crebro & facili admodum prolapsione cum DVRANDO Juniore ejusdem nominis & sedis Episcopo confunditur. Rationale hoc in VIII. LL. distributum saepius prodiit, ut XIV. diuersas numeret diligentissimus CAVEVS *pag. 652.* editiones, quibus tamen aliquot QVELIF. addidit, & adhuc plures facile addi possent. Prima ejus editio *Mogunt. 1459. fol.* secundum opus omnium typis excusorum habetur u. MICH. MAITTAIRE *Annal. Typographici Vol. I. p. 35.* & JEAN DE LA CAILLE *Histoire de l' Imprimerie Par. 1689. L. I. p 11.* Liber est ad cognoscendos Ecclesiae Rom. ritus utilissimus. De uersione ejus in linguam germanicam MSta uid. cl. WILH. ERNEST. TENZELIVM *in monathlichen Unterredungen A. 1690. mens. Jun. pag. 585.* & NIC. PETR. SIBBERN *in erudito schediasmate de libris latinorum ecclesiasticis Viteb.* publicato *1706. in 8. p. 113.* Animi gratia DVRANDI subjicere epitaphium, quod TRIBBECHOVIVS *de doctorib. scholast. p. 151.* habet, non injucundum erit:

Durus Durandus jacet hoc sub marmore duro,
An sit Saluandus, ego nescio; neque quoque curo.

* *Jus Canonicum.* Notissimum est, agnosce, Lector, uerba Juris

Consultissimi D. THEOD. PAVLI, professoris in Alma Regiomontana celeberrimi, potissimam par- "tem Juris Caesarei Digesta con- "ficere, alteram Codicem, tertiam "Nouellas. Ad eundem modum "in Jure Canon. decretum ita se "habet, ut digesta, quia sicut haec "ueterum JCtorum responsa, ita "hic liber patrum dicta & conci- "liorum decreta continet. De- "cretales codicem repraesentant, "nempe quoad compilationem "GREGORII & rescripta pon- "tificum. Liber uero VI. & "CLEMENTINAE sunt quasi nouel- "lae & extrauagantes, sicut consue- "tudines feudales. Imo ne quid "deesset, jussu Pontificis PAVLI IV. "etiam institutiones sunt additae, "a JOH. PAVLO LANCELOTTO. Li- "ber VII. Decretalium, qui noui- "ter corpori canonico accessit, no- "toria confirmatione Papali non- "dum donatus est. *In tract. theoret. de ueris Juris & Jurisprud. principiis P. II. quaest. LI. p. 245.* Qui pleniorem notitiam Jur. Can. desiderat, adeat ALBERIC. GENTILIS *dissert. de libris Jur. Can. Hanou. 1605. in 8. ed.* CASPAR. ZIEGLERI *dissert. de origine & incrementis Jur. Can. notis & animaduersionibus ad* LANCELOTTI *institut.* praemissam; & qui fundum hunc plane exhausit GERHARD VON MASTRICHT, inclutus Duisbergensium JCtus, *in historia juris eccles. & pontif. doctissime scripta & cum praefat.* CHR. THOMASII *de neglectu studii Jur. Can.* recusa *Hal. 1719. in 8.* Add. D. JOH. JODOC. BECK. *in Prolegomenis Jur. uniuersal. Norimb. 1712. in 4to editis c. I. § X. p. 13. cap. III. §. XIX. p. 140. sqq.* & SAM. MARESIVS, theologus reformatus, *in sylloge disp. selectiorum P. II. pecul. dissertat. p. 344. sqq.* De auctoritate & utilitate ejus protestantes, quos uocant, JCtos non conuenire constat: Sunt inter ipsos R. Eccles. asseclas, qui rigidam in illud censuram exercent, ex quibus exempli loco prouocare liceat ad HENR. CORN. AGRIPPAM, cujus *de uanitate scientiar. c. XCII.* integrum de eo agit & lectu dignissimum est, & si ejus auctoritas suspecta sit, GVID. PANCIROLIVM *de cl. Legum interpret. L. III. c. II. p. 318.* conf. D. GVIL HENR. BRÜCKNER *pecul. dissert. de auctoritate Jur. Can. Jenae 1702.* hab. & JVST. HENN. BOEHMER. *de origine & apparatu Jur. Canon Hal. Sax. in 8uo.* Non autem sine omni penitus fructu illud uoluere posse V. D. M. rectissime OSIANDER censuit, qui consentientes habet B CALOVIVM *in systemat. T. I. qu XVI. p. 83* OLEARIVM *in methodo stud. theol. append. Sect.*

Sect. I. T. II. p. 199. JOH. GERHARDVM *in confess. cathol. L. I. P. II cap. XIV. p. 730.* & LVC. FRIED. REINHARTVM *in Gemmulis Theologic. Jur. Canon. Altorf. 1682. in 8. editis, in praef.* Ac primum non poenitebit B. D. GOD. WEGNERI *animaduersiones in Jus Canonicum loca S. Scripturae* allegata concernentes & *Regiomont. 1699.* editas consuluisse. Multa ad historiam ecclesiasticam facientia, non pauca etiam cum nostrae religionis hypothesibus aliquo modo conspirantia, in decreto inprimis GRATIANI offendes. Natus hinc est D. ANDREAE OSIANDRO nostri filio, Lutherana ex jure Canon. ac eruditioribus nonnullis auctoribus collecta confessio *Francof. 1610. in 12.* quem praeclarum libellum eruditionis & auctoritatis non uulgaris uocat BASIL. DE VARNA (ANDR. LIBAVIVS) *in Dialysi Colloqu. Ratisb. P. I. c. XIII. p. 81.* & ualde commendant ANDR. CAROLI *in memorab. Sec. XVII. Ecclesiast. L. I. c. LXVIII. p. 242.* atque D. JOH. FRIED. MAYER *in Kriegen des HErrn p. 918.* Idem saxum uoluerunt D. JOH. CHRISTOPH. PFAFIVS, theologus Tubingensium solide doctus & reapse major, quam ambitiosior, *in diss. dogmata protestantium ex Jure Canon. demonstrante Tub. 1712. in 4.* JCtus ANONYMVS *in Reformat. Pap.* a B. JOH. ARNDIO editus *Goslar. 1621. in 8.* (de quo rarissimo hodie libro uid. SCHÜZ. *in uita* CHYTRAEI *L. II. p. 378.*) & JOH. SAVBERTVS *in psychopharmac. p. 50.* INNOCENT. GENTILETTVS, JCtus Delphinus *in Apologia pro ecclesiis reformatis*, alii. Eum in finem ueteres editiones recentioribus splendidioribus, ac ad usum JCtorum magis apparatis praeferre licebit. Ipse editione utor Parisina literis Gothicis THIELMANNI KERNERI *1505. II. Tom. in forma 4. pagin. majori* exarata, quam magni facio & a reliquis excipiendam esse deprehendi, quas omnes deprauatas asserit Criticus acerrimus JOH DAVMIVS, praeter *Parisinam 1550. in 8uo majori* editam, quam reliquis omnibus praefert *in epistolis ad* HECKELIVM *Epist. IX. p. 14.* Patet hinc B. J. A. SCHMIDIVM *in introductionis in Hist. Eccl.* SAGITTAR. *continuatione Sect. II. c. I §. XXVII. p. 757.* errare, quod *tertiam* GRATIANI *editionem A. 1508. Parisiis* prodiisse, eamque primam nomen ipsius praeferre existimat; cum quartam potius illam esse, atque meam, quae tertia est, primam GRATIANI nomen prodere in propatulo sit.

*M. Anton.

M. Antonio Cuccho collectae, Coloniae apud Birckmannum impressae: Liber Missalis** aliquis antiquus: Ser-*

---

* *M. Anton. Cuccho.* Ex hoc auctore, quem theologiae cultori etiam commendat B. WEGNERVS *de ambitu theol.* §. *XXX. p.* 47. perperam D. BVRCH. GOTTH. STRVVIVS binos facit, omisso MARCI nomine in allegatione alterius. uid. *Bibliothec. Juridicam c. VI.* §. *XXXVIII. p. m. 143. & c. XIII.* §. *XV. pag. 415.* eumdemque in lapidem impegit *Lexicon Eruditor.* MENCKEN. *edit. nouissimae p.* 747. *T. I.* BERGOMAS autem & JCtus Jurisque Professor Parisiis & Romae suo tempore non incelebris fuit, de quo uid. KOENIGIVS *in biblioth. V. N. p.* 227. JOH. JAC. HOFMANN. *in lexico uniuersal. Vol. II. p.* 559. & qui prolixius de illo agit GERH. VAN MASTRICHT *in hist. Jur. Can.* §. *CCCLXXXIX. p* 422. qui SIMLERVM etiam emendat CVNCHIVS scribentem & cum A. CONTIO confundentem. Prim illarum editio est *Lugd.* 1565. *in* 12. Pastor noster, si OSIANDRO morem gerere uelit, licet commodiora nostro tempore compendia magna copia extare autumem, sibi editionem harum Institutionum Juris Canon. IV. libris comprehensarum eam comparabit, quae *Groeningae* 1660, *in* 4. *cum notis* SAM. MARESII, theologi Caluino-Reformati notissimi lucem uidit. Quodsi uero, cum majoribus operibus, saepe paradoxarum sententiarum plenis, uix opus habeat, JOHANN. BRVNNEMANNI saltem Jus Eccles. ex ed. SAM. STRYCKII *Francof.* 1686, *in* 4to. JVL. BERNH. A ROHR *Ober-Sächsisches Kirchen-Recht Francof. & Lipsi.* 1723. *in* 4to. JOH. denique SCHILTERI *institut. Jur. Canon. Jen.* 1699. & JVST. HENN. BOEHMERI SCHILTERVM illustratum *Halae* 1712. *in* 8. haud neglectis CASP. HENR. HORNII additamentis *Vit.* 1723. *in* 8. excusis, conferre placeat, melius omnino tempus operamque collocabit, & quae nostro seculo hoc etiam literarum genus incrementa ceperit, facile deprehendet.

** *Liber Missalis.* Saepenumero in iisdem latent sententiae pietatem ardoremque spiritus prodentes singularem, & a quibus nec Euangelicorum fides abhorreat. Vestigia etiam purioris antiquitatis in illis quaedam apparent, & priscae in sacris deuotionis, etsi sequiorum temporum formulis ritibusque fere obruta. Fuit olim HIER. WITTICHIVS, Vratisl. Antistes

Sermones discipuli.* *Libel-*

ſtes Bregenſis, uir pie doctus & optime de grege ſuo meritus, qui ſingulari ſtudio haec talia in uſum eccleſiae euangelicae ex aliquot hujusmodi libris ſelegit, & in germanicam linguam translata edidit; quae probe ſatis digeſta multis modis tamen augeri poſſent. Majus opus & perfectius aliquid in hoc genere parauit Hamburgi uir doctiſſimus, cujus plurima praeclarae induſtriae eruditionisque haud proletariae extant ſpecimina, DAN. SEVER. SCVLTETVS, ſed, morte ipſius praematura intercedente, amplius nihil ſperare licet. Quod tamen damnum reſarciri poteſt ex copiis eruditi Galli F. P. DE LA BARRE, *la doctrine des Proteſtans, ſur la liberté de lire l' ecriture &c. juſtifiée par le Miſſal Romain. a Geneue 1720. in 12.* integra libri elegantiſſimi *P. I.* Catalogum uariorum miſſalium dedit, etſi ualde imperfectum, NIC. PETR. SIBBERN *de libris eccleſ. latin. p. 104. ſqq.* Plures qui cognoſcere uelit, adeat *Catalogum Bibliothecae Duboiſianae P. I. p. 85. ſq. P. II. p. 153. ſq. & P. III. p. 328. ſqq.* Codicem hujusmodi elegantiſſime pictum & immanis pretii obſeruauit & deſcripſit MONCONYSIVS *in itinerario Anglico p. 554.* Speſtat eo Ceremoniale ac Pontificale Roman., ex quibus non pauca in rem proteſtantium uertit & peculiari libello excerpta edidit germanice WENZ. LINCKIVS *Argent. 1539. in 4.*

* *Sermones discipuli.* Verum auctoris nomen eſt: JOH. HEROLD. Ordin. Praedicat. S. Theol. Mag. Germanus fuit, qui ſub initium Sec. XV. uixit, & ſermones uarios de ſanctis, Promptuarium exemplorum aliaque plura ſcripſit. Aliquando nomen ejus etiam HERLOT ſcribitur. Accurate autem diſtingui debet ab alio JOH. HEROLDO, qui ob jus ciuitatis Baſil. acquiſitum ſe etiam BASILIVM JOH. HEROLDVM ſcripſit, multo juniore, de quo uid. CONR. GESNER. *in biblioth. p. 425.* MART. HANCKIVS *de Rom. rerum ſcriptor. L. II. P. I. c. XXVII. p. 142.* KOENIGIVS, qui ex uno duos facit *p. 398.* & BAYLE *in Dictionaire Critique T. II. p. 460.* qui noſtrum uocat: *un habile Theologien & un fort bon ſermonaire.* JOH. SIMMLER. *in biblioth.*, qui primus illud prodidit, *p. 382.* VINC. PLACCIVS *in theatro pſeudonym. n. DCCCXLI. p. 238.* J. HÜLSEMANN. *in Pentagono pag. 41. Sammlung von alten und neuen theolog. Sachen, An. 1724. P. V. p. 698.*

p. 698. Promptuarium exemplorum *discipuli* alterum illum librum ab ipso auctore, ex modestia, uocatum esse ex praef. ipsius patet. Hinc fortasse nomen discipuli adhaesit operi, & in memoria hominum, uero auctoris nomine paene obliterato, remansit. Ita enim uerba sonant *in praefat. ad Prompt. exemplorum:* "Intendo, diuina gra-"tia assistente, mihi in hoc uolu-"mine, quod promptuarium ex-"emplorum intitulatum, multa ex-"empla ex diuersis libris colligere, & in altera in promptuarium "de miraculis B. Mariae: ad ro-"borandas in ejus amorem fideli-"um mentes intendo ex diuersis "libris colligere opusculum, quod "nominari debeat promptuarium "discipuli, de miracul. B. Mariae "uirg. Aperte tandem in fine homiliarum dominicalium mentem suam prodit auctor: "Intitu-"lantur sermones discipuli, quod "in istis sermonibus non subtilia "per modum magistri, sed sim-"plicia per modum discipuli con-"scripsi & collegi. Quae ideo ad-"ducere placuit, ut ratio nominis "nondum, quod sciam, hactenus "a quoquam indicata, constet. Editiones ejus mihi innotuerunt uariae. Ipse primam possideo in fol. sine die & consule literis gothicis & plane incunabula typographiae prodentibus exscriptam. Successerunt *Basil. 1482. Lugd. 1492. in 4. Norimbergensis 1490. in fol. & 1514. Veneta 1595. in 4to. & Moguntina 1612.* ubi junctim opera ejus omnia *Vol. III. in 4to* prodierunt, & plures, quas allegant BEVGHEM *in incunab. typograph. pag. 72.* CAVEVS aut potius H. WHARTON. *in appendice hist. lit. script. eccles. p. 122.* Et scriptores Ord. Praed. infra citandi. Non pigrabor adscribere de eo uerba cl. KRIEGK. Rect. Ilefeld., quae uener. JOH. HENR. KINDERVATER *in Arcanis Biblioth. Blasian. n. CLVI. p. 32.* ubi de nostro etiam prolixius agit, recitat: *Belangend die Notice des Discipuli de tempore, so ist mir solche gemacht worden zu Jena von dem Herrn General-Superintend.* GOEZIO, *der in seinen Predigten dessen mehrmalen erwehnet; Diesen aber habe niemals gesehen, als in der Bibliotheque* DRANSFELDIANA, *darinn er mit Münchs Schrifften n. LXXXVII. fol. Norimb. 1502. sich befunden: und ohnerachtet ich ihn gerne behalten, hat ihn doch der Herr von Leibnitz gantz besonders ausersehen, dem ihn auch überlassen müssen. Er ist nur und curieux.* Omnium pleniſſimam hujus HEROLDI notitiam dederunt JAC. QVETIF. & JAC. ECHARD. *in*

uasto

Libellus de miraculis uirginis Mariae: Vitae patrum**, & si qua sunt hujus farinae. In ejusmodi autem auctoribus tanquam hospites*

---

uasto eruditoque de scriptoribus Ord. Praedicatorii opere T. I. p. 762. ubi aliquas aliorum de eo narrationes emendatas offendes. Nobis prima & ultima saltem uerba in nostras areolas deriuasse sufficiat: "J. H. TEVTO, ut plerique censent, "non aliunde fere nobis notus est, "quam ex ejus operibus, quae uirum pium, modestum, doctum "simul & animarum salutis auidum "praestant - - - - Ceterum etsi "doctrinam sanam semper proponat, quia fere ubique SS. patres & S. THOMAM DE AQVINO "adducit, iisque adhaeret, ita saepe ad historiolas digreditur inseptas & insulsas, ut risum seu stomachum potius excitent, quam "moueant ad pietatem. Excusari "tamen potest, quod eas non adinuenerit, sed ex CAESARIO similibusque auctoribus depromtas "seculi sui ruditati sese accommodans referat. Haec illi!

* *De miraculis uirg. Mariae.* Fortasse innuit eundem, cujus jam mentionem fecimus; cui addi possit LAVR. CHRYSOGONI *Mundus Marianus Aug. Vindel. 1712. in fol.* Maxime uero HYPPOLITI MARACCII *Bibliotheca Mariana Tom. II.* quae bis mille centenos ac denos scriptores huc spectantes recenset; & denique PAVLI DE BARRII *annus Marianus* ingeniose diligenterque elucubratus ab ADAMO SCHIRMBECK. *Monach. 1659. in 8.* qui ipse *P. I. c. II. p. 2. c. IX. p. 23. P. II. c. II. p. 46. sqq.* magno numero plures allegauit. Quodsi poetica magis allubescant: ANT. DE BALINGHEM *Parnassus Marianus Duac. 1624. in 12. ed.* Plura dabit quam desideres: lege, si uacat, & judica.

** *Vitae patrum.* HERIB. ROSWEIDI, JOH. BOLLANDI, GODOF. HENSCHENII, DAN. PAPEBROCHII, & sociorum acta sanctorum fortunam facultatesque V. D. Ministri superarant, nec opera illa uastissimae molis uoluendi otium suppetet. Sufficere ipsi poterit, etsi imperfectum minusque accuratum sit, *Lexicon sanctorum germanica lingua Colon. & Francof. (Lipsiam* intelliges) *1719. in 8.* editum. Majori etiam cum fructu & minori multo aere sibi comparare poterit *Antiquitates Patrum & Ecclesiasticas Viri* in his literis doctissimi GVIL. CAVEI *ex anglico germanice redditas Bremae*

hospites uersari aliquantisper, non commorari nos decet: ne multas bonas horas perdamus. Hunc tamen usum habet eorum lectio, ut agnoscamus, in quantis tenebris majores nostri fuerint, (quia

---

1701. in 4. Opus utilissimum & quod accuratione, doctrinaeque ubertate & rerum uariarum eleganti collectione simile uix habet. Recte autem omnino nostrum uitas etiam patrum legi dignas censuisse, confirmat judicium B. LVTHERI, quo suasore GEORG. MAJOR olim uitas patrum, ipsius etiam praefatione lectu dignissima munitas, repurgauit, ediditque in usum, ut habet titulus, Ministrorum uerbi, quoad ejus fieri potuit, repurgatas. *Vitemb. 1544. in 8uo.* "Impuli, ait B. Vir ibidem, & uix "perpuli precibus D. G. MAJO"REM, ut hoc onus seligendi & "purgandi omnia susciperet, haud "dubie molestissimum. Sunt e"nim in eo libro, ut & in HIE"RONYMO multa egregie dicta & "facta, quae ut fragmenta euan"gelicae mensae colligere opor"tet, & non abjicere cum istis "sordibus, quas alii imprudentes "miscuerunt, uelut illae dirae "uolucres apud VERGILIVM, da"pes Aeneae faedauerunt. Vitas illas germanice redditas duplo auxit & multis assumentis non usque quaque optimis stipatas recudi fecit notissimus ille GOD. ARNOLDVS *Hal. 1700. in 4.* ubi *in praef. de uariis libri editionibus & uersionibus* etiam differit. Accessere postea ad pertexendam nostra usque tempora telam ipsius studio & opera *uitae credentium* germanica lingua *ibid. 1701. in 4.* editae, in quibus, si tres quatuorue excipias, Enthusiastarum fanaticorumque ac mysticorum historias fabulis, inspirationibus, ecstasibus, aliisque absurdis saepe, saepe heterodoxis hypothesibus turgentes longa serie nectit, & incautis lectoribus, mellitis uerbosae pietatis globulis adspersis, propinat. Concinne olim etiam HERM. BONNVS, Antistes Lubec., *libellum uariorum exemplorum partim ex hist. eccles., partim ex uitis PP.* collectum (*Francofurti ad Moen.* una cum aliis quibusdam edit. *1549. in 8.* habeo) qui, ut sunt omnium rerum initia tenuia & imperfecta, exiguae molis, nec tamen penitus, ob multa bonae frugis exempla, spernendus est, & exemplo MAJORIS excitatus esse uide-

(quia Theologiae Philosophiam male admiscuerunt, & ex duobus integris unum corruptum effecerunt) & ut DEO pro Euangelii luce gratias agamus. Deinde, ut possimus ostendere, quod justissimas causas habuerimus, cur a P. erroribus, & cultibus discesserimus. Multi enim scriptores & disputatores (quos errorum suorum pudet, non autem poenitet) hodie talia perfricta fronte audacter negant: quos ex ipsorum antiquioribus libris conuincere oportet. Sed & quaedam utilia habent, quae cognitu non erunt injucunda, si ex spinis multis interdum rosam excerpere nouerimus.

Nihil

---

uidetur. Imo uero, simile quid molitus est BONNVM, ut ipse fatetur *in dedicat. ad* LVTHERVM, aemulatus & crebris LVTHERI uotis, ut tale quippiam daretur, incitatus eodem fere tempore, GEORG. SPALATINVS libello, quo "magnifica, ut in fronte loqui-"tur, consolatoria exempla & sen-"tentias ex uitis & passionibus san-"ctorum & aliorum summorum "uirorum, complectitur *Vineb. 1544. in 8.* quem etiam luculenta succique boni ac spiritus diuinioris plena ornauit praefatione LVTHERVS: Ego autem ualde rarum, nec G. ARNOLDO, auido hujusmodi scriptorum helluoni, usum existimo. Hunc in modum LVTHERVS statim ab initio praefatur: "Placet "mihi institutum tuum, mi SPALA-"TINE, nec dubito, quin Deo ipsi placeat & omnibus, qui Deum" quaerunt, quo collegisti sancto-" rum DEI dicta & facta puriora." Pertinent enim haec ipsa non so-" lum ad obstruendum os loquen-" tium iniqua contra nos, & ob-" trectantium nobis, quasi nouas" haereses, uel ubi mitius uolunt" loqui uideri, nouas opiniones &" dogmata seramus. Verum et-" iam ad confirmandas nostras con-" scientias, tot testimoniorum &" exemplorum ueterum nube, eru-" ditas, qui eadem nobiscum sen-" serunt, dixerunt, fecerunt & tu-" lerunt." Et ita porro: Addo spiritu ARNOLDINO inebriatum, sed minori eruditionis subsidiorumque apparatu instructum JOH. OTTON. GLVSINGIVM *An. 1720. in 8.* sine loci mentione publicasse librum: *Den ersten Tempel GOttes* dictum,

Nihil Theologo obfuerit, etiamsi Institutiones Justiniani (Juris ciuilis compendium) una cum affixis Regulis Juris, semel percurrat, non ut Jurisconsultus fiat, aut causas agendas suscipiat:*

---

dictum, III. partibus constantem, quo sine judicio & selectu uitas patrum, sed uix aliorum, quam eremitarum & mysticorum, matronarum deuotarum ac maximam partem fanaticarum, martyrumque corrasit, & fulciendis enthusiasticis separatisticisque opinionibus accommodauit, multa etiam ab ARNOLDO jam allata recoxit, denuoque fastidioso lectori obtrusit.

* *Institutiones Justiniani.* Has scilicet, ut differtissimi FACCIOLATI "uerba mea faciam, percurrimus, "non tractamus, nec uero per"curreremus, nisi rebus grauiori"bus conjuncta essent, uetustaque & exquisita eruditione re"dundarent. *Praef. diss. XIII. ad instit.* JUSTIN. *p. 371.* Et sunt omnino in theologia cum thetica, tum polemica, quae ex JCtorum penu ipsorumque formulis u. gr. de justificatione, satisfactione, acceptilatione, foederibus, de jure puniendi, de dominio, de seruis, usuris, de mutuo & commodato, de contractibus innominatis, natura feudorum &c. hausta sunt. Ipsam Jurisprudentiam etiam cum theologia egregie confert illustris G. GVIL. LEIBNIZIVS *in noua methodo discendae docendaeque jurisprudentiae P. spec. §. V. p 37.* qui inter anecdota J. G. DORSCHEI posthumum opus jurisprudentiae theologicae laudat *p. 39.* conf. TOVLLIERII *oratio inauguralis de nexu inter theologiam & jurisprudentiam Groeningae A. 1717. ed.* Eo tendunt B. AVGVST. PFEIFFERI *theologia juridica catechetica*, opusculum *VIII. homiliis* constans, & posthumum *Lub. 1700. in 8.* editum: ejusdemque *actio rei amotae*, ob subtractum Laicis calicem. *Lipsi. 1685. in 4.* Integrum uero systema theologiae Positiuo-polemicae sub titulo: *Theologiae testamentariae* exhibuit CASP. EXNERVS V. D. M. apud Germano-Ossigienses *in Lusatia Lipsi. & Francof 1698. in 4.* quam ob eruditionem uariam usumque apud politicos insignem praefixa commendauit *epistola* B. VAL. AEBERTI. Nec contemnendum specimen dedit SCIPIO Gentilis JCtus cl. *in commentario posthumo in epist. ad Philemonem*

at: hoc enim ab ipsius officio alienissimum est: sed ut terminorum juris & communissimarum regularum non sit plane ignarus.

Magis

---

monem Norimb. 1618. in 4to edit. & postea *Tom. V. bibl. critic. ed. Francofurt.* inserto, quo in articulum *de justificatione uerbaque Paulina sententiis Juris Ciuilis* egregie illustrauit. Junctim etiam prodierunt sub titulo: *Processus Juris Jocoserius*, BARTHOLI A SAXO *fernato Processus Satanae contra D. Virginem coram judice JESU*, in quo tamen A. C. addictus lector non raro offendet, & JAC. DEANCHARANO *processus Luciferi contra Jesum, coram judice Salomone*, ubi inter judices Christo datos ARISTOTELEM & OCTAVIANVM AVGVSTVM ethnicos, considere dubio procul miraberis, cum *commentariis* JAC. AYRERI *Hanou. 1611. in 8.* quem L. paucis uisum inter rariores supellectilis meae refero, & ex quo germanice editus, nec uulgo ignotus processus AYRERI translatus auctusque hujus commentariis est. At uero dissimulare nolim jocos hic fere intempestiuos, in re nimis seria mihi parum arridere, ut malam me apud lectores gratiam haud inituram confidam, uerba sententiamque JOH. DECKHERI, JCti & Camerae Imper. Aduocati, ea de re exscribendo: AYRERIANA, si in alia „ non adeo scandalose elaborata „ materia, quae in effectu DEUM „ Christum risui habet, & Apostolos impostura arguit, exercita „ fuisset, laudatissima practica dili„ gentia: Nescio, an a diabolo di„ gnis muneribus pensata; nisi „ quod uirorum fide dignorum e„ nunciata extent: Actorem au„ thori, ultimis uitae animaeque „ curis, inter tristissimas praeteri„ torum memorias excessui sui in„ dolenti, fidelis patrocinii grati„ am cum hoc elogio reddidisse: „ Ipsum, ut Aduocatum causam „ clientis strenue egisse, oppositas „ Christo & Apostolis exceptiones, „ sibi ipsi, si lis instruenda fuisset, „ pudendas; usurpatas & passim „ artes destruendae aduersae parti, „ sibi incognitas; rem cum ipso „ sibi inposterum nullam futuram; „ gratiisque actis utrinque discessum.“ *De script. adespot. Sect. VII. pag. 32.* Neque uero inuentionis hujus, si qua est, gloriam AYRERVS sibi tribuere potest. Primi enim jam aliquot ante secula auctoris nomen detegit VAL. FERD. DE GVDENVS *in sylloge diplomat. I. pag. 350.*

Adhaec

Magis autem Ecclesiae Ministro profuerit, si interdum in Medi-

Adhaec plurimis nostratium non nisi solo nomine nota est *theologia juridica* MAXIMIL. SANDAEI, e soc. Jesu theologi eruditae industriae multaeque lectionis laude clarissimi *Mogunt. 1629. in 4. majori* edita, qua concionibus moralibus, s. ut ipse appellat, commentationibus libris materiam de contractibus ex Jure Pontificio & Caesareo Pericopis Euangeliorum Dominic. accommodat, & ex sanctis patribus, philologis atque humaniori literatura etiam egregia multa adfert & in religionis suae usum conuertit. Nos autem commendamus inprimis *Postillam theologo - juridico - politico - philologicam* a GEORG. CHRISTOPH. WALTHERO, JCto & Reipubl. Rotenburgic. Consiliario inchoatam & a M. O. T. PP. quibus literis OTTONEM THABOREM indicari, ignota manus meo adscripsit exemplo; uerum clar. SIGISM. JAC. APINVS *in uitis philosophorum Altorff. Abdiae Trev.* adscribit *p. 163.* absolutam *Norimberg. in 8. II. partibus* constantem, in qua penu rerum optimarum eruditionisque uariae exhibetur, & quaestiones theologicae complures ex philologia & juris utriusque placitis solide resoluuntur, doctissimeque illustrantur. Quare, ut diurna nocturnaque manu uersent cum Theologi tum JCti, serio hortor ac moneo: nec impensae lectioni operis multijuga eruditione referti quemquam poenitebit. Quod si uero ex juris ciuilis pharetra contra aduersarios suae fidei tela petere quis uelit, obtusa & leuia illa esse omnino oportet. Fidem dictis facient D. JOH. BAPT. FICKLERVS *in Theologia*, quam uocat, *Juridica, Dilng. 1575. in 8uo.* qui magno feruore, sed minori successu, suam ex legibus & edictis Imperatorum confirmare, nostram uero religionem reuellere nititur: & JOH. PAVL. WINDECKIVS *in Theologia JCtorum*, in qua leges JVSTINIANI, & aliorum sacras in sensum contrarium aduersus A. C. Socios omni opera flectit ac detorquet. uid. quid de eo judicat consultissimus HAHN. ad WESENBECII *Paratitla de J. & J. p. 391. editionem Institutionum Justiniani* commodam seligere minister uerbi in suos sibi usus facile poterit. uid. praeter *bibliothecas* LIPENII STRUVIIQVE *Juridicas* D. JOH. JOD. BECKII *Prolegomena*

Medicorum scripta digrediatur: non quidem, ut Medicinam faciat aut profiteatur: sed ut ualetudinem suam, & familiae, facilius tueri queat, & ut in casibus necessitatis, in morbis praesertim*

---

mena juris uniuersi c. I. §. XX. p. 43. sqq. ubi de plerisque accuratum fert judicium.

**In Medicorum.* Plures, neque minus graues, sunt rationes, ac auctor noster affert, quae studium medicum cum theologico conjungi jubent. Longe enim plurima in S. codice occurrunt, quae sine aliquali rei medicae cognitione uel satis intelligi, uel accurate exponi nequeunt. Felicissimus ille ingeniorum artiumque formator MELANCHTHON utile esse, ut medicum studium conjungatur cum theologico, jam olim censuit. uid. FABRICII *biblioth. propriae, Vol. V. p. 118.* Et in uulgus noti sunt THOMAE BARTHOLINI & CHRIST. WARREIZII *de morbis biblicis commentarii*, quorum ille additis etiam paralyticis Nou. Test. a TH. CREENIO *fasciculo V. diss. philol.* insertus, & saepe alias prelum fatigauit; hic uero prauam maxime diaetam animique affectus respiciens, *Viteb. 1714. in 8.* prodiit. Seorsim quoque *senium Salomoneum ex Medicorum praeceptis* descripsit ibid. editum; quibuscum conjungi possunt GVIL. ADERVS *de aegrotis & morbis in euangeliis Tom. II. biblior. crit. Lond.* insertus & D. J. CHRIST. GOTTLIEB TROPPANNEGRI *differt.* sub praesidio HOFMANNIANO *Halae 1718.* hab. *de Diaetetica S. Scripturae Medicina.* Vt non immerito Medicorum *in scripturam sacram merita peculiari commentatione* celebrauerit clar. VAN SEELEN *Lub. 1719. in 4.* BARTHOLINVM quidem reliquis ob solidam philologiae medicaeque artis cognitionem, & non uulgare, quod adhibuit, judicium praeferendum esse, nemo facile dubitabit: Fundum tamen hunc nondum exhaustum, nec pro dignitate materiae sufficientem eruditionis apparatum, debitamque diligentiam uiros clar. ei illustrandae impendisse, &, quod majus est, recentiorum hypotheses, quorum industria rei medicae ingens incrementum dedit, ab illis ne quidem conferri potuisse, nec eos aliquando uoluisse doleo. Quae enim a JOH. JAC. BAYERI, Prof. Med. in Acad. Altorfina incluti manu, *de rebus S. Scripturae medicis* expectamus, lucem publicam non-

sertim acutis, qui inducias dare non solent (cum nec Medici consilium, nec Pharmacopolae auxilium haberi potest) aliquid remedii sibi & suis adhibere possit. Vt autem aliquem in Medicina

dum uiderunt. Interim ad supplendum hunc defectum non pauca habet illustris G. Wolfg. Wedelius *in exercitationibus suis medico-philologicis Jenae* diuerso tempore in lucem emissis, docta limata, curiosa, ut sunt uiri summi omnia, qui fortasse etiam omnium maxime aliquid perfecti absolutique in hoc doctrinae genere proferre potuisset, si animum eo uertisset serio, & neruos intendisset. Haud raro etiam ipsa theologia, uel ad artis salutaris methodum disponi, uel similibus ex ejus penu depromptis illustrari non infelici successu posse uidetur, si modo a Paracelsi, Weigelii, Böhmii, Franckenbergii, aliorumque fanatica medicinae cum theologia commixtione, & hujus per illam corruptione sedulo nobis caueamus. Vt promissam & latentem adhuc *medicinam theologicam* Mich. Alberti, Med. Professoris in academia Halensi eruditissimi, fileam: Excitandi hic iterum sunt ex nostratibus Avgvst. Pfeifferus, & inter R. Catholicos Maximil. Sandaevs. Illius enim habemus *theologiam medicam catecheticam* majori diligentia praejuridica elaboratam & *Lubec. 1693. in 8. ed.* Hujus uero theologiam medicam, *commentationes de medicis, morbis & medicinis euangelicis*, ut loquitur, *uarias III. lib.* complexam, *Col. Agripp 1637. in 4.* quae, si hypotheses religioni ipsius proprias excipias, ob uarias doctas ingeniosasque meditationes, multijugae eruditionis sesamo conditas, non displicebunt. Spectat huc aliquo modo Car. Scribanii, e S. J. scriptoris notissimi, *medicus religiosus. Lugd. 1619. in 12.* excusus, qui titulus, non inspecto libro ipso, multos, de medici christiani officiis eo agi praesumentes, decepit: non enim nisi de animarum morbis & curationibus, habito etiam cumprimis ad S. ordinis homines respectu, auctor agere instituit. Ingeniose etiam *Institutiones Pastorales ad Methodi medicae leges* tradidit D. Joh. Mich. Langivs, theologus tum adhuc Altorfinus, *Nor. 1707. in 8.* quas tamen aliquot locis mysticis fanaticisque sententiis commaculatas deprehendi, quae

piis

cina discursum habere possimus, ad id conducet, legere Metho-
dum

piis ueritatis amatoribus offendiculo esse queant. Qua ratione medicina DEUM doceat & ad Deum ducat *discursu medico-theosoph.* exposuit L. THEOD. VAL. KRAMER *Lipsi. 1710. in 8.* & adeo mendose negligenterque exscripto, ut uoces & lineae non tantum corruptae, omissae, sed integrae etiam paginae trajectae sint. Hinc factum est, ut nexum affinitatemque singularem theologiae cum arte medica intercedere dudum a uiris doctissimis obseruatum sit. Integra, ut de KEPLERI *medicina cum theologia comparata* nihil dicam, prostat *dissertatio* MAEVII VOLSCHOVII, theologi Gryphswald. suo tempore principis, *medicae artis cum S. theologia concentum* ostendens. *1641. ed.* Idem egregie demonstrant JOH. GERHARDVS *in praef. medit. sacr.* J. C. DANNHAVER *in theolog. conscient. Tom. I. P. I. Sect. II. pag. 77. sqq.* ABR. CALOVIVS *in praefat. Tom. VII. System. Theol.* THOM. BARTHOLINVS *pecul. orat. in uol. oration. uarii argumenti n. VIII. p. 39. sqq.* Non pauci etiam ipso opere theologiae studia cum medicae artis, siue scientia, siue praxi jungere contenderunt, ut de *medicis sanctis* CARPZOVII Jun. *dissert. a. 1709.* hab. sileam, non paucos collegit medicos theologos D. CHRIST. POLYC. LEPORIN *in uitis eruditorum german. Sec. XVIII. P. III. pag. 222. sqq.* §. *V. p. 454. sq.* Et qui catalogum eorum inseruit, sed ualde imperfectum, & qui uel quadruplo augeri leui opera posset, J. GEORG. MEINTEL *Theologo Philiatro Norimb. 1717. in 8. ed. c. III. integro p. 39 sqq.* Is ipse non tantum ad omnes theologiae partes illustrandas facere medicinam, (de quo, uide sis, doctissimum GARETIVM *in erudita de nacuis medicorum theolog. dissert. p. 2.*) sed etiam a theologo, in pagis maxime, exerceri posse & debere contendit. *cap. I. §. XII. p. 13.* quae OSIANDRI hic sententia est, eam, licet aliter cautum sit *Jur. Can.* uid. BOEHM. *Jus Eccles. Lib. III. Tit. L. §. XVI. p. 1074.* & ANG. MARIA VERRICELLVS, Can. Reg. & J. V. D. *in opere de apostolicis missionibus Venet. 1656. in fol. ed. & longe rarissimo Tit. IV. qu. XCVIII. §. XXX. pag. 257. sqq.* nostratium tuentur plurimi: u. gr. MELCH. SYLV. ECCARDVS *in pastore conscientioso class III. qu. VII. p. 264.* G.

dum uel Institutionem Leonhardi Fuchsii, Aphorismos Hippocratis,*

WEGNERVS *de ambitu theol.* §. *LIII. p. 47. sqq.* J. FECHT *in instruct. pastoral. p. 211.* PRÜCKNER. *in Manuali mille quaest. cent. IV. p. 190.* DEDEKENN. *in consil. theol. continuat. P. II. p. 604.* J. AD. OSIANDER *in theolog. casual. P. V. cap. II. p. 554. sqq.* JOH. MEHLFÜHRER *in uindiciis euangelic. dec. VI. disp. II.* §. *XCIII. p. 47.* CASP. ZIEGLERVS *de Diaconis uet. eccles. pag. 226.* JVL. BERNH. VON ROHR *in Ober-Sächsischen Kirchen-Recht L. II. c. I.* §. *XIX. p. 314.* Conf. LE PRETRE *Medicin de* MR. AIGNAN. *Paris 1696. in 8uo.* qui adductis rationibus patrumque auctoritatibus erudite diligenterque causam suam tuetur, Auctor ANONYMVS schediasmatis germanici: *Unmasgebliche Gedancken über die Frage: Ob ein Prediger auch der Cur des Leibes sich bey erfordernder Noth mit anzunehmen habe? 1726. in 4. Annal. acad. Juliae Semestri IV. pag. 106.* & MART. SCHOOCKIVS *in exercitat. uariis Traj. ad Rhen. 1663. ed. diss. XIX. p. 271. sqq.* In contrarium tamen abire uidentur ANDR. KESLERVS *in theologia casuum conscient. c. XXXVI. p. 161.* MICH. WALTHER. *in centur. miscell. cap. XVIII. qu. XXIX. p. 277.* Celeberr. Dom. D. GOEZIVS *in Meletematibus Annaeberg. pag. 433. sq. de Theologis Pseudomedicis*, quem cum reliquis non infeliciter conciliare studuit eminentis doctrinae & stupendae lectionis polyhistor J. A. FABRICIVS *in biblioth. graecae Vol. XII. L. VI. p. 740.* qui aliorum calculum plena manu adjecit.

* *Leonh. Fuchsii.* Substituere fortassis huic nostra tempora jubent, uel JOH. HELFR. JÜNCKENS *sichern und sorgfältigen Leib-Artzt ed. III. Francof. & Lips. 1702. in 8.* uel HENR. CASP. ABELII *Leib-Medicum der Studenten edit. ultimae Lipsiae 1720. in 8.* qui tamen artis suae doctoribus se non magnopere probauit, uel THEOD. ZWINGERI *sichern und geschwinden Artzt. Basil. 1703. in 8. ed.* uel potius iis, qui solidiora amant D. CHRIST. WEISBACHII, qui *Stahlianam medendi methodum* pressius sequitur, *wahrhaffte und gründliche Cur aller Kranckheiten Argent. 1712. in 8.* uel denique D. CHRIST. VATERI *institutiones medicas succinctis aphorismis comprehensas & experimentis diuersi generis illustratas Viteb. 1722. in 4.* Suo tamen loco & tempore noster merito L. FVCHSII, D. & Prof. publ., *operam* commendauit, quem

quem graece latineque doctissimum primum GALENI fere in germania interpretem publicum, & CAROLO V. Imp. summisque Principibus charum, Germania olim impense coluit & celebrauit. uid REIMANN *Einleitung zur Histor. liter. der Teutschen P. III. c. IV. qu. CLVII p. 549.* Integra Medici hujus opera prodierunt *Tom. III. in fol. Francof. ad M. 1566.* Ejusdem *historiam stirpium* contemnit quidem Jos. SCALIGER, patrem tamen a simili labore, illo accepto, absterritum esse fatetur. *In Scaligerian. edit. Colon. 1695. p. 160.* Aegineta germanus audit, quod parens & restitutor rei anatomicae inter ciues suos fuerit teste R. GOCLENIO *in Lexico Philos. p. 388.* Litem ejus, quam CORNARIO ob uersionem HIPPOCRATIS intentauit, jucundum legere est apud BAILLETVM *Jugemens des scauans Tom. III. art. DCCCXLIII. pag. 403.* Vitam uiri dedit GEORG. HIZLERVS *in pecul. orat. Tubing. 1566. in 4. ed.* qua usus est MELCH. ADAMI *in uitis Medic. german. p. 76.* conf. ut HOFFMANN. atque *Lexicon Erudit.* MENCKENIANVM taceam, FREHERVS *in Theatro erudit. uiror. P. III. p. 1257.* REVSNER. *in imagin. german. illustr. lit. T.* JOH. SIMLERVS *in biblioth. Gesn. Epit. p. 450. sqq.* JOH. KLEFECKERVS *in biblioth. erudit. praecoc. p. 97.* JOH ANTON. VAN DER LINDEN *de scriptis medicis L. I. p. 421. sq.* J. G. ZEIDLERVS *in theatr. erud. p. 39.* KOENIG. *in biblioth. pag. 321.* ANT. TEISSIER *les eloges des hommes sauans P. I. p. 309. sq.* & *in nouuelles additions aux eloges des hommes sau. P. III. p. 181. sq.* ubi de his *institut. medicis*, quae *Lugd. 1555. in 8. Basil. 1572.* & fortasse alibi etiam prodierunt, inter alia: Ses Instructi-“ ons de Medecine ont eté si bien“ reçues du public, que de son ui-“ uant on en auoit déja fait six e-“ ditions La Sixieme chez Opo-“ rin à Bale est la plus parfaite, l’“ auteur ayant dit luy-même dans“ son Epitre dedicatorie a Lovis“ GREMPIVS: Hanc mearum insti-“ tutionum editionem a me accu-“ rata opera ita adornatam, ut in“ ea nihil desiderari possit.“ Summus uero hic suo tempore medicus, ad cujus nomen, cum audirent, studiosi in academiis exteris surgere uenerabundi solebant, aliquando tamen filiolae digitum cultro laesum obligare nesciens, Chirurgi operam implorare coactus fuit. uid. JOACH. FELLERI *Cygnos quasimodogenitos Lit. D. 3.*

tis, & si quae sunt similia, quae partes humani corporis, morbos,*

**Hippocratis.* Ejus Aphorismi ex editione latina commodeque disposita celeb. G. W. WEDELII *Jen. in 12.* procurata, uel ex graeco-latina, & cum *commentar.* J. C. DIETERICI *Gieff. 1656. in 4.* promulgata, legisse fortassis sufficiet. Integra quidem opera ex optima edit. JOH. ANT. VAN DER LINDEN *graece & lat. Lugd. B. in 8. II. Vol.* ornamentum bibliothecae medici erunt; Theologus autem alia habet, quae sibi comparet magis necessaria. Noli autem, bone Lector, mirari, quod prisci hujus Medici libellum noster commendat, medicorum omnium citra controuersiam summum LEONH. FVCHSIVS *L. I. Instit. Med. Sect. I. c. X.* olim praedicauit, & adhuc uenerantur, cum incomparabili & nostrae aetatis HIPPOCRATE J. E. STAHLIO, plurimi. Neque nostro tempore facile aliquis erit, qui MICH. NEANDRO ualde irascatur scribenti: "HIP Cous fuit, medicorum ue-"tustissimus & coriphaeus medi-"corum, & philosophorum pri-"mus, qui primus naturae opera "cognouit; cujus libros studiosi "exosculantur, tanquam oracula "diuina, non autem humanae uocis uerba. *P. I. Oper. Aurei p 367.*" etsi postrema haec uerba hyperbolen aliquam sapere uideantur. Longe tamen in laudando Coo sene NEANDRVM superat, & modum omnino excedit, qui mediocritatem animi ipsa dictionis humilitate alias exprimere solet, MELANCHTHON, quem uel animi gratia perorantem audire lubet: Quoniam perfectae atque heroi-" cae uirtutes existere non pos-" sunt, sine aliquo diuino afflatu," ut conuenit inter omnes doctos" & prudentes, non possum hoc" loco praeterire, quod uerissi-" mum esse res loquitur ipsa a Diis" ortum esse Hyppocratem, h. e." peculiari quadam & heroica ui" diuinitus ad hanc infinitam natu-" rarum uarietatem cognoscendam" patefaciendamque excitatum es-" se: aut, si hoc magis placet," quemadmodum de HOMERO ue-" rissime dicunt; fuisse eum" non hominem, sed Deum quen-" dam in terras missum ex supe-" rum concilio, ut hoc diuinum" carmen ad homines perferret:" ita uideri potest HIPPOCRA-" TES, non tam homo, quam Deus" quisquam missus in terras ad o-"

"sten-

bos, & morborum cauſas, & praecipua remedia oſtendunt. Profuerit

"ſtendendam medendi artem ſalu-
"tis hominum cauſa. *In orat. de*
"HIPPOCRATIS *uita Tom. II. Decla-*
"*mat. p 374.* ubi ejus generis plu-
"ra legi poſſunt. Transferri huc
debent, quae *de Aphoriſmis laudatis* habet PHILIPPVS: "PLATO ait,
"ueteribus hunc morem fuiſſe, bre-
"uibus quibusdam ſententiis, tan-
"quam oraculis, tradere ſuam phi-
"loſophiam. Ideo uidetur & HIP-
"POCRATES hac uſus eſſe breuita-
"te, in qua tamen tanta eſt rerum
"copia, ut appareat, eum & ad-
"ſpexiſſe animo uniuerſam rerum
"naturam, & omnes phyſicae par-
"tes complecti uoluiſſe. Quic-
"quid enim de corporum naturis,
"de morborum cauſis, de ſignis,
"de ſymptomatibus, de remediis
"reliqui philoſophantur, qui in-
"gentia uolumina reliquerunt, id
"quaſi praemonſtrant HIPPOCRAT.
"ſententiae, quas quidem quoties
"lego, mirabiliter afficior, cum
"illam & doctrinae uarietatem &
"ſapientiae magnitudinem apud
"me conſidero. *pag. 378.* Quae
calculo ſuo uir quidam doctus, &
procul dubio artis ſalutaris apud
Lipſienſes Doctor noſtro confir-
mare aeuo nil dubitauit: "Quem-
admodum HIPPOCR. ſumma ſem-"
per apud medicorum filios fuit"
auctoritas: ita inter opera, quae"
poſteritati reliquit, Aphoriſmi"
maxime aurei ſane illi, rotundi"
& ab omnibus medicae artis cul-"
toribus memoriae merito impri-"
mendi, ſolent commendari *in a-*"
ctis eruditor. Lipſ. A. 1684. pag. 429."
adde, quae cum ueterum tum re-
centiorum ſimilia, & majora etiam
encomia collegerunt TH. POPE-
BLOVNT *in cenſura celebr. auct. p. 7.*
ſq. MAGIRVS *in Eponymol. crit. p.*
443. ſqq. uel qui horum ſcrinia
expilauit BENJ. HEDERICH *in no-*
titia auctor. antiqu. P. I. n. LXVIII.
p. 147. Judicia ſcholae MELANCHTH.
p. 373 ſq. RODER. A CASTRO *in me-*
dico politico Hamburg. 1614. in 4. ed.
L. II. cap. VI. p. 75. ubi inter alia
uerax, probus, magnus, omnium"
Philoſophorum & Medicorum"
princeps, magiſter, diligentiſſi-"
mus, nobiliſſimus, dux & auctor"
omnium diſciplinarum, maxime"
admirandus, diuinus, ſenex ue-"
nerandus, uir, qui nihil fruſtra"
unquam dixit aut ſcripſit &c."
audit. conf. *c. IX. p. 84. ſq.* & qui
cum cura de HIPPOCRATE, & ejus
in rem medicam meritis egit AND.

OTTO

fuerit legere breuem libellum Jacobi Syluii de curatione internorum*

OTTO GOELICKE *in histor. medicin. uniuers. per. VI. integm Francof. ad Viadr. 1719. in 8. ed.* Multos tamen fore ex V. D. Ministris, qui OSIANDRI consilio hac in parte obsecundare uelint, despero. Neque dissimulare possum, aphorismos tantopere laudatos J. G. Vossio ab ipso HIPPOCRATE scriptos haud uideri, sed ab alio ex uariis HIPPOCRATIS operibus bono judicio excerptos. *in libris de philosophia p. 83.* imo uero fuisse, qui eos plane in dubium uocauerit, & falsitatis accusauerit, stomachosius conqueritur BERNH. LANGWEDEL Medicus ex thesauro HIPPOCRATIS *Hamburg.* notissimus *in epistolis* LOSSIANIS ab A. H. LACKMANNO *publicatis ep. CLXVII. pag. 348.* cui in defensione illorum adstipulatur TH. BARTHOLINVS *in epp. medicis cent. III. epist. IV. pag. 16.* & *cent. IV. epist. XCV. p. 549. sqq.* legi autem omnia, quae de illis, illorumque pretio, aduersariis, editionibus desideres, possunt apud J. ALB. FABRICIVM *Vol. I. L. II. biblioth. graecae c. XXIV.* quod totum HIPPOCRATI impendit, *p. 847. sq.* cujus stupenda diligentia aliis parum aut nihil fecit reliqui.

* *Jacobi Syluii.* Etiam hic magni nominis Medicus superiori seculo & publicus Anatomiae Profess. Parisiis fuit, cujus opera in *VI. Tom.* distributa *Coloniae 1630. in fol.* prodierunt, *Auctoris uita, icone, & praestantissimorum uirorum elogiis* praefixis. Singula, quae in iis continentur, recenset LINDENIVS *l. c. p. 300. sqq.* ubi etiam *5. editiones libri de morborum internorum curatione* annotauit. Multa *de ejus auaritia*, quae uel CATONI risum ciere possent, narrari solent. uid. *Lexicon der Gelehrten Tom. II. pag. 1198.* Ipse, qui multus est in meritis ejus in rem medicam celebrandis, Scaeuola Sammarthanus, dissimulare non potest auaritiam plane sordidam, ut inter ipsas funeris exequias jocosi in eum BVCHANANI uersus templi ualuis affigerentur:

Syluius hic situs est, gratis qui nil dedit unquam,
Mortuus &, gratis quod legis ista, dolet.

In elogiis Gallorum L. I. n. XXII. p. 47. ed. HEVMANN. Addantur, qui sua inde transscripsit, FREHERVS, *in theatr. P. III. p. 1236.* & KOENIGIVS *in biblioth. p. 754.* Has ego historiolas, quibus difficulter fidem

dem

rum morborum. Et utile est (quamuis barbarum) scriptum, scholae Salernitanae, de conseruanda bona ualetudine. Potest interdum*

dem dare soleo, dubias reddi deprehendo uerbis CONR. GESNERI, qui ipse SYLVIUM docentem audiuit & admiratus est: "Jam longo "tempore nihil, quam medicinam "docet, frequentissimo auditorum "undique gentium concursu. Nam "paucorum annis, duobus, ni fal- "lor, aut tribus ad summum, non "magna auditorum mercede con- "tentus, (quibus uerbis narratiun- "culis maleuolorum aperte con- "tradicit) totum medicinae nego- "tium a capite ad calcem fideliter "deducit. *in biblioth. f. 363.*

* *Scholae Salernitanae.* Monita haec Sec. XI, quorsum tanquam ad linguae latinae jacentis periodum refert clar. JAC. FACCIOLATVS *in comment. de L. Lat. aetatibus pag. 243. in ornt. ipsius uolumine*, uersibus leoninis scripta, & magno olim in pretio habita, plurimarum gentium linguis leguntur. Germanicis etiam uersibus non inconcinnis, & metri leges melius obseruantibus, quam in LEBENWALDIANA translatione miserrima & plane infelici factum est *A. 1701. in 12.* expressit DAN. SPECHT Jur. Pract. *Sagani 1674. in 8.* Hodie autem schola haec adeo euiluit, ut per jocum *Salbaderianam* appellari meminerim. Nomen habet ab Academia Salernitana in regno Neapolitano, in quo, uerba WOLFG. JVSTI ex omnium academiarum &c. fundationibus *n. XXVII. lit. D.* recito, quondam floruit studium medicinae, " eademque academia regi Angliae" regimen sanitatis, quod Salerni- "tanum inscribitur, nuncupauit, " quod ARNOLD DE VILLA NOVA" scholiis illustrauit; nunc desiisse" fertur. conf. ANT. MAZZA *in epitome historiarum de rebus Salernitanis Neapol. 1681. in 4.* uulgata, & ERN. GOEKELIVS *in delicis academ. §. LVIII. p. 362.* olim magnam eorum fuisse existimationem, quam ipsi turpissima sua inuidia decoxerint, historiola quadam probat THOM. BARTHOLINVS *in epistol. med. cent. I. epist. LIV. p. 233.* THOM. REINESIVS, Medicus & Polyhistor celeberrimus, ita eam celebrat: Circa ann. Chr. 1000. Salerni, in" Apuliae Ducatu nobili oppido, " inprimis medicinae studium flo- "ruit, habitique fuere tum Salerni- "tani medici, uti olim Crotonia- "tae & Alexandrini, omnium prae- "stan-

dum adhiberi, tam uoluptatis, quam utilitatis causa, aliquis Herbarius,

"ſtantiſſimi." Medici Pſalerniae, "inquit ORDERICVS VITALIS Anglus, quorum fama per orbem "admodum diuulgata eſt excellentia medicinalis peritiae. *in defenſ. uar. lect. contra* ANDR. RIVINVM *Roſt. 1653. in 4. ed. p. 143.* qui ſingulia *de auaritia & inuidia ipſorum* addit. ANTONIVS uero MVSA BRASAVOLVS hoc eam elogio ma"ctauit: *editioni Geneu. 1599. in 12.* praefixo: uulgatus Salernitarum *de tuenda ualetudine* libellus, his, "qui legunt, non parum utilitatis "praeſtat, illisque multo majorem, "qui libelli praecepta obſeruant. NIC. TOPPIVS ſub titulo: *Opuſculum de conſeruanda bona ualetudine ad regem Angliae, Venetiis 1573. in 12.* editum refert *in biblioth. Neapolit. 1676. in fol. ed. p. 282.* ſed *Francofurti* jam *1551. in 8.* uidi, credo tamen hac etiam antiquiores extare. Non autem omnino inter alias editiones negligendae ſunt: JOH. GERIONIS *Francof. 1582.* uulgato *in 8uo*, qui, ut utiliora, quae praeſtitit, ſileam, rythmos germanicos & figuras non inconcinnas, etſi ſaepe ridiculas, adjecit: & *Hagae Comitum nitidiſſimis typis* exſcripta *1693. in 12.* Pleniorem libelli hujus cognitionem ſuppeditat LEONHARD. NICODEMVS *in addizioni copioſi alla biblioth. Napolit. del Dottor N. Toppi Napol. 1683. in fol. ed. p. 218. ſqq.* ubi editionem optimam exiſtimat uariorum notis inſtructam *Pariſinam 1672. 8.* Verumque auctorem ejus JOHANNEM DE MEDIOLANO Salernitanum Medicum, qui nomine totius collegii ſcripſerit, eſſe affirmat. Cui etiam attribuit *editio* ZACH. SYLVII, (qui eam accurate recenſitam emiſit *Roterod. A. 1667. in 8uo*, hancque *Pariſinae* non multum cedere autumo) & J. ANT. LINDENIVS *de ſcriptis medicis L. I. p. 371.* qui potiores ſimul recenſet editiones, quibus longe plures, & quae recentiſſima eſt *Ratisb. 1722. in 12mo* curata, omnino addi poſſe, uel ex iis, quae jam diximus, patet. confer. FRIED. GEISLER *de pſeudonym. pag. 82.* PLACCIVS *in theatro Anonym. c. V. n. MXV. pag. 252. ſqq.* P. DAHLMANN. *im Schau-Platz demaſquirter Gelehrten P. II. Sect. III. n. IX. pag. 453. ſqq.* Et qui primo loco nominari debebat, ſuoque more omnia habet, quae huc pertinent, J. ALB. FABRICIVS *in biblioth. lat. Vol. I. L. IV. c. XII. p. 871. ſq* & *Vol. III.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0198
DFG

barius, praesertim Hieronymi Bock, seu Tragi, ex quo & herbarum*

Vol. III. p. 882. sq. Attamen operae pretium me facturum praecipio, si de *Ratisbonensi ed.*, quae repetitio SYLVIANAE est, pauca quaedam uerba adjiciam: Nouissima enim est, & aliquot medicis opusculis auctior, indicibusque, altero capitum, altero rerum, instructa. Luculentam SYLVIUS praefixit *dissertationem V. capp.* constantem, ex qua plurima ad historiam libri hujus pertinentia discere possumus. *c. I.* enim *de antiquit. & dignitate scholae Salern. c. II. de auctore*, quem indicauimus, *titulo, rythmorum ratione &c. c. V. de materia ejus* docte eleganterque disserit Addita sunt selecta quaedam OUVENI, SCRIVERII, BARTHII, GROTII *epigrammata.*

* *Aliqui Herbarius.* Vtilis jucundaque inprimis V. D. Ministris degentibus in pagis cognitio herbarum est. Non minus enim uere quam eleganter cecinit JOH. STIGELIVS:

Aut mihi planta suis numen demonstrat in herbis,
Praesentemque refert una uel herba Deum;
Aut operis seriem auctorem tota recenset,
Qui facit, & laeto cuncta uigore fouet,
Emicat ex ipsis diuina potentia campis:
Nec leuis est cespes, quin probet esse Deum.

Scriptores ad illam ducentes refert MORHOFIVS *in polyhist. Tom III. L. VII. n. V. p. 117.* sed, quod mireris, in uiro artis medicae peritissimo, tam negligenter & imperfecte, quam quidem in nulla eruditionis alia parte ab ipso factum est. Consulat igitur, quisquis plura scire auet, JOH. CHRIST. NEHRINGIVM, pastorem Morlensem apud Saxones *in commentario in* FRANCKENAV *tractatum de palingenesia Hal. 1717. in 4. ed. c. XLVI. §. XII. p. 268. sqq.* ubi ad notitiam herbarum acquirendam multa bene utiliterque praecepit. Addatur MART. MYLIVS *in horto philos. p. 35.* & qui omnia cum puluisculo congessit nobiliss. Dn. JVL. BERNH. VON ROHR *in physicalisch. Bibliotheck c. VII. §. XI. pag. 87. sqq.* cum JOH. JAC. SCHEVCHZERO *in biblioth. scriptor. histor. natur.* passim per totum librum CASP. SCHWENCKFELD *in stirpium & fossil. Silesiae descriptione, dedic.* & THOM. REINESIVS *var. lect. Lib.*

Lib. III. cap. XVIII. p. 664. qui de plerisque etiam judicium fert. Ego tyronem hujus ſtudii juſſerim familiarem quotidiano uſu ſibi reddere *florum Francicam rediuiuam* illuſtris G. FRANCKE A FRANCKENAV *ex latino in germanicum idioma* translatam, & altero tanto auctiorem cura L. CHRISTOPH. HELWIGII *Lipſ. 1713.* in qua nomina uaria herbarum florumque ad ordinem literarum alphabeti recenſentur, eorundemque uires & uſus indicantur. Addere poſſet, qui curioſam eruditionis uariae ſupellectilem quaerit, J. BAPT. FERRARII *florum ſ. de florum cultura Amſtelod. 1664. in 4. ed.* Vtiliſſimum eſſet opus, ſi color, forma, figuraeque ſingulorum additae eſſent. Et ſi ob ſumptuum magnitudinem comparari etiam queat, D. A. QV. RIVINI *introductio generalis in rem herbariam Lipſ. 1690. in fol.* ubi ſingularum herbarum flores, ſemina, figurae accuratiſſime expreſſae ingenti diligentia, & ſumma cum cura repraeſentantur. Noſter, quem ipſum ſuo tempore ſtudium hiſtoriae naturalis factis, experimentis uariis, ſedulo diligenterque excoluiſſe perhibet GEORG. CONR. PREGIZER. *in der forgeſetzten GOttgeheiligten Poeſie anni 1720. in praef.* HIERON. TRAGI, uero nomine BOCK dicti, *herbarium* commendat, quo nomina, proprietates & uires herbarum etiam ſatis bene pro ratione temporis illius deſcribuntur. *Prod. Argentor. cum additamentis* MELCH. SEBIZII, Med. D. & Prof. *1580. & 1630. in folio.* Et fuit ipſe etiam ordini S. addictus, in re tamen herbaria non mediocriter uerſatus, ut JOH. SAPIDVS imagini ipſius adſcripſerit *epigramma*, quod hic legi etiam meretur:

Hoc Hieronymus ore Tragus ſpirabat, ut annos
Natus bis ternos octoque luſtra fuit.
Cui nullus medicus uulſam non porrigat herbam,
Tam dextre herbarum uimque genusque tenet:
Et cui tam luute ſtruitur penaria cella,
Qualem uiderunt ſecula nulla prius.
Det Deus huic ſano longaeui temporis uſum,
Vnus qui multos ſedulus arte juuat.

Epitaphium ipſius Hornbaci poſitum exhibet PANT. CANDIDVS, *in epitaphiis antiqu. & recent. Argent. 1600. in 4.* editis *L. IV p. 123.* quod, cum de uita uiri hujus parum alias conſtet, hic repetere placet: *Anno Dom. M. D. LIV. XXI. Febr.* HIER. TRA-

barum formae & principales uires possint cognosci. Dioscorides, tametsi*

TRAGOS, *animae corporisque quondam Medicus & Canonicus hujus aedis in Domino JESU obdormiuit, cujus anima in consortio beatorum quiescit. Amen.*

Vt Tragus aethereas primum sum natus in auras,
Cultorem legit me medicina sume.
Herbarum primis indagine ductus ab annis,
Germano peti pleraque tesqua solo.
Vt nasci uidi stirpes, ita quasque notaui,
Estque fides oculis non nisi facta meis.
Vera mihi debent non paucae nomina plantae.
Indicio multis uis sua nota meo est.
Quo domi multos Hornbaci sacra per annos,
Conditus in templo sum, Fabiane, tuo.

Vtinam lucem aliquando uideret, quod tamen ob necessariam sumptuum magnitudinem sperare haud licet, opus stupendae industriae, accurationis summae, & incomparabile prorsus ISRAELIS & GEORG ANTON., patris & filii VOLCKMANNORVM, Med. Doct. apud Lygios experientissimorum; qui dimidium fere seculi, operamque non exiguam, & uitae ingeniique maximam partem in eo absoluendo consumpserunt. *Phytologiam magnam* jure meritoque appellarunt descriptionem amplissimam X. tomis primae magnitudinis constantem Silesiacarum cum primis herbarum, qua singularum, uires, flores, fructus, figuras, qualitates accurate cum exteris contenderunt, & propria manu elegantissimis figuris uiuas aemulantibus exhibuerunt. Emptionis jure peruenit post obitum utriusque locupletissimus uniuersae rei herbariae, aliarumque rerum curiosarum thesaurus haud ita pridem *in Augustiss.* FRIED. AVGVSTI, Reg. Pol. & Elect. Sax., *Bibliothecam*, de quo plura dicere, nolo, ne amori in cognatos aliquid dare uidear, quamuis nihil tam magnificum sit, quod de eo praedicare non liceat: conf. clar. CHRIST. RVNGII *miscellan. liter. de quibusd. ined. hist. Silef. scriptoribus specim. III. num. III. pag. 72. sqq.* & SCHEVCHZER. *in biblioth. script. H. N. pag 61.*

* *Dioscorides.* Plures hujus nominis apud ueteres inclaruerunt;

tametsi inter antiquissimos est: tamen ad nostra tempora, & ad has regiones, minus quadrare uidetur. Talia scripta, qui dextre legerit, Deo juuante, ualetudinem & suam & suorum, facilius tuebitur. Curandum enim est, ut sit mens sana in corpore sano.

Quin

Noster ANAZOBEVM, cujus opera saepe prelum typographorum graece latineque edita fatigarunt, intelligit; a quo probe distinguere oportet ALEXANDRINVM, militem illum eruditum, qui in ipsis castris etiam rei herbariae incubuit, & CLEOPATRAE ac ANTONII sanitati curandae praefuit. Vide KOENIGII *biblioth. V. & N. p. 252.* C. GESNERVS *in biblioth. fol. 214. & 541.* JOH. HALLERVORDII *bibliotheca curiosa p. 62.* CASP. BARTHIVS *T. I. aduers. p. 31.* ANGEL. POLITIAN. *epistol. p. 20.* qui tantum non omnes utrumque inter se confundunt. Sed de hoc etiam ejusque aetate, scriptis, editionibus, & quae cognitu, uel utilia, uel jucunda sint, uid. apud J. A. FABRICIVM *biblioth. graecae L. IV. c. III. p. 88. sqq.* Ridiculum paene est, quod REINESIVS "herbariorum Sybillam uocet DI"OSCORIDEM *uar lect. L. III. c. XII. p. 532.* Commodum in mentem uenit recordari libelli rarissimi, quem lectioni scriptorum medicorum addere neminem poenitebit: HIER. CASTELLIONEI CARDANI, Medici Mediolan. *de malo retentionum medendi usu Venet. 1536. in 8.* qui integris *capp. LXXII.* bene multa taxat in medicis sui temporis, quae non sine damno aegrorum adhuc passim obseruari uidemus. Enimuero melius, quae mea est simplicitas, cum humano genere actum iri nullus dubito, si ueterum & uiuendi & medendi ratio, non quidem in omnibus, in quam plurimis tamen reduceretur. Obiter addo, OSIANDRVM nostrum in ea esse sententia, suam suorumque sic ualetudinem Clericum facile curare posse. Nempe sui medicus quilibet esse potest, quae uerba *pec. differt.* illustrauit HIER. LVDOLPHVS, Med. D & Prof. in Alma Hierana, *1723.* add. celeb. D. JOH. KANOLDI *Breßl. Natur- Geschichte 1723. Mens. Mart. pag. 551.* & *tractatus germanicus: die Kunst, sein eigener Medicus zu seyn, Franckenhauf 1721. in 12.* itemque cel. FRIED. HOFMANNI *diss. de praestantia remediorum domesticorum Halae 1718.*

Quin & Philosophica, quae in scholis olim didicit, interdum*

* *Quin & Philosophica.* De studiis V. D. Ministri Philosophicis incorrupte noster judicat. Sunt enim, qui plane ad hos scopulos eum consenescere uelint; sunt e contrario, qui uel in ipso academicae uitae statu futurum aliquando Doctorem S. ab omni philosophiae commercio mature abstrahunt, collegiaque eo spectantia ipsi, quocunque ualeant modo, dissuadere nituntur. Vid. quae de D. BILEFELDIO, ZIEROLDO, aliisque congessit solertis ingenii uir J. HENR. AB ELSWICH *in schediasm. de uaria Aristot. apud protestantes fortuna* §. *XXXIII. p. 100.* Nec profecto celeberrimus D. SPENERVS procul ab "illa sententia abfuit, quod nostro "tempore theologiam absque praesidiis philosophiae doceri ac disci "posse, eamque plurimis negligendam esse existimaret *in dissert. de studio theolog.* Cujus uero sententiam diu ante jam in philosophiae suo tempore hostibus allatis rationibus ac LVTHERI, MELANCHTHON., CHEMNITII, aliorumque testimoniis profligauit *in orat. de studio philosophico Lipsi. 1612.* habita, & lectu dignissima ERHARD LAVTERBACH. Collegii tum Philosoph. Decanus. Juuat quaedam ejus uerba huc transferri, quod in paucorum manibus, ut solent hujusmodi chartae palantes, fortasse sit: Inprimis eos, qui SS. theol. culto-" res sunt, moneo & hortor fideli-" ter, & per salutem ecclesiae, per" suum decus & nomen oro, ne il-" lotis manibus in sacraria theolo-" giae irrumpant, & literarum di-" sciplina contemta per saltum do-" cendi in ecclesia munus conse-" ctentur, aut potius uenentur. D." PHILIPPVS sua aetate saepe que-" stus est, quod in tanta artium lu-" ce multi indignis modis subito" nascantur theologi, sicut fungi," qui sine grammatica, sine logica," sine ratione dicendi, sine scientia" rerum in naturae obscuritate la-" tentium, sine disciplina morum," sine aliis adminiculis necessariis" manum sacro admoueant aratro." Simili querelae nostra aetate mul-" ta similia exempla, causam prae-" bent. Sed uos quaeso, ipsi co-" gitate, qualenam judicium ad di-" judicandas & simplicioribus ex-" plicandas materias theologicas" adferat is, qui non prius literis" humanitatis excultus est? nonne" erit ὄνος ἄγων μυστήρια, quemad-" mo-

terdum Minister Ecclesiae repetet: qua in re commodissime utetur egregio

"modum in prouerbio dici solet. "Quare per Deum immortalem "uos iterum oro & obtestor, ne "philosophiam aspernemini, nec "aures praebeatis iis, qui literarum "disciplinam uituperant. Saepe "cogitate, quod LVTHERVS dice- "bat: Ego persuasus sum, sine li- "terarum peritia prorsus stare non "posse sinceram theologiam. Po- "nite uobis ante oculos non ue- "stram tantum, sed multo magis "ecclesiae ac reipublicae utilita- "tem; Artes Dei munera amate, "artes uitae priuatae conseruandae "instrumenta, ecclesiae Christi e- "gregia ornamenta, reipublicae "praesidia & firmamenta, a theo- "logia sobrie distinctas, magni fa- "cite, sedulo discite, denique ad "gloriam DEI & salutem pro- "ximi usurpate: non deerunt uo- "bis praemia; non deerit Deus "his, qui sua dona tueri & conser- "uare conabuntur *p. 27. sq.* Theo- logum etiam nullo modo philoso- phia carere posse docte diligenter- que demonstrauit JOH. MÜLLERVS, theologus postea Hamburgensium inclutus, *pec. oratione Vit. 1619. in 4to* typis exscripta. LVTHERVM haud raro objiciunt, quem philoso- phiam theologo inutilem, atque noxiam declarasse clamitant: quantopere autem fallantur ac fal- lant boni uiri, doctissime osten- dit clar. HEVMANNVS *in actis phi- losophorum T. II. obseruat. III. p. 580. sq.* Interim *apparatum studii philos.* quem GISB. VOETIVS exhibet *in bi- bliotb. stud. theol. L. II. c. XI. p. 343. sqq.* modum facultatesque ministri excedere, non negauerim, cui nec tempus suppetit ad haec talia; nec usus esse potest. Media hic etiam omnino uia calcanda est, & probe dispiciendum, quid humeri cujus- que ferre possint, quae sumptuum temporisque ratio concedant, & quorsum ingenii uires studiorum- que scopus ducant. Nolim ta- men uel ullum omnis prorsus phi- losophiae plane expertem esse, quae contemtum sui, cum damno ipsius olim grauiter uindicabit; excultae autem rationis usum per omnem uitam, cum in rebus ad in- tellectum pertinentibus, tum in dirigenda uoluntate praestabit. Allegatus modo MÜLLERVS *in o- rat. cit. p. ult.* B. BRVNGIVM dixisse refert: Philosophiae, quamdiu po- tes, nimis non potes; excellens phi- losophus, excellens theologus, olim uidebis.

uidebis. At uero, si uel unquam, hic certe crebro inculcari debet il-"lud NEOPTOLEMI: Philosophandum, sed paucis." Spectat huc aliquo modo, illustris JOH. PETR. LVDWIG. *dissertatio de philosophis caute legendis Halae 1688.* habita; quae tantum non in defensionem laudati Berolinensis Theologi scripta uidetur, & paucis philosophari aut degustare primis tantum labris philosophiam prohibet. Rectiora autem sunt, & OSIANDRI uerba egregie illustrant, quae fuse accurateque edisserit AD. RECHENBERGIVS *in problem. Gelliano: An paucis philosophandum? Lipsiae* ad disputandum proposito *1687.* ubi maxi-"me contendit, philosophandum "theologo, sed paucis, & V. D. Mi-"nistris toto philosophiae appara-"tu opus non esse, dummodo cum "linguarum S. peritia in philoso-"phia non sint plane hospites. §. *XXII.* Consentientem habet B. JOH. FECHTIVM *in institutione pastorali c. I. §. VI. p. 13.* & ex Reformatis ANT. WALAEVM *in orat. supra citat. p. 23.* atque STEPH. GAVSSENIVM *in dissert. de utilitate philosophiae ad theologiam*, quae lectissima est, & tota huc spectat, ex qua pauca transferre uerba nostrorum temporum causa lubet: "Vt semi-"Theologo, cui ingenium contigerit, inquietius nihil est in ec-" clesia, & in republica pestilenti-" us: Sic in theologia summo phi-" losopho, quem Dei gratia non" coërceat, nihil fere pernicio sius." *p. 324. ed. Halens.* Conf. D. JOH. FRIED. SCHMIED. *commentatio de philosophiae usu & abusu nostri temporis contemptoribus opposita Stargard. 1707. in 8.* & qui ipso opere luculentissime ostendit *utilitatem philosophicarum disciplinarum in theologia* B. BALTHASAR. MEISNERVS *in philosophia sobria in 8. & in 4.* aliquoties edita, cui si quis recentiorum philosophorum inuenta, quibus omnes partes humanae sapientiae illustrarunt, ditarunt, eadem methodo adderet; nae is ualde operae pretium faceret, & egregie sacrorum hominum studia promoueret. Dum haec scribo, incidit in manus meas *fasciculus disp. V. controuersias recentiores ex philosophia sobria* complectens uiri celeberrimi D. HENR. KLAVSINGII *Viteb. 1719. ed.* qui egregio specimine uoti mei me damnauit, ut telam uocatione ejus in Almam Philuream dubio procul abruptam esse, juuentutis causa doleam. Erudita etiam comptaque, ut solent uiri illius esse omnia, *oratio* GEORG. CALIXTI est *de philosophiae dignitate & necessitate*, quae inter *orationes*

ejus Helmſt. 1660. in 4. editas ultima, *p. 141. ſq.* Inprimis legi meretur ſummae accurationis ac doctrinae theologus, HENR. HÔPFNERVS, qui *in locis theologicis loc. I. §. XLI. p. 25. ſqq.* uſum philoſophiae, cum didaſcalicum tum elenchticum, uariis in medium allatis exemplis patrumque dictis, probat. Add. DAV. CASPARI, theologi Rigenſis in Liuonia, *praelectiones publicae de futuri theologi ſtudiis philolog- & philoſophicis Roſtochii*, cum *praefat.* D. JOH. FECHTII, lectu digniſſima, editae *1705. in 4.* qua uir ſummus, & decus academiae Roſtoch. immortale, contra fanaticos utilitatem philoſophiae in theologia luculenter uindicat & euincit. Itemque M. JOH. BROVKHAVSEN ciuis ejus *diſſert. III. de philoſophiae in theolog. uſu Lipſ.* habitae *1696.* docteque ac diligenter ſcriptae. Conf. D. FRANC. ALB. AEPINVS *in mataeolog. fanat. recentior. compendio Dippelianis furoribus oppoſito praelim. th. VI. p. 10. ſqq.* qui ipſe *metaphyſicam theologiae applicatam* ſcripſit *Roſtoch. 1725. in 8.* quae ob accuratam perſpicuitatem celebratur. Sigillatim *de inſigni dialectices & metaphyſices uſu in libris ſymbolicis* diſſeruit J. JAC. FERBERVS, *Vitemb. 1708.* & qui *logicam ſacram Francof. 1714.* non ſine applauſu foras dedit, metaphyſicam theologo etiam commendauit GVST. WESSEL. RVMPAEVS *in inſtitut. metaph. ſacrae Francof. ad M. 1711. in 8.* editis, quas perperam ob praefat. huc inprimis ſpectantem D. JOH. FRIED. MAYERO tribuit *bibliotheca du Boiſiana P. III. p. 555. De phyſicae utilitate* conſulendi ſunt *diſſert. philoſ.* J. P. DE CROVSAZ *Groening. 1725. in 12.* VALENT. HENR. VOGLERVS *de rebus SS. natur. ac medicis 1682. Helmſt.* JOH. DE MAY *in phyſica ſacra Mediob. 1661.* uulgata, J. J. SCHEVCHZER *in Jobi phyſica S. Tiguri 1721. majoris in integrum S. codicem operis prodromo.* ANONYMI Eſſais *de phyſique prouvez par l' experience & confirmez par l' ecriture ſainte Paris 1684. 8.* JOH. ANDR. FISCHER. Med. D. & Prof. Erffurt. *in principiis philoſ. natur. in uſum theol. & med. adornatis Francof. 1702. in 12.* & *de matheſeos uſu in theologia* JOH. JAC. SCHEVCHZERVS modo laudatus *in praelection. Amſtel. 1712. in 8.* M. JOH. CONR. HARTMANNVS *in demonſtratione, philoſophiam mathematicam theologo neceſſariam eſſe & utilem Jen. 1723. ed.* Porro, ut GEORG. ALB. HAMBERGERI *diſſ. de uſu matheſeos in theologia Jen.* hab. taceam, JOH. B. WIEDEBVRGIVS *de noxio matheſeos in theologia neglectu Jenae*; deque *felici matheſeos cum theologia nexu Gieſſ. 1722. in 8.* J. GEORG.

egregio libello D. M. Georgii Liebleri, qui Aristotelis Physicos libros*

GEORG. LIEBKNECHTII: & denique *de jurisprudentiae naturalis utilitate ad theologiam* M. J. GOTTH. ROSAE *Jen. 1720. diss. acad.* Equidem iniquiores olim studiis philosophicis fuisse patres ex uariis ipsorum inuectiuis in philosophos colligi posset: uerum tamen eos philosophiam commendare, si quis accuratius intueatur, constabit, & adductis ipsorum uerbis demonstrat HENR. JVL. SCHEVRLIVS *in dissert. de studii sapientiae dignitate* §. *XIX. pag. 24.* qui theologum philosophum esse debere contra fanaticos etiam contendit § *XXI. pag. 28.* quos ignorantiae suae aliquid pietatis obtendentes falsae etiam perstringit M. J. GOTTHELF ROSA *in dissert. de L. lat. & philosophiae in sui contemtores uindicta Jen. 1712.* hab. *cap. II.* §. *XI. pag. 27.* Ut AVG. VALERII *diss. de theologia cum philosophiae studio conjungenda*, aliosque non attingam. Quod pace lectoris addam, *jucundam de studiis philosophicis* habet *epistolam* FRANCISCVS MARTINIVS, Concion. Epensis, qua inter alia jocatur: "Phi-"losophus noster tot mihi diuisio-"nes secare, quot uerba loqui, ui-"detur. Et nisi certus essem: bene distinguentem bene docere," jam propter tot diuisiones diui-"derer ipse. *Epp. ad amicos I. p. 2.*"

* *Georg. Liebleri.* Professor ille publicus, & fere quinquagenarius in alma Tubingensi, qui ab ecclesiae, cui admodum juuenis erat praefectus, cura ad scholam Tubing., quod ipse narrat ded. infra citanda, se receperat; & de quo scite STEPHAN. FEIERABENT in opere Polyhistorico & festiuo *de feirabetha* auspiciis RVD. AVGVSTI, Brunsu. & Luneb. Ducis *Helmst. 1699. in 8. ed.* cecinit:

Feirabent liber faciet, qui nomen amandum
Gestat, & est quouis dignus amore senex.

Fer. VI. 247. Scientiam naturalem ad ductum ARISTOTELIS suo tempore non sine applausu docuit. Graece callentissimus erat, quod ad magistrum intelligendum rectius, & accuratius interpretandum ipsi multum profuit. Vitam uiri, in juuentute summa paupertate pressi, oppido memorabilem D. MICH. ZIEGLERVS, successor ejus, *oratione compta prolixaque* delineauit *Tub. in 4. 1601. ed.* quam *in compendium* misit P. FREHERVS *in thea-*

libros in Epitomen redegit. Sed & alia Philosophica scripta interdum inspiciat: ne inter uiros eruditos differentes, quasi mutus

theatro clar. uirorum P. IV. p. 1494. sqq. Add. WOLFG. KRÜGER *in catalogo & historologia mille uirorum p. 104.* HENNING. WITTE *in diar. biograph. in append. Tom. I. ad d. XXX. Januar.* qui emortualis ipsi fuit. Binos uitae annos ipsi demit WITTENIVS, cum non 74. sed 76. uiuendo attigerit. Imaginem ejus conseruauit carmineque elegiaco ornauit ERH. CELLIVS *in imagin. Profess. Tubing. lit. I.* ubi inter alia in laudem ejus canit:

Theologus bonus est, bonus estque politicus, idem
Physicus, Orator, Philosophusque bonus.
Scripta docent patulas jam dudum uisa per auras,
Famaque compendî, physica, summa tui.

Editionem ejus uidi *Basiliensem 1575. in 8.* quae tamen multis locis auctior & emendatior in fronte libri audit, & quam *epistola ad* LVD. Ducem Würtenb. *scripta, 4tam* jam a typographis flagitari, refert, *IV. libris doctrinam posteriorum* ARISTOTELIS *acroamaticorum exhibentibus auctam.* Prima uero omnium *1561.* prodiit, & *dedicat. ad* CHRISTOPH. *Ducem Wurtenb.* ostendit, quae seeutae sunt, *anni 1594. & 96.* itemque *Lipsiensem 1651. in 8uo.* habet MART. LIPENIVS *in biblioth. reali philosoph. P. II. p 1162.* quam postremam editionem, quod propiora nostro aeuo tempora, non tam liberius philosophandi genus, abjecto ARISTOT. jugo, sectentur, quam alia jam tum habuerint physices compendia, indicatam *anni 1561.* esse existimo. Vim meae roburque sententiae addit sequentibus uerbis ZIEGLERVS *loc. cit. p. 15.* Egregio illo libello totam fere *naturalem philosophiam* ex ARISTOT. complexus, & *in usum studiosae juuentutis A. 61.* typis euulgare passus est, quem deinde post annos 10. quatuor posteriorum acroamaticorum librorum accessione, animaduersionibus item in P. RAMI *scholas* auxit. Nam in eo mentem ARISTOTELIS adeoque ipsam ueritatem bono ordine, perspicuo orationis genere & grata breuitate exponit. Inuenit hic libellus tantam apud homines eruditos & intelligentes

"lau-

tus ſedeat. Semper tamen illius Paulini dicti meminerit: Videte, ne quis uos depraedetur per Philoſophiam, &c. itaque cante in hoc ſtudiorum genere uerſabitur. Coloſſ. II.

CAP.

"laudem, ut non ſolum in hanc "ſcholam fuerit receptus, & ad "hunc usque diem per annos 29. "conſeruatus, ſed in aliis quo- "que academiis & ſcholis juuen- "tuti, tanquam prae aliis ejusdem "argumenti utiliſſimus diſcendus, "commendetur & legatur, & ty- "pographus ſaepius eum prelo "interea reddere coactus fuerit - "Noſter certe profeſſor, ut hac "ſua epitome phyſica tenuitati ju- "niorum inſeruitum uoluit, ita "ad altiora ad ARISTOT. ipſos- "que fontes ſedulo hortatus eſt: "quamuis docti etiam habeant, "quod ex iſto libro diſcant, & "in ſtudio naturae nequaquam "poenitendos progreſſus fecerint, "qui eum probe cognouerint. "Atque, ut ingenue dicam, quod "ſentio, puto aliorum doctos & "prolixos commentarios profeſſo- "ribus tantum & magiſtris utiles "eſſe, egregium uero hunc libel- lum, qui praeter obſcuras quas- "dam contra aliorum errores di- "ſputt. reliqua omnia fere per- "ſpicue & breuiter complectitur," doctoribus nequaquam inutilem," diſcipulis autem perquam ne- "ceſſarium & commodum eſſe." Et reuera cum *introductio in libros* ARISTOTELIS *phyſicos*, tum explicatio eorum eſt, niſi quod P. RAMI errores ſimul in ed. auctiori diligenter perſtringat atque confutet. Epitomen etiam praeclaram uocat, quae *Tubingae* & alibi explicari ſoleat JOS. SIMLERVS *in biblioth. Geſn.* contracta & aucta *p. 229.* Ita pro ſtatu temporum & captu lectorum habent ſua fata libelli. Noſtro enim aeuo nemo non ad J. C. STVRMII, J. JAC. SCHEVCHZERI, JOH. FRIED. WVCHERERI, MART. GOTTHELF LOESCHERI, CHRIST. VATERI, aliorumque *inſtitutiones recentiores* potius meritoque ſe conferet.

CAP. VIII.

GENERALES QVAEDAM ADMONITIONES.

1. Locos communes sibi paret ecclesiae minister.

QVemadmodum in pertuso dolio, nec aqua, nec uinum seruari potest: ita parum proderit, multa legere, nisi praecipua & necessaria ita retinueris, ut ea ad usum transferre, & suo loco atque tempore in lucem proferre possis. Memoria autem etsi nobis a DEO ideo data est, ut fideliter, quae illi commendata sunt, custodiat atque seruet: tamen in uarietate studiorum & negotiorum, praesertim accedente senecta, fit multo languidior, & minus tenax. Quare sibi Minister Ecclesiae librum paret, ex charta pura, in quo annotet praecipua & insignia dicta, exempla, argumenta, & alia, quae prae aliis memoratu maxime digna judicauerit: idque non modo ex sacris, uerum etiam profanis autoribus: ut necessitate postulante inde depromere possit, quibus opus habuerit. Locos communes tales codices appellant. Quis debeat esse numerus aut ordo*

---

* *Locos communes.* Quod capita, tot fere etiam sententiae inter eruditos sunt de locis communibus adornandis. Si quaeras: an omnino talis labor suscipi debeat? ego quidem negantium parti accedere facile nolim, nisi plane diuina & excellenti quis praeditus sit memoria, quae tamen nec ipsa ubique & semper, inprimis uergente ad senium aetate, praesto erit ac sufficiet. Et profecto uix unum alterumue ad solidam eruditionem, ejusque copiam aliquam hoc sine adminiculo feliciter adspirasse, extra controuersiam est: Audiamus magnum GERH. JOH. VOSSIVM ex animo & serio, ad suum ipsius exemplum prouocando, filio suo illud suadentem: Age, imitare exemplum meum,“ aduersaria confice, ubi pulcher-“ rima quaeque in suos digeras lo-“ cos. Haec semper ad manus sunto.“

“Idque

do titulorum, in cujusque erit arbitrio positum. Qui plures faciunt titulos, & singulis aliquot folia purae papyri adsignant, magna faciunt uolumina: unde fit, ut saepe diu titulum quaerant,

---

"Idque & magnum illum PLINIVM "feciſſe ſcias. Nam, ut de eo ju- "nior PLINIVS refert, nihil unquam "legit, quod non excerperet. Tar- "dius quidem lectio procedet, ſed "quae chartae inſcribis, ſimul quo- "dammodo animo inſcribes. Et "dum quidque ad ſuam referes "claſſem, eadem charta & olim le- "cta inuenies & recens lecta ſub- "junges. Quae collatio & prio- "rum memoriam refricabit, & ſi- "mul firmabit judicium. Praeter- "ea jucundum erit poſtmodo, quae "ex uariis auctoribus congeſſeris, "uno quaſi intuitu uidere, & ex "horreis ſuis quaſi meſſem pro- "priam depromere ad uſus, quos "uoles. Hoc age, mi fili. *In epi- "ſtol. celeberr. uiror.* a JANO BRAN- "TIO *Amſtelod. 1715.* ed. *in 8. epiſt.* "*XXX. p. 103.* conf. JVST. LIPSIVS "*in inſtit. epiſt. c. XII. Operum Veſal.* "*1675. editorum Tom. II. p. 1080.* qui "lectionem ipſam non ſufficere, ne "repetitam quidem, imo nec in "feliciſſima memoria: ſed opus "eſſe excerptis quibusdam & notis "rerum uerborumque ſingularium, "quos imitemur, aſſerit; quae ex- cerpta memorialibus libellis tan- "quam aerario contineri uult, un- "de ſermonis illae opes per tem- "pus & ad uſum promantur." Et GVIL. SALDENVS *de libris eorumque uſu & abuſu L. I. c. VIII. §. VII. p. 248.* ubi cum neceſſitas tum ſim- "plicitas hujusmodi aduerſario- "rum erudite adſeritur." Neque tamen ea de excerpendi arte pro- mittere audeo, quae liberaliter ni- mis praedicat de ejus utilitate, & de ſe ipſo ob illam uix ſine Thra- ſoniſmo gloriatur P. JER. DREXE- LIVS *in aurifod. P. I. c. VIII. p. 70. ſqq. ed. Kerger.* Sin autem, quomodo ſuſcipi hic labor debeat? quaeras: Ego cum OSIANDRO ſimpliciſſi- mam conficiendi hujusmodi excer- pta methodum credo eſſe opti- mam, & uidetur ea uſus eſſe in- comparabilis MART. CHEMNITIVS, nec ſine fructu & delectatione, quod ipſe refert *in erleuterten Preuſ- ſen Tom. III. P. XXIX. p. 342.* uer- bis lectu digniſſimis, quae breuita- tis ergo omittimus. Non nega- uerim, bene illos rebus ſuis conſu- lere, qui compendium aliquod, cui in ſingulis diuinae humanae- que

rant, & bonam partem temporis cum taedio amittant. Ego simpliciſſimam rationem eſſe puto, ſi quis primum quemque locum, qui incipienti hoc opus occurrerit, primo ſtatim folio, cum ſuo titulo,

---

que eruditionis partibus adſueuerunt, inſerta charta munda ſibi eligunt, atque ei, quaecunque legerint, obſeruarint, addunt; quod aliis ſuadet, qui inſigni ſuo damno ſe neglexiſſe queritur, TH. BARTHOLINVS *de libris legendis diſſ. VI. p. 188.* itemque SALOM. VAN TILL *in method. concion. praef.* Aſtuero bene obſeruauit olim ſummus noſter ABR. CALOVIUS, fere ut una plagula deficiat, altera ſuperſit chartae purae, & ordo libri memoriae impreſſus primo oculorum obtutui ſe ſubducat. Abſolui fortaſſe omnia poſſent aliquot uoluminibus; quorum unum miſcellanea ſine ordine non niſi notatis paginis & addito indice, chartae tamen plagulis in duo latera diuiſis, quorum alterum ſeruetur uacuum, ut paralela adjici copioſe queant, comprehendat, cujus generis aduerſariis HERM. CONRINGIVS uſus fuiſſe perhibetur; ut hinc CONRINGIANA appellari queat methodus. Alterum *marginem bibliorum numeratorum* J. D. DORSCHAEI, quae facile comparari poſſunt, uel ipſo biblico codici, (ſi exemplum, lato margine inſtructum haberi queat,) quod adhuc commodius eſt, adſcriptis uariorum ad uoces & dicta SS. illuſtrandas auctorum locis impleat. Tertium charta pura titulos theologiae *P. I. theoreticae*, ſi ita *de poſitiua & polemica* loqui fas ſit; *P. II. titulos practicae* (puta *moralis & caſuiſticae*) comprehendat, non tamen prius inſcribendos, niſi quamprimum rarior & egregia quaedam obſeruatio occurrat; Quartum B. HAASII *oratorem eccleſiaſticum* additis aliquot plagulis ad ſingulas partes homileticis oratoriisque collectaneis, quantum neceſſe ſit, deſtinari ſuaſerim. Duo praeterea inprimis probe obſeruanda, meo edoctus malo, cenſeo; ne ſemel adſcitam methodum, etſi melior fortaſſe poſt aliquot tempus monſtretur, abdicamus, quod ſine ingenti damno fieri uix poterit; & ne nimiam ac ſuperſtitioſam huic negotio impendamus diligentiam, quod non niſi ſubſidiariam memoriae operam praeſtare debet. Quodſi uero V. D. Miniſter aliorum conſilia & limatiora & operoſiora

titulo, inscribat: secundum (qui est diuersi argumenti) secundo folio: tertium tertio, & sic consequenter: Ita non opus erit magno uolumine. Opus autem fuerit, ut singula folia numeris ordinarie signentur, & ut praemittatur Index, qui sub literis Alphabeti ostendat, quo folio quisque locus reperiatur. Quod si locus aliquis suum folium totum compleuerit, in fine folii scribat haec uerba: Reliqua quaere (hoc uel illo) folio. Itaque reliquum proximo folio, quod uacuum fuerit, inscribat, & sic pergat. Non tamen prohibeo, ne Theologiae studiosus alia ratione, quae ipsi magis arriserit, in colligendis locis communibus utatur.

2. Bibliotheca, qualis sit comparanda.

Bibliotheca Ministro Ecclesiae opus erit: non tamen sumtuosa, sed ex optimis & maxime necessariis autoribus aliquos (pro ratione facultatum suarum & prouentuum) sibi comparet. Quidam enim dum instructam bibliothecam ostentare gestiunt, aere alieno (nulla necessitate cogente) constringuntur. Neque multos libros*

---

rosiora scire aueat, MORHOFIVM *in Tom. I. polyhistor. integro Lib. III.* VINC. PLACCII *notissimum de arte excerpendi librum Hamb. 1689. in 8uo.* JOH. FRIEDR. HEINE *methodum excerpendi Lipsi. 1713. in 8. ed.* & J. A. QVENSTAEDIVM *in ethica pastoral. append.* qui *in utilitate LL. CC.* commendanda multus quoque est *mon. VIII. p. 77. sqq.* & J. CHR. DORNIVM *in bibliotheca theolog. critica P. II. c. VI. integro p. 181. sqq.* qui tamen non nisi obuia passim & protrita habet, consulere potest: uix tamen suis rebus accommodatiora suppeditabit quisquam ea excerpendi ratione, quam J. CHR. UDENIVS *pecul. libro in 4. & 8.* edito delineauit. Ampliora, fateor, suppeditat, J. B. MEZLERVS *in methodo excerpendi*, non quidem altera uice, sed mutato saltem titulo denuo CHEMNITII *1724. in 4.* uenum exposita; qui inprimis etiam commoda sacerdotum spectat; sed ille quoque artem & diligentiam nimiam mihi, ut DREXELII, LOCKII, HODANI, & reliquorum fere omnium consilia, postulare uidetur.

* *Bibliotheca Ministro.* Bona sunt & omni approbatione digna, quae hic etiam OSIANDER. praecipit de *comparanda sacerdoti bibliotheca.* Etenim non pauci olim fuerunt, &

libros simul emant: sed paulatim, & eos in primis, quorum lectione maxime opus fuerit. Et quidem hoc facile fieri poterit: quia Bibliopolae Tomos D. Lutheri & Brentii, Historiae Magdeburgicae, & alia multa uolumina ita separatim uendunt, ut Lector,

---

adhuc sunt, qui tantum non libris, praeter S. codicem, ejus musaeum jubent esse uacuum: quod multitudo librorum a lectione S. literarum, omnium maxime necessaria, animum abducat. Querelae LVTHERI, u. *colloquia ejus latina Tom. II. p. 24. sq.* & BVGENHAGII etiam extant ejus rei graues & memoratu dignae: ipseque noui uirum S. ordinis in nostra patria, qui plurimos bonae notae scriptores, ex paterna hæreditate acceptos, diuendidit, non nisi pauciſſimis quibusdam, quos uocant, practicis & SS. tractatoribus sibi retentis; ipsumque aliis amorem librorum utilium uitio uertere & exprobrare, ceu S. muneris rite fideliterque peragendi impedimenta: Nec si libris abuti & totum se abdere uelit, imo si, quod HIERONYMVS suo tempore de nonnullis conquestus est *T. I. epist. ad* EVSTA- "CHIVM, inficiuntur membranae "colore purpureo, aurum liquescit in literas, gemmis codices "uestiuntur, & nudus ante fores "J. C. emoritur: locum querelis istis dandum esse inficiamur: " Non tamen ideo omnis libraria suppellex clericis eripienda est, quasi piaculum foret ullum, aliquem praeter S. Biblia librum attingere, quod plurium lectio ad ea uoluenda magis incitare & ad rectius interpretanda non parum emolumenti adferre possit. Vide litem hanc: *an sit ex usu christianissimi, ut biblicis exceptis, omnia philosophorum & philologorum uolumina exterminentur?* accurate peroratam ab eruditissimo uiro J. CVNR. DIETERICO *in antiquit. bibl. prolegom. p. 25. sqq.* Cum uero res angusta haud raro domi sit, jam olim per societatem uicinorum bibliothecas instrui suasit GERHARD. LORICHIVS HADAMARIVS *in pastorali suo L. I. c. vom Studio und Büchern eines Pfarren f. 8. (1537. in 4.)* quod patrum nostrorum tempore consilium etiam dedit GOD. WEGNERVS, theologus Regiomont. *sub larua* G. FINWETTERI *pec. epist. ad* MART. HANCKIVM *1686. in 12.* euulgata. Audiendi igitur minime sunt, qui multitudinem librorum & liberorum

Lector, quemcunque ex illis uelit Tomum emere, reliquorum autem emtionem in aliud commodius tempus rejicere possit. Et si quis maxime instructissimam Bibliothecam possideat: tamen non omnibus libris simul uti poterit. Et uix Ecclesiae Minister tam exilem

---

berorum V. D. M. exprobrant, & dicterium uulgare quotidie occinunt, quod egregia oratione uix anno 16. aetatis completo diluit GOTTLIEB WEGNERVS, theologi laudati filius, *Lipsi. 1697.* post praematuram ipsius mortem edita. Summatim *de librorum multitudine* egit Diatribe academica M. JOH. SCHVFNER *Jen. 1702.* ubi in causas multitudinis illius, & damna hinc redundantia in rempubl. liter. curate inquirit, & regulas in tali copia obseruandas praescribit; ac multitudinem compendiorum & commentariorum inprimis a fontibus bibliorum abducere asserit *cap. II. p. 22.* Quae uero & alia supellectili paulo copiosiori librorum pro ingenii, conditionis, loci, & facultatum ratione comparatae objici solent, diligentissime confutauit doctissimus GVIL. SALDENVS *L. I. c. II. de libris eorumque usu & abusu p. 37. sqq.* & *cap. VII. §. II. p. 204. sqq.* Conf. quae magna circumspectione accuratoque judicio *de quadam librorum comparanda copia* differit immortalis memoriae uir HERM. CONRINGIVS *in epist. de biblioth. augusta (in collect.* SCHMIED. *Vol. I.) p. 204 sq.* Neque ipse credo, nullam, quod barbare eloquitur RICH. DE BVRI *in Philobiblio (collect.* SCHMIED. *Vol. II.) c. III. p. 12.* debere caristiam hominem impedire ab emptione librorum, cum sibi suppetat, quod petitur pro iisdem, nisi ut obstatur malitiae uenditoris, uel tempus emendi opportunius expectetur." Enimuero V. D. Ministrum multa saepe alia impediunt, ne paulo numerosiorem bibliothecam, quam maxime uellet, sibi comparare queat, & recte laudabiliterque saepius in ore habuisse memini B. JAC. WELLERVM: pauperum miseria se adeo tangi, ut, si aliunde facultates non suppetant, libros suos uendere, & pecuniam ad eleemosynas erogare mallet, quam illorum inopiam non subleuare. Bene etiam inter plura huc spectantia JOH. LOMEIERVS: *Non*, inquit, *librorum multitudo, sed eorum multa lectio eruditum facit. L. de biblioth. singul. c. I. p. 5. ed. Schmied.*

exilem habebit Bibliothecam, ex qua non possit depromere, quod integro anno ad lectionem, etiam diligentem, sufficiat. Non tamen in hac re Pastor majorem tantillae pecuniae, quam eruditionis rationem habeat.

3. Quando studiis priuatis incumbendum.

In studiis hisce priuatis continuandis Ecclesiae Minister non occupetur iis temporibus, quibus concio aliqua colligenda & disponenda erit: sed in hoc publico officio omnes neruos intendat, ut det conciones bene praemeditatas, neruosas, & in sacris literis probe fundatas: id eo facilius & dexterius praestabit, si reliquo*

Quem *abusum* merito *in philotechno* quodam perstringit MATTH ZABERVS, qui eleganti epigrammate in eum lusit:

Bibliotheca bonis est instructissima libris,
Hinc hominem doctum te, philotechne, putas.
O magnum absurdum! uaria instrumenta Bibinus
Noster habet: posset musicus esse tibi.
Tantum ipsi prosunt, quantum solet alea uaccae;
Emptorem ridet pendula chorda rudem.

In poem. Francofurti ad M. 1627. in 12. ed. P. I. p. 181.

* *Occupetur iis temporibus.* Aurea haec optimi uiri commonitio est. Saepe enim aliud & πάρεργον agendo, illud quod agere maxime debebant, & ἔργον est, V. D. Ministri etiam uel negligunt, uel frigidius tamen tractant. Hi sunt, qui profecto non cogitant grauissimam irati numinis comminationem *Jerem. XLVIII, 10.* Memini olim a uiro fide digno mihi relatum esse, HILARIVM PRACHIVM, Diaconum quondam Goldbergensem, tandem ob fanaticos, quibus plane se immerserat, errores, munere S. abdicatum (de quo u. M. GOTTLIEB LIEFMANN. *in dissert. de fanaticis Silesiorum. Viteb. 1698. hab.* §. *XX.* & JOH. CASP. EBERTI *in peplo ingeniorum Goldberg.* fusiusque *in nouis literariis german. A. 1705. M. Aug. p. 290. sqq.*) ad ipsam saepe aram, itemque recitantibus peccatorum suorum confessionem auditoribus, Rabbinicos codices Rabbinorumque acceptas literas, non leuiter enim his literis tinctus erat, uoluisse & tanta attentione legisse,

reliquo tempore priuatis suis studiis diligenter incubuerit. Sed nec studia priuata ipsum impediant, quo minus aegrotos (praesertim eos, qui grauibus tentationibus uexantur) officii ratione, & ex charitate christiana, diligenter uisitet: nam & haec schola est, in qua theologus multum proficere possit.

Non postulo etiam, ut omnes Ministri sex horas quotidie studiis impendant: aut, ut omnibus supra commemoratis materiis occupentur. Videat quisque, quid corporis & ingenii uires ferre ualeant. Non enim ita studendum est, ut ingenium atteratur, sed ut poliatur, & a rubigine conseruetur. Interim tamen nullus falso ualetudinis praetextu, otio & torpori se tradat. Qui enim a priuatis studiis abhorrent, in compotationes intempestiuas,*

4. Minister in priuatis studiis uires corporis & ingenii sui expendat.

---

legisse, ut non sine scandalo ex sopore quasi hoc erudito subinde excitare, & officii admonere ipsum adstantes necesse haberent. Ipse etiam recordor, uirum doctissimum, mihique olim amicissimum, postquam integras hebdomades in uariarum linguarum studio, quarum plures exacte jam callebat, consumpsisset, uix una alteraue hora ante signum, ad conuocandum coetum datum, meditationi habendi sermonis S. se accinxisse, ut nec in chartam conjicere summam ejus, nec, si spatium suppeteret, relegere posset; alterumque multae dignationis theologum libris suis ita se mancipare solitum, ut, quoties ad lectos aegrotorum ex muneris S. ratione uocaretur, aegre inde & nonnisi indignabundus, uel ad semissem horulae auelli se pateretur: cum reuera schola illic pandatur, in qua per totos uitae suae dies ea discemus, quae alibi nunquam didicimus, nec a quoquam doceri potuerunt. Ita miseri mortales in omnibus uitae generibus, passim necessaria negligunt, dum magno suo malo non necessaria multo, sed inani eheu! & poenitendo labore tractant.

* *Otio & torpori se tradat.* Haec pectori probe infigenda sunt, ut semper ante oculos habeant, qui uerbi ministerium non negotiorum negotium, sed suaue otium, peractis diligentia perfunctoria ordinariis laboribus, esse sibi somniant. Hos fucorum instar in

uas, interdum etiam in scelera incidunt. Otium enim est (ut ueteres dixerunt) molle puluinar Satanae. Et qui nihil agunt, male agere discunt.

Pluri-

---

apiarium sacrum inuolare sine ambitu & circuitione dixerim. Nec forte sibi dictum putant: Attende lectioni *1. Timoth. IV, 13.* in quae uerba grauis lectuque digna extat *oratio* J. JAC. BREITINGERI, Theologi Tigurini, *germanica in Miscell. Tigur. Vol. I. P. IV. n. VIII. p. 142. sqq.* assidueque etiam sacro munere jam fungentibus literarum studia continuandi necessitatem imponunt & urgent CASP. CRVCIGER, Theologus quondam Viteb. doctus piusque, *in praefat. in Margaritam Spangenbergii Lipsi. 1540. edit.* & MELCH. SYLV. ECKHARDVS, Theologus Hassiacus non contemnendus, *in past. conscientioso cl. III. qu. I.* num minister illaesa conscientia, cum nec otium nec media desint, librorum lectione abstinere possit? quod quinque rationibus: *Ob neglectum Apostoli mandatum, ob ignauum otium, ob concitatum Dei odium, ob profectus impedimentum, ob ignorantiae incommodum*, negat *pag. 247. sqq.* Exemplo sit Theologus Würtenbergicus, qui integro poene semiseculo coetui diuino inseruiit JOH. JAC. HEINLINVS; uerba Viri, diuinarum humanarumque literarum scientissimi, probe expendi merentur, quando saepiuscule est fassus: Quanto penitius in rerum causas inquireret, quantoque longinquius a litto-re uulgarium opinionum recederet, tanto se conspectius profundissimam rerum plurimarum insciciam agnouisse, & idcirco, ut eam quotidianis profectibus uelut abstergeret, perpetuam ad sepulchrum usque discendi necessitatem sibi impositam censuisse:" referente M. HESENTHALERO *in suada oclenni P. I. pag. 215.* Cum quo conjungi debet eruditionis, modestiae, diligentiaeque spectatissimae Theologus DAV. CHYTRAEVS, quem ferali lecto decumbentem narrat MELCH. ADAMI, cum ab assidentibus submisse aliqua de re disputari audiret, erecto, ut poterat, capite, eos rogauisse: clarius loquerentur, jucundiorem sibi discessum facturos, si moribundus etiam aliquid didicisset." *in uita ejus p. m. 329.* Scilicet uerbis utor BERNH. RAVPACHII *ex commentatione*

Plurimum ad acuendum judicium, in rebus theologicis, conducunt Disputationes, quae certo ordine & tempore* 5. Disputationum,

tione de officio Min. Eccl. ex mente & exemplo PP. Apostol. Kilon. 1714. in 8. §. XX. p. 154. seq. "quantos etiam"cunque in doctrinae coelestis co"gnitione fecerit progressus uir "Dei, quantumcunque habitum "in pietatis exercitatione contra"xerit, quantumcunque demum "in pascendo grege suo adhibue"rit studium, multa tamen adhuc "supersunt eidem tum discenda, "tum agenda, eritque semper, u"bi corrigenda quaedam, quae"dam supplenda, meliorique ra"tione instituenda reperiet, quo "majorem officii negligenter ad"ministrati culpam in se transfe"runt, qui, postquam sacram in"duerunt uestem, omnem de ma"jori in studiis incremento curam "exuunt, rei potius domesticae, "ut mitius loquar, quam diuinis "literis intenti, persuasique, tu"multuariam & undique corrasam "concionis materiam totam rem "conficere.

* *Disputationes.* Inuisi huic etiam bonarum mentium exercitio sunt fanatici, & uiri quidam politici, qui hanc ecclesiae, quam uocant, scabiem, qua ueritas amittatur, & contradicendi prurigine mentes hominum corrumpantur, finibus ejus tantum non eliminant & proscribunt. Eo tendit realis ille personatus DE VIENNA *in discursu ad* D. CHRISTIAN. THOMASII *philosoph. aulicam p. 269.* imo est, qui sub larua Orffyrei latet, cui capitale crimen & carnificis manu ulciscendum est, u. *Sammlung von alten und neuen theologischen Sachen A. 1724. P. I. p. 91.* Nostro autem tam laeua mens haud fuit, qui ipsis V. D. Ministris utilitatem disputationum theologicarum uehementer commendauit, & quo non sine fructu haberi queant, re-regulas aliquas ualde necessarias suppeditauit. Cum olim publicae disputt. per CHEMNITIVM Brunsuigae introductae essent, in prima MARTINVS, ille alter a LVTHERO, largiter effusis lachrymis gaudium suum testatus est, teste GASMERO *in uita* HENR. LAMPADII *lit. E 3.* Quales etiam antistites in Saxonia, & alibi passim in conuentibus suis habere solent, quod schediasmata egregia & perdocta subinde eum in finem edita commonstrant, licet, quod dissimulare nolim, nunc quidem alicu-

theologicarum utilitas.

pore inter uicinos Ecclesiae Ministros instituuntur. Quale hodie pium & utile disputationum exercitium DEI beneficio passim in hoc Ducatu uiget. Theses autem non sint multae aut superfluae: sed contineant assertiones uerae doctrinae. Neque aduersariorum argumentorum refutationes thesibus inserantur: ne opponentibus arma, priusquam ad conflictum ueniant, eripiantur. Argumenta, quae opponuntur, urgeantur, donec respondens opponenti (non contentioso) satisfaciat. Haec disputandi ratio in lucem producit uera & solida sincerae nostrae religionis fundamenta, sophismatum & paralogismorum uanitatem detegit: Judicium confirmat, & Ecclesiae Ministros ad defensionem ueritatis alacres, animosos & instructos facit.

6. *Colloquia priuata inter fratres fiant latino sermone*: ut pastores*

---

alicubi languidius & paulo rarius hoc fieri obseruatum sit. Extant quaedam nostra in patria Vratislauiae & Lignitii sub initium superioris seculi hujusmodi colloquiis destinatae thesium theologicarum partes, quod uero institutum ab eo tempore, ob causas, quas domi nouimus, etsi non adeo praegnantes, plane desiisse doleo. Compara, si lubet, ECKHARDVM *in pastore conscientioso cl. III. qu. II. p. 251. sqq.* D. ADAM. RECHENBERGIVM *disput. de officio theologi circa controuersias fidei. Lipsi. 1702.* JOH. RVD. BRACHVOGEL *de usu & abusu disputandi Erfordiae 1713.* D. J. G. ABICHTII *programma disputationibus theologicis in Athenaeo Gedanensi* habendis praemissum, quo prolixe *de ratione disputandi in theologicis* commentatur *Gedan. 1718.* inprimis uero J. CONR. DANNHAVERI *Ideam boni disputatoris & malitiosi sophistae Argentor. 1629. in 8.* & qui disputandi studio inclarescere data opera contendit, D. JOACH. LANGIVS *in methodo disputandi materiis theologicis* accommodata *Halae 1709. in 8.*

* *Latino sermone.* Latinae linguae usum in congressibus nostratium plane obsolescere saepius grauiter tuli, ob uaria, quae inde expectanda sunt incommoda. Neque enim nostris parcit hominibus acerrimus contemptus sui uindex PRISCIANVS: neque ea tempora amplius sunt, quo fratres Bo-

HEMI

ſtores uſum latinae linguae, quem in ſcholis ſibi compararunt, retineant, & ubicunque opus fuerit, expedite latine loquantur: non barbare, ſed (quoad ejus fieri poterit) pure & mediocri cum elegantia: non tamen affectate. Miniſtri latine crebro loquantur.

Sed

---

hemi a ſacerdotibus ſuis, neque linguarum, neque philoſophiae cognitionem requirere ſoliti ſunt. u. ordinem inter miniſtros eccleſiae ejus a J. COMENIO publicatum, & JOH. FR. BVDDEI cura recuſum *Halae 1702. p. 13.* ipſumque *in annot. pag. 69.* qui tantopere approbat, quod ipſimet fraudi ſibi eſſe poſtea cognouerunt (u. JOH. LASITIVM *de eccleſiaſt. diſcipl. fratr. Bohem. cap. IV. §. XII. p. 28. Amſt. 1660. in 8. ed.*) ut etiam SENECAE illud ſacris hominibus applicet: poſtquam prodierunt docti, deſierunt boni. Fuit noſtro etiam adhaec aeuo uir doctiſſimus, ſed fanaticiſmi ſtudioſiſſimus, HORCHIVS, qui eruditam hanc linguam Antichriſti linguam & theologo hinc abominandam pronunciare nihil fuit ueritus. apud BASHYVSIVM Juniorem *in tract. de uſu philologiae P. II. § XIII. pag 69.* Parum abeſt, quin eos hodie, qui in academiis theologiam magno juuenum, qui curtam ualde in academiam attulerunt linguae latinae ſupellectilem, concurſu germanica lingua proponunt, in eadem ex parte ſententia eſſe praecipiam, qui uero ſibi dictum putent, quod diſertiſſimus JAC. FACCIOLATVS ſuis inculcauit: Qui literis deditus eſt, aliis omnibus linguis carere poteſt, hac una non poteſt. Omnes enim artes ac diſci plinae latine traduntur; omnes academiae (utinam in Germania!) latino ſermone circumſonant; frigidus eſt Theologus, Philoſophus, Juriſperitus, qui ſuarum rerum grauitatem aliis uerbis aſſequi conatur, quam latinis.“ Nec ego uelim quenquam uerbis latiniſſimi oratoris PETRI BVRMANNI ab amore cultuque linguae latinae abſterreri: Stultum & inauditum pronunciantis, quicunque ultra prima elementa a ſacrae doctrinae ſtudioſis labor impenditur,“ *in orat. in humanitatis ſtudia pag. 294. P. I collect. Kappianae;* non enim ſuam expreſſiſſe ſententiam, ſed uulgi ineptam perſuaſionem perſtrinxiſſe palam eſt. *In orationibus de optimis ſtudiis exercit. liter. 2. pag. 282. edit. Lipſ.* Quanquam autem omnes dicendi

7. Epistolae. *Sed & epistolae ad amicos* literatos scriptae, sint latinae: in*

ueneres & oratorios calamistros in familiaribus eos colloquiis sectari utique opus non sit, detersa tamen barbarie conditam nitore aliquo sermonis orationem theologi esse posse, uel suo exemplo docuit DIONYS. PETAVIVS, e S. J. Theologus eruditissimus, qui barbarum & inquinatum multorum dicendi genus lepida ad ROT. MARESIVM *epistola* excusare conatus est, *in amicor. ad* MARESIVM *epistolis n. III. p. 551. sqq.* Egregia sunt, quae ad objectionem cujusdam TITII COTTAE, quem sibi fingit, *latinae linguae studium theologis* dissuadentem, excipit Vir clar. CHRIST. BECMANNVS: "Nemo latinam lin-"guam parui faciat. Nemo in-"utilem S. literis, aut minus com-"modam, sensu alicujus TITII pro-"nunciet. Praesertim cum ad an-"tiquos etiam illos ecclesiae do-"ctores, quos alioquin patres uo-"camus, recte intelligendos faci-"at; in quorum plerorumque "scriptis insignis eruditio juxta & "latinissima dicendi forma elucet: "quae deinde latius edisserit *in* "*manuduct. ad latinam linguam c.* "*II. ed. recentiss. p. 12.* Quibus ad-"di merentur FRIED. TAVBMANNI uerba non, quod uideri pot-"erat, hyperbolica: An studi-"um linguae latinae adeo sit ne-"cessarium, ut eo carere nulla" hodie possit liberalis disciplina?" ad hoc respondeo non tribus" quidem, quod solet dici, uer-"bis, sed uno: nulla, nec illibe-"ralis quidem disciplina; & pa-"rum abest, quin in calce ad-"dam, uix ulla pars christiani" orbis." *Dissertat. de lingu. lat. pag. 19.* conf. *necessitatem L.L. oratoribus sacris* grauiter persuadentes ROMVLVM AMASAEVM *in orationibus junctim editis rarissimis*, qui latinae linguae usum retinendum grauiter diserteque suadet *scholis II. p. 101. sqq.* JAC. PERIZONIVM *in uol. orationum clar. uirorum* a KAPPIO collectarum *T. I. Ora. VI. p. 154.* & ANT. WALAEVM *in oration. inaugural. supra alleg. p. 19.*

* *Epistolae ad amicos.* Semel iterumque hoc urget noster, quod omnino decus V. D. Ministro conciliare, & insignem simul utilitatem adferre potest. Quodsi praeceptis ad hoc indigeret, indigere autem uix potest, quem haec talia ea aetate, qua plan-

tis

in his enim major puritas & elegantia latini sermonis, quam in colloquiis extemporalibus, obseruari poterit.

lae ad amicos latine scribantur.

CAP. IX.

tis stare & laxiores inter habenas incedere cepimus, didicisse par erat, maxime commendatum sibi habeat libellum cultissimum JOH. HENR. ACKERI: *Methodus scribendarum epistolarum ad fontes purioris latii conformata Rudolst. 1710. in 8.* cujus concisam breuitatem in iis, quibus deficere uideatur, supplebit D. G. MORHOFIVS uariis consiliis, libris, obseruationibusque suppeditatis *in libello de ratione conscrib. Epp. edit.* a J. B. MAJO repurgatae *1694. in 8uo.* Plura qui desideret, fore mihi persuadeo neminem; quod hic etiam usus plurimum possit & solus fere artificem faciat. Exempli loco, in quod intueantur, & quod imitentur, inseruire possunt FRANC. MARTINI, Concionat. Epensis, *epistolae ad amicos Harderwic. 1658. in 12mo* editae, festiuae sane, lepidae, elegantes, doctae, ingeniosaeque, & quae de priuatis sacerdotum belgarum rebus multa nos docere queunt, sed quas ualde raras esse doleo.

CAP. IX.

DE

QVIETE ET RECREATIONIBVS.

Miniſtro quiete opus eſt.

REcte dictum eſt: Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Et arcus, etiam optimus, nimis diu intentus, corrumpitur, & inutilis redditur. Itaque theologiae ſtudioſus ſaepe aliquid quietis & recreationis interponat. Verbi gratia. Priusquam hora ſtudii tota ſit elapſa, ſurgat a libris, obam-*

---

* *Surgat a libris.* Hac cautione ualde opus eſt iis, qui intemperantia in ſtudiis, oculorum aciem ingeniique uim debilitant, & corporis animique uiribus fractis, uel morbos languoresque immedicabiles, uel praematuram haud raro ſibi mortem accelerant. Larga eorum ſeges eſt, & non paucos recenſuit, & *αὐτοχειρίαν* illicitam ipſorum arguit reuer. JOH. CHRISTOPH. TSCHANTERVS, V. D. Min. in Luſatia *in relat. hiſtorica*, exhibita ſub praeſidio BOETNERIANO antea *Lipſ. diſputatione* enata, *von gelehrten Leuten, die ſich zu Tode ſtudiret, Budiſſ. 1722. in 8.* quibus ſupplementa facili negotio ſcribi poſſent. Elegantiſſima etiam D. G. MORHOFII *oratio de intemperantia in ſtudiis & eruditorum, qui ex ea moriuntur, morbis*, conferri debet *in not. orationum* uiri incomparabilis *p. 106. ſqq.* legenda. Rectiſſime autem celeberrimus J. FR. BVDDEVS *in philoſ. pract. P. II. c. IV. ſect. III. §. III. p. 260.* Quod ſi aliquis ea agat, „quae officii & ſtationis, in qua a „ſummo imperante, ipſoque adeo „Deo collocatus eſt, ratio poſtulat, indeque uitae finis accelera„tur: hoc quidem juſſu ipſius Dei „fieri cenſendum eſt, adeoque ab „omni *αὐτοχειρείας* crimine, me„rito abſoluitur.“ Ceteroquin OSIANDRI conſilium, medici celeberrimi TH. BARTHOLINI conſenſus & exemplum, egregie confirmant, cujus uerba ex pluribus quaedam dare ſufficiet: Medicinae praece„pta in omni uitae genere ſeruan„da, quae librorum helluonibus, „qui chartis ſemper impalleſcunt, „in memoriam reuocare officii mei „par-

obambulet in ſuo Muſeo, ut cerebrum pauliſper quieſcat. Et, ſi in muſica inſtrumentali peritus eſt, ludat paululum inſtrumento aliquo muſico, quo recreetur, & paulo poſt ad ſtudia alacrior redeat. Etſi enim interdum animus (praeſertim in jucundioribus ſtudiis) ita ardet, ut putes, te librum non poſſe e manibus deponere: tamen qui ſemel in die ingenium continua lectione defatigauerit, atque obtuſum quaſi reddiderit, is eo die, aut certe aliquot horis ſequentibus, non multum in ſtudiis efficiet: taliſque intempeſtiua diligentia curſum ſtudiorum magis impediet, quam promouebit. Quin etiam in ſeptimana dimidium, uel etiam

---

"partem exiſtimo. Et ſi me audi-
"re uelint, exemplo meo diſcant,
"quod ſerius didici, poſt coenam
"lectioni & ſcripturae parcere, no-
"ctem quieti concedere, nunquam
"de die mediam horam ſedendo,
"ſcribendo aut legendo continue
"impendere, ſed uel ſtando uel
"ambulando legere, & ſcripturam
"quouis horae quadrante inter-
"rumpere. Ita a me jam a mul-
"tis annis ſtudia tractantur, quia
"ſine ſanitatis detrimento, aliam
"uitae rationem non licet inire.
"Fateor peccaſſe me junioribus
"annis intemperantia quadam ſtu-
"diorum. Sed ſpectandum, quid
"fieri Romae debeat, non quid
"factum ſit. Conſilia meliora
melius edoctis & meo & aliorum
exemplo dare poſſum, *in tract. de libris legendis diſſert. VI. pag. 180. ſq.* FRIED. tamen SCHRADERVS *in diſſ. de eruditorum ualetudine doctiſſima*, & ſupra ad C. V. jam laudata lucubrandi ſtudium non plane improbat §. *XVIII. & XXII.* add. GABR. NAVDAEI *quaeſtio* ſatis *philologica: An matutina ſtudiis ueſpertinis ſalubriora?* & GEORG. WOLFG. WEDELIVS *de diaeta literat.* §. C. *p. 21.* Conſuetudini fortaſſe aliquid concedi poteſt, ita tamen, ut attendi magis debeat ad regulam, quam celeb. J. J. BEIERVS ſuppeditat: Vigiliae antelucanae & ma-" tutinae, quemadmodum muſis" eſſe ſolent gratiores, magisque" proficuae; ita & ſanitatis cauſae" praeferendae nocturnis." *De literatorum ſanitate tuenda Sect. VII. n. XII.* Peccaſſe hac etiam in parte ſe magno ſuo malo expertus eſt PEIRESCIVS teſte GASSENDO *in uita ejus Lib. VI. p. m. 354.*

iam totum diem, prorsus a studiis abstineat: ut postea ad ea majore desiderio redeat. Neque sic literis incumbat, ut inde odium literarum concipiat.

Recrea- *Recreationibus etiam* * *Minister Ecclesiae licitis, & ipsius uoca-*

---

* *Recreationibus etiam.* Nihil hic praecipitur, quod pietati christianae & decoro S. muneris repugnet: Prudentiam potius atque moderationem singularem spirant omnia. Lusus honestos inter alia sacerdotibus concedit. Deus bone! quot quantosque tumultus quidam nouelli pietatis singularis doctores, si forte haec legant, excitaturi sunt, qui omnes omnino sine discrimine lusus, ceu piacula & carnis opera, nimio rigore culpant, proscribunt, damnant. Imo uero quot quantosque jam excitauit GOD. ARNOLDVS *in hist. haeret. sua* in B. nostrum OSIANDRVM acerrime inuectus, cujus tamen calumnias absterſit diligentia doctissimi AND. DAV. CAROLI *in der Würtenberg. Unschuld P. III. c. III. §. II. p. 387. sqq.* Sed bene est, quod theologi superiorum temporum uere pii solideque docti laruatos hujusmodi catones agere noluerint. Neque recreationes minus decentes u. g. chartas lusorias, choreasque, quae juuentuti certis honestatis limitibus coarctatae concedi possunt, V. D. Ministris commendauit OSIANDER, utrasque enim grauitati & decoro muneris S. non respondere intelligebat. Adeoque chartas lusorias manibus euangelicorum ministrorum merito excussit ANONYMVS *in Priester-Klage und übler Nachsage P. II. c. XLIII. pag. 261. sqq.* qui alias etiam infra dignitatem muneris S. positas recreationes refert & rejicit *c. XXXIV. p. 223. sqq.* add. *der exemplarische Priester cap. IX. p. 162. sqq.* In eosdem uero, saltando se publice prostituentes, jure meritoque inuectus est C. DIETERICVS *in Cohel. c. III. serm. V. p. 214.* add. ECKHARDVS *in past. conscient. cl. V. qu. VI. p. 291. sqq.* KIL. RVDRAVFF *in instit. moral. christiano-peripat. ex. XVII. qu. IX.* Imo uero hoc etiam cum aliquo temperamento & debita circumspectione aliquando Ministris V. D. indulgent nobilissimus JVL. BERNH. VON ROHR *im vollständigen Ober-Sächsischen Kirchen-Rechte Lib. II. c. I. §. XXII. p. 317.* Theologus magnae eruditionis accurationisque J. P. GRVNEBERGIVS *in diss. de*

uocatione non indignis animum erigat, & corpus exerceat. Qui enim omnibus recreationibus carent, facile in Melancholicos morbos incidunt: itaque interdum miseriam ex animo exspuere decet. Sunt autem multa, quae uel animum recreant, uel corporis sanitatem conseruant, uel utrumque praestant. Deambulationes in locis amoenioribus, praesertim in salubriore & temperato*

tiones licitas ecclesiae minister quaerat. Recreationes

---

de saltatione Christiano licita Rostoch. 1704. quaest. III. lit. D. 2. J. GVIL. BAYER, acerrimus morum sui ordinis alias censor, *in dissert. de decoro minist. eccles. §. XV. pag. 27. sq.* & JCtus celeberrimi nominis ULR. HVBERVS apud BENTHEMIVM *im Holländischen Kirchen-Staat P. II. p. 311.* Quamuis ego quidem satius esse duxerim, ut ab omni saltatione Clerici omni tempore, cumprimis nostro, quo tristissima inter fata misera Zion in squalore gemit ejulatque, abstineant, atque optimam animi sui recreationem in jucundioribus studiorum partibus, ceu condimentis quibusdam, sibi quaerant.

* *Deambulationes.* Peripateticos esse hoc sensu V. D. Ministris magnam saepe utilitatem adfert, ne malum hypochondriacum, mille malorum lernam, aliosque continuo sedendo morbos sibi attrahant. Ingenioſe tanquam remedium, quod ad tuendam contra plurimorum morborum insultus ualetudinem, utramque paginam faciat, deambulationes animi recreandi causa instituendas commendat ANONYMVS *in libro*, quem uocat *Gespräche im Reiche derer Weltweisen Hal. 1722. in 4. ed. P. VII. colloqu. XXXII. p. 313. sq.* conf. quae *de uariis corporis exercitiis* praecipiunt GREG. HORSTIVS *de tuenda sanitate studiosorum Lib. I. cap. VIII. p. 1060. sqq.* JOH. JAC. BEYER *de literatorum sanitate tuenda Sect. VIII. pag. 34. sq.* G. WOLFG. WEDEL *de diaeta literator. Sect. III. c. II. pag. 23. sq.* G. E. STAHL *peculiari dissert. de motus utilitate in uariis morbis Hal. ed.*, & qui equitandi usum eruditis ualde commendat FRIEDER. SCHRADERVS *diss. allegata de erud. ualetud. §. X.* cujus quaedam saltim uerba ex § *XIII.* excerpere lubet: Dicam aperte, nisi modera-“ to corporis motu & membrorum“ suaui exercitatione ista quies (e-“ ruditorum sedentariae uitae) tem-“ peratur & interstinguatur, inqui-“ eta fit; prouentus humorum in-“ uti-“

ministrorum, quales esse possint. *perato aëre, animum & corpus reficere possunt. Sunt & lusus honesti, qui corpus exercent, & animum simul delectant. Quidam tornandi arte*: alii piscando, aucupio & similibus exercitiis delectantur: talia autem omnia suo loco & tempore fiant. Sunt, qui*

"utilium alias excernendorum se-
"quitur, nec secretiones sufficien-
"ter in uisceribus fiunt, uel se-
"gniores redditae debite excitan-
"tur, sed sequuntur humorum co-
"agula, impuritatum collectiones
"& stagnationes, quae grauissi-
"ma mala in corpore pariunt.
"*De equitandi exercitio sanitati* ual-
"de commendabili *pec. differt.* cita-
tus jam aliquoties D. J. Jac. Bay-
ERVS & D. Michael. Adolphvs,
Silesiorum eruditorum extra Sile-
siam decus & gloria, *A. 1727. Lipsiae*
egerunt. Notari autem uerba D.
J. Gvil. Bayeri Jun. merentur,
qui equo uehi pastorem concedit
hac addita cautione: "Solius ob-
"lectationis causa, & nimis fre-
"quenter equo uehi, eoque splen-
"dide phalerato & desultorio, aut
"artem equestrem ostendere, cum
"munere & modestia pastoris
"haud congruit, prout ex aduer-
"so omnimoda in regendo equo
"negligentia aut imperitia risum
"ac scommata excitare solet. *dis-*
sert. de decoro minist. ecclesiae Al-
torf. 1715. §. XIV. p. 26.

* *Tornandi arte.* Quam principibus etiam placuisse uiris, in uulgus notum est. Vid exempla copiose adducta a clar. Joh. Henr. Ernesti, Prof. Poës. Lipsiensi, *in diss. de non indigna principibus delectatione ab artibus mechanicis petita Lipsiae 1691.* Erasmi Franciscī *in der lustigen Schaubühne Part. III. conuers. I. pag. 534. sqq.* & Thom. Garzon *Piazza uniuersale disc. CV. pag. 864, sqq.* Mich. Piccartvm *in obseruat. historico-politicis dec. I. cap. V. p. 35.* Bene autem allegatus D. Bayervs §. *IX. p 35.* inter exercitia corporis, quae sine motu progressiuo fieri possunt, toreutice, siue artificium tornandi, ut neutiquam est ludicrum & indecorum, ita conseruandae literatorum ualetudini singulariter congruit. Libellus exstat aliquoties editus, nec tamen satis cognitus Joh. Eberlin, Vlmensis tempore Reformationis Pastoris, quam uocat: *Artiul oder Regels-Brief, wie der Pfarr-Stand recht anzufahen, und wie sich ein Prediger in allem seinem Thun halten soll,*

in

qui conficiendis instrumentis musicis gaudent. Alii pingendo aut sicul-*

in eo uir magnae pietatis singularisque prudentiae inter multa alia, quae probe pensitanda sunt, etiam monet: *Fleissiget euch irgend eine Arbeit zu lernen zur Ubung des Leibes und zu Vergehung nützl. die Zeit, darinn ihr zu andern Ubungen unlustig seyd. Arbeiten ist ehrlich, so dass man auch etzliche Fürsten findet, die das Drechsler-Handwerck und dergleichen lustige Arbeit mehr gelernet haben, die Zeit dadurch zu kürtzen und zu uertreiben. Denn ohne Arbeit des Leibes mögt ihr nicht lange ohne Schaden eurer Sinne, eures Dinges und Geschäffies warten, ihr müst zuletzt auslauffen, hin und her spatzieren für die lange Weile, welches ohne euren mercklichen Schaden nicht wohl kan geschehen. Auch würde es euch nützlich seyn im Hause zu eurem Gebrauch, ihr uertreibet euch hiermit uiel melancholischer Fantasey. ed. Luneb. 1638. in 12. p. 18.* conf. CHR. WILH. LOESCHERI *diss. de ueterum consuetudine literarum studio opificia jungendi Vit. 1696.* hab. & SCHOOCKIVM *in exercit. uar. pag. 270.*

* *Pingendo.* Summam ex hac arte medios inter labores percipi jucunditatem, dictis exemplisque artificum erudite probat uir magni nominis, & pingendi studio ipse a teneris deditus JOH. SCHEFFERVS *in graphice s. de arte pingendi* §. *V. p. 29. sq.* Quamobrem olim in Graecia tota pueros ingenuos picturas didicisse, & idem latinis VARRONEM suasisse refert *ibid.* §. *LXV. p. 194.* Conf. GARZON *l. c. disc. XC. p. 767.* Imo uero celebrantur etiam Caesares quidam ab artis hujus peritia, quos uide apud GERH. JOH. VOSSIVM *de IV. artibus popularibus c. V. quod totum Graphicen complectitur* §. *LVI. p. 89.* add. M. JOH. DAVW, V. D. Min. prope Hafniam in Dania, *in Kunst- erfahrnen Schilden und Mahler Hafn. 1721. statim p. 1. sq.* ut VASARIVM, SANDRARTVM, FALIBIEN, PILES, aliosque, qui historias pictorum celebriorum dederunt, omittam. Notatu dignum est, quod de summo literarum literatorumque patrono NIC. CLAVD. FABRIC. PEIRESCIO narrat PETRVS GASSENDVS: Frequenter testatum esse, poenitere se maxime, quod a teneris usque annis pingendi artem non didicerit, optareque, si fieri posset, digitis duobus sinistrae manus redemptam peritiam, qua dextra careat, *de uita ejus L. VI. p. 407.*

sculpendo sese oblectant. Aliqui Musica uocali, alii instrumentali*

p. 407. Ars enim haec reuera peculiare Dei donum est, quod magnifacere quisque debet, ut insanire Mahumedanos oporteat, qui diaboli inuentum factumque esse sibi persuadent u. FRANC. SANSOVIR *von Ursprung und Kriegen der Türcken c, XXXV. f. 101.*

* *Aliqui Musica.* Quem fugit, ad compositae mentis sapientiam, ad curarum leuamen, ad laboris taedia dispellenda, ad spirituum denique recreationem, musicam artem multum posse? Ipse B. LVTHERVS ejus usum in pellendis curis & fassis excitandis spiritibus aliis praedicauit, & ipse haud raro in insultibus melancholicis hoc remedium salubre & efficacissimum inuenit. Vid. quae de amore ejus in hanc artem collegit M. CHRISTOPH. FRICIVS *im Bericht uom Ursprung, Gebrauch und Erhaltung Christl. Music. Luneb. 1631. in 8. Libro bonae frugis plenissimo Part. I. pag. 64. sqq.* add. MICH. PRAETORIVS *in syntagmatis musici* (operis doctissimi & multis nominibus commendandi) *Tom I. P. II. p. 451.* inde uerba WALTHERI, Musici illius temporis praestantissimi, cum opus paulo rarius compareat, in nostras areolas deriuare operae pretium erit: *Ich weiss und zeuge wahrhafftig, dass der heilige Mann GOttes Lutherus, welcher deutscher Nation Prophet und Apostel gewest, zu der Music in Choral- und Figural-Gesang grosse Lust hatte, mit welchem ich gar manche liebe Stunde gesungen, und oftmahls gesehen, wie der theure Mann uom Singen so lustig und frölich im Geist ward, dass Er des Singens schier nicht konnte müde und satt werden, und uon der Music so herrlich zu reden wuste &c.* Egregie haec confirmant, quae in B. Viri *colloquiis latinis* leguntur *Tom. II. p. 116.* quae ob raritatem libelli huc transferre non pigebit: *An 38. 17. Decembr.* cum" D. M. LVTH. Cantores apud se" haberet, egregias mutetas canen-" tes, admirans dixit: Cum De-" us noster huic miserae uitae &" cloacae tanta dederit dona e-" gregia, quid in uita aeterna fiet, ubi omnia erunt perfectissima" & jucundissima - - Musica" est dimidia disciplina, quae ho-" mines reddit mansuetiores. De-" inde canebantur cantilenae SEN-" FLII ualde egregiae, quas D. M." admirabatur & dicendo lauda-" bat: talem mutetam ego com-" pone-

tali recreationem quaerunt. Neque tempestiua & frugalia conuiuia atque sympoſia (non temulenta) cum amicis instituta reprehen-*

"ponere nequaquam posſem, et- "iamsi mihi praesumerem. - - "Musicam semper amaui, qui mu- "sicam callet, bonae est noti- "tiae, & necessario in scholis est "conseruanda, ludimoderator ar- "tem musices scire debet, alias "scholae est inutilis, & adolescens "antequam ad ministerium ordi- "netur, exercendus est in schola. Theologum autem plane artis musicae peritia sine magno suo incommodo carere non posse, adserit CLAVD. SEBASTIANVS, *in bello musico*, festiuo lepidoque libello praefat. certe ipsius exercitio arduas muneris sui curas distinguentem, nihil grauitate ejus indignum facere probauit WOLFG. CASP. PRINZ *in historischer Beschreibung der edlen Sing- und Kling-Kunst c. VI. §. XLVIII. p. 69.* add. D. CASPARI *in praelect. de futuri theologi studio §. LXXXVI. p. 40. sq.* Siquidem uel uoce uel fidibus canendi peritus sit, quod de maximis saepe theologis dici non potest. Memorabilia omnia MÜLLERI de D. STEPH. CLOZIO magno certe Holsatorum Praesule uerba sunt: "Nactus adeo erat ingenium ad omnia capax, nisi forte musi- "cam excipias, quam quidem ae- "stimabat, nec exprimere tamen" ualebat apud WITTEN. *in memor. theolog. renou. Vol. II. pag. 1019.* De SAM. MARESIO incluto inter Reformatos theologo idem refert BENTHEM *im Hollandischen Kirchen-Staat P. II. p. 244.* conf. VINC. PARRAVICINI *singularia de uiris erud. cl. centur. III. num. XLVII. pag. 175.*

* *Frugalia conuiuia.* Equidem nec desunt, qui culices colantes camelos deglutiunt, quos omnibus & singulis conuiuiis Clericos arcere uideas: cum tamen ipse Christus & Apostoli conuiuiis interesse sibi dedecori non existimauerint. Infinitos exantlasse BVGENHAGIVM, cum Brunsuigae haereret, labores, constat; nihilominus quando ad honesta conuiuia uocatus est, maxime hilarem se praebuisse auctor est GASMERVS *in uita H. Lampadii Hamb. 1598. in 4. ed. L. D.* Equidem magis aliquando ea & plura fugere debere V. D. Ministrum, quam studiose quaerere, non disceptabo; Probe enim ob oculos uersari debet D. AMBROSII admonitio: Caueamus, ne, dum" "rela-

prehendi debent: quae ad liberalem & honestam hilaritatem sint compa-

"relaxare animum uolumus, solua-
"mus omnem harmoniam, quasi
"concentum quendam bonorum
"operum, usus enim cito inflectit
"naturam *L. I. offic. c. XX. p. m. 64.* rogatum tamen salua conscientia & non sine utilitate conuiuarum accedere, aliquando etiam frugalem mensam ipsummet apparare posse, nullus dubito; si modo ea probe obseruentur, quae accurate monet B. J. Lvd. Hartmannvs *in pastorali euangel. Lib. II. c. VII. p. 303. sqq. edit. recentissimae.* conf. si lubet, quae scripsimus *P. I. der uerkehrten Bibel p. 622.* Integram rigidiori etiam hac in parte Gisb. Voetio, etsi absolute non damnet, (uid. *disp. ejus select. T. IV. disp. de excelsis mundi P. III. §. III. pag. 396.*) & *polit. eccles. P. II. L. II. tr. III. c. III. p. 429 sqq.* opposuit *dissertationem* Mart. Schoockivs, quae inter junctim editas *XX.* est. *p. 273. sqq.* Conf. J. Andr. Qvenstaed. *ethica pastoral. mon. XLVI. p. 295. sqq.* Nicol. Hemmingivs *in pastore P. III. p. 100. sqq.* & ex JCtor. ordine illustris Jvst. Henning. Boehmer. *jus ecclesiastic. protestant. L. III. tit. I. §. LXX. p. 113. sqq.* "Qui crederem, inquit, "sane, consultius esse, ut ministri ecclesiae frequentius in-
"teressent conuiuiis, quorum intu-
"itu forsan plures excessus inter-
"mitterentur, qui alias committi
"solent. Non nego quidem, no-
"stra conuiuia non amplius esse a-
"gapas, interim cum prorsus abo-
"leri haud possint, etiam ministris
"ecclesiae opera danda, ne occasi-
"onem intermittant, quouis modo
"illa praecauendi, quae alias in
"perniciem degenerant." Idem plane sentit uener. Joh. Gvilielm. Bayer. *in dissert. de decoro minist. eccles. §. XIII. p. 22. sqq.* Addo ego, qui tamen fateor, me magnatum mensas cum naturali quadam auersione, tum ob admonitionem Salomoneam *Prou. XXIII, 1.* abhorrere, apud R. C. uix unquam ex proceribus aliquem conuiuium apparare, cui non unum alterumue ex clericis suae religionis adhibeat; quae res in honorem non modo S. ordinis uergit, sed tristem aliquando etiam primamque occasionem dedit nostrates a nostris abstrahendi sacris, aut saltem uiam in animos eorum muniendi. Auctor ego suasorque fuerim, ut inuitatus ad hujusmodi mensam V. D. Minister accedat recens a lectione

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0232
DFG

comparata. Exercitium uero plantandi arbores, & uarias herbas (ad utilitatem & jucunditatem comparatas) homine liberali admodum dignum esse judico. Sunt, qui per artificiosas destillationes,*

---

one libri longe utilissimi, &, si hypotheses religionis suae admixtas exceperis, uix satis laudandi: *Le Theologien dans les conuersations auec les sages & les grands du Monde*, dicti, *& Paris. 1704. in 12. ed.*, qui materiam discursuum habendorum, formamque illorum decentem, & cautelas oppido necessarias larga manu suppeditabit. Tuo, Lector, judicio permittam, quod refert PETR. GONEZICK, Willechrad. Prof. Ordin. Cisterc. *in quaest. selectior. controu. Prag. 1713. edit.* militem a sacerdote quodam conuersum, quod, renuente alterius confessionis Clerico, cum ipso biberit. *p. 348.* Ipsi uero V. D. Ministri, si conuiuia parent, cum fratribus uicinis collegium augendae eruditionis theologicae ergo instituere utiliter & summa cum laude possunt; quale quid suo loco habuit, & pecul. schedа descripsit uir longiori uita dignissimus, CHRIST. GRVNDMANNVS, & maxime suasit pecul. oratione magnae inter suos auctoritatis Theologus, J. JAC. BREITINGERVS *in miscell. tigur. P. III. Sect. VI. num. VII. pag. 724. sqq.* qui consilia ad propositum hoc felicius exsequendum simul suggerit optima. Vnum addo ex rectissimi moris exemplo, S. HIERONYMO ad NEPOTIANVM scribente, uerbum: Mensulam tuam pau-„peres & peregrini, & cum illis„ Christus conuiua nouerit.„

* *Plantandi arbores. Eruditos hortorum cultores pecul. dissertat.* stitit uener. Lubecensium Praesul G. H. GOEZIVS *Lubecae 1727. recusa.* Nec ipse LVTHERVS ab exercitio hoc & recreationis genere abhorruit, cujus hortum JOH. STIGELIVS *P. I. poëm. pag. 204.* aut *edit. opt. & locupletissimae Jen. 1606. Volum. I. Lib. IX. p. 420.* aliique illius temporis Poëtae carminibus suis celebrarunt, addat. TREVER *in diss. de charactere animi Lutheri p. 48.* in illo cum MATTHESIO considens, ridente formosissima anni parte, uere aliquando B. Vir exclamabat: *Wann nur die Sünde weg wäre, wollten wir uns gerne an einem solchen Paradeiß genügen lassen.* Referente MATTHESIO *in*

tiones, aquas & olea ad conseruationem uitae humanae salutares, extrahere norunt: quod genus recreationis praeter honestissimam uoluptatem etiam magnam utilitatem habet: non enim omnibus, aut semper, Pharmacopolia ad manum esse possunt.*

Haec

---

1. Corinth. c. XV. cum quibus conferri possunt, quae magnus inter eruditos hortorum cultor LIPSIVS habet *cent. III. epist. miscell. num. LXXIX. pag. 302. Tom. II. edit. Vesal.* & quae S. HIERONYMVS Monachis praecipit apud MART. SCHOOCKIVM *de bonis uulgo ecclesiasticis Sect. II. c. XX. p. 328.* Laudatus saepe BAYERVS OSIANDRINVM illud omnibus aliis oblectamentis praefert *in dissert. allegata de minist. Eccles. decoro §. XIV. p. 25.* Pastoribus etiam in pagis occasio ejus sua sponte se offert; Quamobrem ut sedulo legatur, commendari debet AEGID. VAN DER MYLEN *oblectatio uitae rei rusticae Sed. 1633. in 12. ed.* libellus eleganter docteque scriptus; Cujus huc inprimis *c. IX. de laude studii hortensis* spectat *pag. 76. sqq.* & si poëtica allubeant, animi recreandi gratia addi possunt elegantes hortorum libri REN. RAPINI, e societ. Jes. Poëtae suauissimi excellentissimique, Vltraj. *additis nonnullis aliis lectu non indignis 1672. in 8.* ex quibus quidem rem hortensem ex fundamento didicerit nemo; eruditam tamen, nec inutilem penitus, delectationem quilibet capere poterit. Quodsi uero penitius hortos colendi studium quis penetrare uelit, ei prae multis aliis sedulo uoluendum suaserim HENRICI HESSI L. *teutscher Gärtner* dictum & *Lipsi. 1710. in fol. edit.*, qui accurate & perspicue materiam hanc pertractauit.

* *Magnam utilitatem.* Adscribam cautelae loco hic uerba optimi pientissimique Theologi BALTH. BALDVINI ex ejus *institutione minist. uerbi cap. XXV. pag. 273.* Aliqui cum forte herbulae uni-" us uel alterius uires norunt, u-" rinae qualitates discernere pos-" sunt; medicinam exercent, sae-" penumero non sine detrimen-" to ministerii sibi commissi: &" hi abutuntur in rem suam ex-" emplo Lucae Euangelistae, quem" Paulus uocat Medicum *Col. IV, 14.*"

"Sed

Haec autem atque hujusmodi exercitia & recreationes ita instituantur, ne uel in publica uocatione aliquid negligatur: uel animus ita a studiis auocetur, ut ex istis parergis ἔργον fiat. Nec interim studia prorsus jaceant: nec tempora studiis aptissima istiusmodi exercitiis & recreationibus intempestiue absumantur. Quibus autem sua uocatio & studia cordi fuerint, hi in rebus his facile modum adhibere poterunt, & a recreationibus suo tempore ad studia redire ipsi cupient.

CAP. X.

"Sed cur non etiam pictoriam "exercent? cum Lucas ille etiam "pictor fuerit, teste NICEPHO-"RO *Lib. II. hist. eccles. cap. XLII.* "Nihil certi constat, an Lucas "durante suo ministerio artes il-"las exercuerit, NICEPHORVS i-"psum potius ad Christum con-"uersum pro corporum curato-"re animarum medicum factum scribit. Etsi maxime exercu-" isset, ex iisdem tamen causis fa-" ctum esset illud, quas de Paulo" modo allegauimus. Si quis Do-" ctorum Eccles. in medicina ali-" quid praestare potest, non fa-" ciat ex eo mercimonium, sed" charitatis officium, cauens sem-" per, ne sibi ἀλλοτριοπραγία" aut φιλαργηρία objici possit."

CAP. X.

DE OECONOMIAE RATIONIBVS RECTE INSTITVENDIS.

Minister Ecclesiae quomodo oeconomica curare debeat.

QVi neglectis priuatis studiis totos augendae rei familiari sese tradunt, ut diuitias corradant, in unam partem grauiter peccant. Qui uero oeconomiae administrationem ita a se rejiciunt, ut ne inspiciant quidem, quid in domo agatur, & quid obsit aut prosit familiae honeste alendae, ii in alteram partem delinquunt. Singulis igitur diebus, uel certe semel atque iterum in septimana ad oeconomiae administrationem Minister respiciat, ne quid ea detrimenti capiat. Id quod*

---

* *Totos augendae rei.* Saluberrimum auctoris consilium utinam plures sequerentur! Non paucos enim inueniri, qui boues magis quam oues, sues quam suos, aurum quam animas curent, adeoque rei familiari augendae, quam commissum sibi curandi gregem multo majorem operam impendant, uetus querela est. Magna cum libertate indignabundus eam repetiit uir clar. THOM. CREEN *in meditat. german. in passionem Christi P. II. med. XLVII. p. 221. sq.* nata hinc B. J. GERHARDO quaestio est: *An armenta alere & agriculturam exercere Ministris Ecclesiasticis plane sit prohibitum?* quam accurate decidit, & exemplo SPIRIDONIS, qui cum Episcopatus munere fungeretur, oues etiam pauerit, illustrat *in locis theolog. T. VI. §. CCCXXVII. pag. 517. sq. ed. minoru.* Ea enim pluribus in locis V. D. Ministrorum conditio est, ut uere scripserit MELANCHTHON: „Pastores Ecclesiarum in pagis, si non sint mediocres oeconomi durissime uiuent. Et aliqui propter egestatem sunt molesti quaestoribus & aliis.“ *In epistolarum uolumine Lugd. Bat. 1647. ed. pag. 516.* conf. MART. SCHOOCKIVM *in exercit. uar. dissert. XIX. p. 270.* Grauiter autem & erudite, quicquid in cura oeconomiae V. D. Ministro liceat,

quod facere satis commode poterit iis horis, quae a priuatis studiis erunt uacuae. Mandabit igitur eo tempore principalia, quae familiae mandanda erunt. Detrimenta oeconomiae auertat. Si quid corrigendum erit, fiat id non conuiciis aut morositate: id enim familiae animos a patrefamilias abalienare solet: ut adueniente ipso cohorrescant, ejusque tergum quam uultum aspicere malint. Meminerit igitur, in rebus humanis nihil esse omni ex parte Hausmeister.

---

ceat, deceatque eum, edisserit, & exemplis ueterum illustrat B. BALDVINVS *in instit. minist. eccl. c. XXV. p. 275. sqq.* conf. D. J. GVIL. BAYER *dissert. cit. de decoro ministri eccles. §. XVI. p. 28. sq.* Exempli loco esse potest summus seculi superioris Theologus JAC. HEERBRANDVS, de quo *in orat. funebri* ERH. CELLIVS, Orator & Poëta Tubing. *in ornt. 1600. in 4. edit. fol. 53.* "At qualis Oe-"conomus! non quales multi do-"ctorum & philosophorum, qui, "deposita omni rei domesticae cu-"ra, studiis addicti suis, iis, tanquam "spuma saxis, adhaerentes, negli-"gentiores opum esse solent. No-"ster uero, etsi conjugem quidem "ipsius rei familiaris scientissimam "fuisse dictum est, cui praecipuum "hujus onus rei erat impositum: "tamen se multorum fieri patrem "liberorum uidens; oeconomiam "& ipse decenter & honeste cura-"uit, & cum a socero hic suo prae-"dia optima nactus esset; illud-que lucrum e terra nascentibus" proueniens, pium, honestum," Deo gratum, & ipsius benedicti-" one plenum esse non ignoraret:" Suis laboribus etiam haec egre-" gia locupletasset accessione: ex-" emplo patriarcharum, magnatum," regum etiam, arborum, horto-" rum, uinearum & rerum consi-" milium plantatione, insitione, cu-" ratione, tanquam CATO CICERO-" NIANVS ille, plurimum est dele-" ctatus: si quid officiis publicis &" priuatis etiam studiis succidere" potuit temporis, huc, tanquam a-" nimi relaxandi gratia, utiliter fru-" ctuoseque contulit:" quae simul, eruditis hortorum cultoribus theologum hunc accensere jubent. Quanta uero animi moderatione opum suarum cumulum adspexerit, & quam in pauperes, exules, studiosos, liberalis fuerit, prolixius idem in eo praedicat & extollit, quam ut huc transferri queat: quod tamen non sine summa animi uo-

parte beatum: itaque aliqua, quae corrigi omnino non possint, dissimulare & tolerare oportebit. Facilius enim tibi aliquam perfectionis Platonicam Ideam animo conceperis, quam omnes familiae errores prohibueris uel correxeris.

Minister ad pietatem familiae.

Inprimis autem Minister Ecclesiae hoc agat, ut familia sua sit pia, honesta, & audiendis sacris concionibus, aliisque pietatis exer-*

---

luptate me legisse fateor. Sin V. D. Min. libro opus habeat, quem in consilium uocet, sufficiet uiri multa experientia in his rebus exerciti *Schlesisches Wirthschaffts-Buch, editione 2da auctior sign. A. 1712. in 4.* quem praefatione mea primo S. muneris anno (in pago tum constitutus) me commendasse nondum poenitet.

* *Familia sua sit pia.* Domui ut suae Pastor bene praesit, praeceptum Paulinum est *1. ad Timoth. III, 4.* hoc ut facilius praestari queat, ea, quae OSIANDER hic jubet, obseruare accuratius non parum juuabit. Consuli autem merentur aurea plane monita B. LVTHERI apud CONR. PORTAM *in pastorali Lutheri cap. XI. n. VII. p. 221. sqq.* B. BALDVIN. *in instit. minist. eccles. cap. XXVI. p. 287.* J. A. QVENSTAED. *in eth. pastor. mon. XLII. p. 273.* D. J. LVD. HARTMANNVS *in pastorali euangelico L. XI. c. VI. §. VI. p. 288.* & MISANDRI titulo notissimus Polygraphus J. SAM. ADAMI in tractatu in uulgus noto: *der Exemplarische Priester.* Addo quaestionem aliquibus hoc aeuo ualde necessariam: *Quomodo Pastor conscientiosus se absque scandalo recte gerere possit, si forte rixosam & morosam nactus fuerit uxorem?* a B. MELCH. SYLV. ECCARDO tractatam esse in opusculo longe utilissimo, quod *pastorem conscientiosum* inscripsit, *cl. IV. quaest. IV. p. 273. sqq.* Iterum uero iterumque inculcari debet, quae HIERONYMVS *in epitaphio* NEPOTIANI HELIODORVM monet: In te" omnium oculi diriguntur, domus" tua & conuersatio tua, quasi in" speculo constituta, magistra est" publicae disciplinae, quicquid fe-" ceris, id sibi omnes faciendum pu-" tant. Caue, ne committas, quod," aut qui reprehendere uolunt," digne lacessere uideantur, aut" qui imitari, delinquere cogan-" tur." Seuera inprimis est, quae huc spectat sententia, celsissimi Elect. Brandeb. JOH. GEORGII, quam in *articulis uisitat. A. 1573.* publica-

exercitiis plebi bono exemplo praeluceat. Vestitus sit honestus: non autem luxuriosus. Liberi ante & post cibum orent: & post prandium atque coenam (post solitas preces) Psalmum, aut ali quod dictum scripturae (grauem exhortationem ad pietatem, aut insignem consolationem continens) memoriter recitent: Vnde tota familia uel aliquid institutionis uel consolationis capiat. Discant etiam Psalmos a D. Luthero & aliis in Germanicos rythmos conuersos canere: secundum illud Apostoli: Verbum Christi habitet in uobis abundanter, in omni sapientia: docentes & commonentes uosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, &c.*

tem familiam suam instituat atque educet.

Coloss. III.

Filios,

---

blicauit: *So gebühret auch den Pfarrherrn ihre Weiber, Kinder und Gesinde in aller Gottesfurcht und ehrbaren Sitten dermassen aufzuziehen, dass sie in denen andern nachzufolgen, christliche Anleitung geben, und da sie es nicht thun, und hierinne seumig oder lässig seyn würden, sollen sie ihres Amtes dadurch priuiret seyn, in Erwegung, dass diejenigen, so die Ihrigen übel ziehen, die andern nicht wohl unterweisen oder lehren können. p. 43.* quanquam illam unquam alicubi executioni datam, aut propter exempla nimis multa, magnorumque saepe theologorum, dari posse uix crediderim.

* *Vestitus sit honestus.* Vel ipsum, quo uti solent hoc tempore V. D. Ministri, uestitum pharisaeos christianos prodere, judaicisque similem esse JOH. SAM. STRYCKIVS opinatus est *in dissert. de jure sabbathi & apolog. ejus.* conf. D. MAYERVM *germ. p. 19.* qui eo ipso cum ignorantiam rituum ueterum tum animi sui malignitatem satis prodidit. Imo fuit, qui mallet flauo incedere eum habitu, & gladio cinctum, furibundus auctor *des entdeckten Carneuals, III. Aufzug pag. 71.* alterque, cui niger uestium nostrarum color infernalis audit D. HENR. HORCHIVS, *in relation. innocuis A. 1707. p. 385.* Adde, quae contra ROEMLINGIANAM illarum censuram scripsimus *P. I. der uerkehrten Bibel pag. 584.* Notissimus in Gallia Abbas BOILEAV, auctor historicae disquisitionis *de re uestiaria hominis sacri Par. 1704. in 12.* editae habetur, qua prolixas clericorum togas zelo etiam nimio, licet non sine eruditionis copia, impugnat. Elegans huc referenda est & curiosa doctissimi Jo. GOTTFRIED.

Filios suos Minister primis annis ipse domi instituat.

Filios, si quos ad studia educare uolet, ipse domi, primis annis, instituat, priusquam ad oppidanas scholas, aut in monasteria reformata mittat. Qui enim suos pueros admodum teneros oppidanis praeceptoribus (quoad uictum & institutionem) commendant, quadriennio tantum ejus rei causa pecuniae expendere necesse habent, quanta summa filiam honeste elocare possent. Non autem hic magnus erit labor. Si enim parens dimidiam saltem horam ante prandium, & dimidiam post prandium huic negocio tribuerit (dum quae discenda erunt, proponet, & alio tempore eadem exiget, ac noua insuper tradet:) breui tempore in liberis suis informandis plurimum efficiet. Et qui uere liberos suos diliget, libenter hunc laborem (si tamen labor dicendus est) in se recipiet.*

Filias

FRIED. SIEBERI, Theologi & Polyhistoris Lipsi., *dissertatio de collaribus clericorum tubulatis & planis Lipsi. 1710. in 4. ed.* animi gratia legi possunt *inuectiuae poëticae in uestes pretiosas clericorum* OTHLONI, Poëtae medii aeui *in libro de doctrina spirituali c. XXIII.* apud BERNH. PEZ, Ord. Bened. Theologum & Historicum longe celeberrimum *T. III. thesauri Anecdot. nouissimi P. II. pag. 462.* & quae idem OTHLONVS in prosa habet *in libro uisionum uis. Vta: Quam detestandus in clericis luxus uestium sit. ibid. p. 570. sqq.* Honestum, non autem luxuriosum V. D. Minist. uestitum esse uult OSIANDER, quae ex *ipsa antiquitate eccles.* illustrant B. GERHARD, *in locis theolog. Tom. VI. §. CCLXXVIII. p. 450.* & GISB. VOETIVS *in politica eccles. Part. II. L. II. tract. III. c. III. p. 407.* Nec spernenda sunt, quae ex patribus inprimis conuasauit CAR. ANDR. BASSVS *in curatore animarum, Graecii 1712. in 8. edit. P. II. c. XI. p. 434. sqq.* conf. NIC. HEMMING. *in past. P. III. pag. 81. sqq.* & *de uestitu* B. AVGVSTINI curiosius agentem PETRVM a S. PRVDONE *in examine testamenti S. Augustini Louan. 1654. in 8. ed, libro perraro, cap. XX. pag. 225. sqq.*

* *Filios, si quos.* Etsi alias inficiari nolim, publicam iuuentutis informationem priuatae ob uarias praegnantesque rationes praeferendam esse: uid. *de publicae & priuatae*

Filias per uxoris (quae intelligens, pia, & ſedula eſſe debet) induſtriam & diligentiam ſic educari curabit, ut nendo, coquendo, & alia domeſtica officia praeſtando ſic exerceantur, ut non modo otio non torpeſcant, & in laqueos Satanae incidant: ſed etiam, ut rem familiarem tueantur & augeant. Et ita inſtituantur, ut aliquando uiris elocatae, Oeconomiae dextre & utiliter praeeſſe poſſint.* Filiae, quomodo educendae.

Libero-

---

uatae inſtitutionis differentia J. MATTHIAM GESNERVM *in inſtitut. rei ſcholaſticae cap. V. pag. 233. ſqq. de praerogatiua autem publicarum prae ſcholis priuatis* A. J. D. *in zufälligen Anmerckungen uon allerhand zum Schulweſen gehörigen Sachen Part. I. num. III. pag. 10. ſq.* & CHRIST. WEISII, Conrectoris Chemnicenſ. *Gutachten uon Schul-Sachen in praecogn. cap. IX. pag. 44. ſqq.* prima tamen & propior omnino cura ad parentes pertinet. Et quis jucundior, addo etiam utilior, eſſe labor poterit, quam ſuo ſanguine cretis pueris prima literarum rectaeque uiuendi inſtillare elementa? quo fundamento recte poſito, major difficiliorque pars educationis abſoluta erit, omniaque bene impoſterum etiam ſucceſſura ſperari poterit; ne infelici fato propriaque culpa nobis eueniat, quod Satyricus ominatur: *Vt uxorem ducamus, liberosque tollamus in ſpem non eruditionis, ſed eſuritionis.* PETR. CVNAEVS *in Sardis Venal. p. 92. ed. Lugd. Batau. 1620.*

* *Filias per uxoris.* Celeberrimus FENELONIVS *libellum de educatione filiarum* gallice ſcripſit, qui *Halae in 12. ed.* etiam germanice paſſim proſtat, & matribus cunctis commendari debet. *De requiſitis* uero *uxoris a paſtore ducendae* uid. NIC. HEMMINGIVS *in paſtore ſ. paſtoris optimo uiuendi agendique modo* (libello praeter meritum neglectim habito) *P. II. p. 46. ſqq.* GISBERT. VOETIVS *in politica eccleſiaſt. P. II. Lib. II. Tr. I. cap. III. p. 239.* Item GEORG. HENR. GOEZII *denckwürdige Prieſter- Frau Francofurti & Lipſ. 1713. in 8.* ubi regulis exempla notabilia & jucunda lectu ſubjiciuntur, & MISANDERS *exemplariſche Prieſter-Frau. Dreſd. in 8uo ed.* Ex. "perientia enim docet, uerba re-" cito VOETII *loc. cit. c. IX. p. 333.*" quantum deſtruant, & exiſtima-"

Liberorum mores non sint inciuiles.

Liberorum suorum mores Ecclesiae Minister a tenerrimis annis ita informet, ut non sint petulantes: uel rustici & agrestes: sed uerecundi, & ciuiles. Indignum enim est Ecclesiae Ministro, si liberorum ipsius mores nihilo sint ciuiliores, quam puerorum rusticorum, qui ad ciuilitatem non educantur.*

Lectio Germanicorum

*A coena uel ipse, uel uxor, uel aliquis ex liberis recitet caput ueteris aut noui testamenti. Pastor duas uel tres** doctrinas*

"tioni ministrorum detrahant u-"xores, quae piae, prudentes mo-"ratae non sunt. Et quam gra-"uiter impingant ministri, qui "tales sibi eligant, quae nihilo-"minus sunt, quam pastorales. "Caueant ergo sibi a primo hoc "malo domestico.

* *Liberorum suorum.* Haud raro pastorum liberi noxae sunt, & infinitas molestias parentibus creant, maleuolis uero calumniandi materiam suggerunt. Quantum uero inde oriatur scandalum, & quam diras parentes hujusmodi cumprimis poenas irato ob negligentiam in educandis liberis DEO dare soleant, grauiter ac praeclare docet BALDVINVS *in saepe allegata institut. minist. eccles. loc. cit. cap. XXVI. p. 286. sqq.* add. HARTMANN. *in pastorali euang l. c. cap. VI. §. VII. p. 290.* JOH. CVNR. DÜRRIVS *in theol. morali part. spec. sal. I. cap. II. pag 269.* J. S. ADAMI *im exemplarischen Priester - Kinde.* Hic uero iterum in partes uocabo D. HIERONYMVM ex *commentario in cap. I. ad Titum*: Qua"libertate possumus alios liberos" corripere, & docere, quae recta" sunt; cum nobis statim possit," qui fuit correptus, ingerere: *an-"te doce filios tuos?* aut qua" fronte corripio extraneum for-"nicantem, cum mihi conscien-"tia mea ipsi respondeat: *exhae-"reda ergo fornicantem filium*," *abjice filios tuos uitiis seruien-"tes.* Cum autem nequam filius" tecum communicat domo, tu" audes de alterius oculo festu-"cam detrahere, in tuo trabem" non uidens!"

** *Pastor duas uel tres.* Non facile erit, nisi plane sacrarum literarum expers, & ad docendas eas rudis aut imparatus sit, qui salu-

nas inde excerpat, easque extemporaliter breuissime, quasi digito, monstret atque explicet: ut familia discat ex sacrarum literarum lectione utilitatem aliquam capere, & earum lectionem ad uitae puritatem atque ueras consolationes accommodare queat.

Bibliorum, antequam eatur cubitum.

His

---

saluberrimo atque perneceſſario huic conſilio obſecuturus ope aliena hic ualde indigeat: ad juuandas tamen proprias meditationes, ſi illis uti uelit, ſubſidio non ſpernendo erunt *quaeſtiones biblicae* a CHRIST. LANGHANSIO, V. D. Min. Regiomontano, *VII. uoluminibus in 8uo*, ſub titulo: *Bibliſche Haus-Andachten Regiomont. 1703. ed.* aut, ſi mauis, *notationes* DAN. CRAMERI *in S. Biblia* in conciſa breuitate rebus theologicis, ad intelligendum S. codicem & uitam chriſtianam, ex ejus praeſcripto inſtituendam, facientibus, pleniſſimae. Vide de CRAMERI *hoc opere judicia uariorum theologorum collecta* a CAROL. ARNDIO *in bibliotheca* D. MAYERI *biblica contin. cap. I. §. III. p. 22. ſqq. Auctore Bibliothecarii a partium ſtudio ſibi cauentis Part. XII. n. CXCVIII. pag. 976. ſq.* ubi tamen mendoſe *1680. Francof.* primum lucem uidiſſe publicam leguntur, & B. GEORG. SERPILIVS *in bibliſchen Scribenten comment. in pſalm. p. 535.* Editiones ejus collegit JAC. LE LONG. *Vol. II. biblioth. bibl. p. 688.* Errant uero, qui Principem Brunſuicenſ. AVGVSTVM opus hoc ipſum biblicum additionibus ſuis auctius edidiſſe adſerunt, cum non niſi de ſeparatim editis capitum ſummariis illud intelligi debeat; quod miror V. PLACCIVM non animaduertiſſe, qui libellum a CONRINGIO uocari, & editionem illorum ab ipſo CRAMERO, tanquam peculiaris libelli, *in operis majoris dedic.* laudari uiderat, & tamen in eandem incidit ſcyllam *in theatro Anonymor. cap. XI. num. MDCCVIII. p. 424.* aut denique *Summaria*, quae uocantur *Würtenbergenſia a theologis quibusdam Tubingenſibus copioſis poriſmatibus inſtructa*, quorum *III. editio in fol. II. uol.* per celeb. J. G. PRITIVM reuiſa commendari meretur. De quibus imperfectam mendoſamque narrationem JAC. LE LONGII u. *loc. cit. pag. 1026.* ſupplere poterunt *acta eruditorum Lipſ. Anni 1710. M. Septemb. p. 406. ſqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0243
DFG

Precibus piis ministeriem claudat.

His absolutis pastor antequam capiat somnum, totam Ecclesiam, inprimis uero Illustrissimum nostrum Principem, ipsius Celsit. charissimam piissimamque conjugem, totam denique domum Würtembergicam, se ipsum & familiam suam, piis & ardentibus precibus diuinae protectioni commendabit: & sepositis & quasi abjectis omnibus curis, quiescet.*

Haec,

---

sqq. Unschuldige Nachrichten Anni 1709. ord. VI. pag. 342. sq. & JOH. GOTTLOB CARPZOVIUS *in introduct. in LL. Canon. Bibl. Vet. Testam. Part. I. cap. I. §. X. p. 19.*

* *Piis & ardentibus precibus.* Non magnopere de forma uerbisque dispiciet V. D. Minist. necessario precum dono instructus, nec uariis opus est ut linguis illud, exemplo B. DAN. GRESERI & MATTH. HAFENREFFERI, praestet, quorum ille hebraicas, graecas latinasque quotidie fundere preces; hic uero una cum 4. filiis suis hymnis psalmisque hebraea lingua conceptis Deum celebrare solebat. uid. GRESERI uitam a se ipso scriptam, & quae supra jam allegauimus, atque HAFENREFFERI *reuelatorem punctor. Tubing. 1618. in suo in dedic.* addam tamen uni alteriue non displiciturus elegantissimo carmine a JOH. STIEGELIO, Poëta super. seculi incluto, expressas cum matutinas tum uespertinas, quibus me semel iterumque delectatum esse non diffiteor, & quos theologo olim Würtenbergico optime merito LVC. BACMEISTERO *in formis precationum ex* PHIL. MELANCHTH. *scriptis collectarum* & *Lipsi. 1588. ed. in suo pag. 64.* etiam placuisse animaduerto.

Finio uerbis unicuique alta mente intimoque pectoris fundo reponendis, quibus societas literatorum hominum in Italia, qui se *intromtos* uocant, leges suas comprehendit, & sacri ordinis homines sui etiam se officii admonere possunt: *Orare, studere, gaudere, neminem laedere, non temere credere, de mundo non curare.* uid. CHRIST. JUNCKERI *uitam in actis societ. charit. & scient. Dresdensis Vol. I. §. XX. pag. 25.*

Pre-

Precatio matutina JOHANNIS STIGELII:

Conditor o rerum, rerum seruator ab aeuo,
Extra quem non est ullus ubique Deus.
Quod redeunte fruor post actas luce tenebras,
Gaudeo, & agnosco munus id esse tuum.
Tu genus humanum primum sine labe creasti,
Vt sancte uultus uiueret ante tuos.
Quam male deseruit, quam turpiter excidit illud?
In mortem propria dum leuitate ruit.
At bonus es solus, justamque ut concipis iram,
Sic illam patria pro pietate premis.
Ergo admiranda natum pietate dedisti,
Innocuus nostrum ferret ut ille scelus.
Qui percussa fuit pro nostra, uictima, culpa,
Et uetus a nobis abluit omne nefas.
Ingentes igitur toto de pectore grates,
Perpetuus doni debitor hujus ago.
Teque precor supplex dilecti nomine nati
Me rege, me totum, numine flecte tuo.
Auspice principium te spectet, & auspice finem,
Quicquid agam, uitae dirige coepta meae.
Ipse magistratus etiam coetusque piorum,
Vt tua conseruent dogmata sancta, rege.
Da pacem, uictumque tuis, compesce tyrannos,
Vt maneat uerbi gloria justa tui.
Hac ego spe fretus, quod uitae postulat usus,
Suscepti aggrediar dulce laboris onus.

Ejusdem precatio uespertina:

Jam mea declino nocturno lumina somno,
Omnia mox rigido membra sopore premat.

Nec scio, num possim redituram cernere lucem,
An mihi sit somni mors obeunda soror.
Sed tibi summe Deus, Deus inuictissime, grates,
Quas toto possum pectore gratus ago.
Incolumem qui me uoluisti hac luce tueri,
Ne uitam premerent ulla pericla meam.
Quique repressisti grassantis daemonis iram,
Qui rabido populos circuit ore tuos.
Nunc quoque, dum jaceo ueluti morientis imago,
Mi Deus, haec nutu membra tuere tuo.
Ne lasciua meos perturbent somnia sensus,
Organa tu mentis dirige crassa meae.
Fac tuus immanem procul angelus arceat hostem,
Cui proprium est regni laedere membra tui.
Crastina sic cernens redeuntis tempora lucis,
Grata tibi memori carmina mente canam.
Jam cessent curae, placidi requiescite sensus:
Tu mihi jam Christo, somne, fauente ueni.

Scopus huic libelli.

HAec, Reuerendi & Chariſſimi in Chriſto Fratres, collegi, atque ueſtra cauſa in lucem edidi: non ut aliquid mandarem, aut quenquam ad hanc ſtudiorum rationem adigerem: ſed fidele conſilium iis, qui majores in ſtudiis progreſſus facere cupiunt, ſubjicere, & uiam conſequendi majorem eruditionem, monſtrare uolui; de qua re uobis judicium committo. Hoc tamen affirmare aufim: ſi quis hoc meum fidele conſilium aſpernatus non fuerit, eum paucis annis tantum eruditionis theſaurum ſibi comparaturum, quem non cum Croeſi diuitiis commutaret. Feliciter enim & grauiter, minore moleſtia, majore autem profectu in Eccleſia Chriſti docebit. In precio

precio erit apud doctos & magnos uiros: & ab inferiore loco ad altiora prouehi poterit. Ipse & domestica ejus Ecclesiola Deum habebit protectorem; sanctos angelos custodes. Neque ei Dominus benignissimus pater coelestis aliquid rerum necessariarum deesse patietur. Liberos suos, ut oliuas praestantes, cum gaudio uidebit. Tandemque in altero seculo audiet dulcissimam illam Seruatoris sui uocem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Tales Ecclesiae Doctores, sicut stellae in firmamento coeli fulgebunt. Quod nobis omnibus concedat Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi: cui cum Redemtore nostro, Filio ejus unigenito, & Spiritu Sancto, sit laus, honor & gloria in omnem aeternitatem, Amen.

Matth. XXV.

Dan. XII.



INDEX I. CAPITVM.

CAPVT I. De Precibus, pag. 9.

II. De Lectione Biblica, 17.

III. De Studio Theologiae Polemicae, 31.

IV. De Locis Theologicis & Patribus, 42.

V. De Studio Historiae Ecclesiasticae & Profanae, 73.

VI. De Linguarum Studio, 113.

VII. De Scholasticorum, Juris & Medicinae Subsidiis, 143.

VIII. Generales quaedam admonitiones, 190.

IX. De Quiete & Recreationibus, 204.

X. De Oeconomiae Rationibus recte instituendis, 216.

INDEX II.

Elenchus Autorum, quorum in hoc opere fit mentio.

A.

Abbas de Garuice.
P. Abelardus.
Abelius, Henr. Casp.
Abichtius.
Ackerus, Joh. Henr.
Aconitius, Melch.
Adami, Melch. alias Misander, Joh. Sam.
Aderus, Guil.
Adolphus, Michael.
Aegineta.
Aepinus, Franc. Alb.
Agricola, Rudolphus.
Agrippa, Henricus Cornel.
Alardus, Amstelredamens.
Albericus, Gentilis.
Alberti, Michael.
- Valentinus.
Albertus, Johannes.
Alegambe, Philippi.
Alethaeus, Theophyl.
Alstedius, Joh. Henr.
Amasaeus, uel Amysaeus, Romulus.
Ambrosius.
Amesius.
Amilon.
Amama, Sixtus, siue Sixtinus.
Ancillonius, Dau.
de Anchauarono, Jac.
Andala, Jac. Rhenferdus.
Andreae, Jacobus.
- Valentinus, Nepos.
Ancusanus.
Angelus Maria Verricellus.
Antonius, Nicolaus.
Antoninus, Archi-Episcopus Florentinus.
Apinas, Sigismund.
Aquinas, Thomas de
Arends, Henr. Conr.
- Joh. Joachim.
de Argentina, Thom. Vlr.
Arisius.
Aristoteles.
Arnauld.
Arndius, Carl.
- Joh.
Arnobius.
Arnoldus, Godofr.
- de Villa noua.
Artopaeus, Sam.
Asulanus, Francisc.
Athenagoras.
Auentinus. Augustinus.

B.

Backmeister, Luc.
Baco, Verulamius.
Baelige. Bagatta.
Bailettus, de Enfans.
Balbini, Bohusl.
Balbinus, Joh.
Balbo, Hieronymus.
Balduinus.
Balsaccius, Joh. Ludw.
de Balinghem.
Bandinus.
Barbarus, Henricus.
de la Barbe.
Barlandus, Andr.
Barrius, Paulus.
Barthius, Casp.
Bartholinus, Casp.
- Thomas.
Baschius, Sigismund.
Bashuysenius, Junior.
Basilius.
Basnage, Samuel.
Bassus, Car. Andr.
Batesius, Guilielmus.
Becanus.
Beckius, Joh. Jodocus.
Becmannus, Christianus.

Bejer, M. Adrianus,
Beierus, Ioh. Baptista.
- D. Ioh. Guilielm.
- Ioh. Iacob.
Bellarminus, Rob.
Bengelius, Joh. Alb.
Benthemius, Anton.
Bentlejus, Richardus.
Bercklejus, Janus.
Bergerus, Joh. Guilielm.
Bergomas. Bernhardus
Besodnerus, Paul.
Beueregius, Guil.
Beughemius, Cornelius.
Beutlerus, Mich.
Beyerlingck, Laur.
Beyschlag, Joh. Balthas.
Bezoldus, Car. Fried.
Biedermannus.
D. Bielefeld. Joh. Christ.
Bierlingius.
Binderus, Christoph.
Blondelius.
Bock, Hieronymus.
Boeclerus.
Boehmerus, Just. Henning.
Boehmius.
Boernerus, C. A.
Bohemus, Eusebius.
Boileau, Abbas.
Boissardus, J. Jac.
Bohlius, Samuel.
Bollandus. Bona, Joh.
Bonantius, Oliuerius.
Bonav de Argonne.
Bonauentura.
Bonnus, Hermannus.
Borrichius, Olaus, Medic.
Bos, Lambertus.
B-sius, Joh. Andreas.
Boyle, Robertus.
Boysen, P. Adolph.
Brachuogelius, Joh. Rud.
Brantius, Janus.
Breithaupt, Joachim Just.
Breitingius, Joh. Jac.
Brentius.
Brochmannus.
Brouckhausen, Joh.
Bruckentop. Henr. de
Brummerus. Brungius.
Brunnemannus, Joh.
Buchnerus, Augustus.
Buddeus, Joh. Franciscus.
Bugenhagius.
de Buri, Richardus.
Burmannus, Petrus.
Bzouiuus.

C.

Cabassutius, Joh.
Caesarius,
de la Caille, Jean.
Caleagninus, Caelius.
Calckreuterus, Barthol.
Calixtus, Fried. Vlr.
Calouius, Abraham.
Fr. de Cambis, Joh.
Camerarius, Joachim.
Candidus, Paul.
Canus.
Cardanus, Hieronymus.
Cario.
Caroli, Andr. Dauid.
Carpzouius, J. Gottlob.
Cartwrigt, Th.
Casaubonus.
Caselius, Joh.
Casmerus.
Caspari, Dauid.
Cassianus.
Castellio, Sebast.
a Castro, Rodericus,
Caue, Guilielm.
Caussinus, Nicol.
Cellarius, Christoph.
Cellius, M. Erhard.
Chabotius, Petr, Gualth.
Cheffoutaine.
Chemnitius, Mart.
Chladenius, Mart.
Chrysogonus, Laurent.
Chrysostomus.
Chytraeus, Dauid.
- Nathan.
Ciantes, Ignatius.
Cicatellus.
Cicero.
Clarmundus, Adolph.
Cleffelius, Joh. Andr.
Clemens, Alexandrinus.
Clericus, Joh.
Clichtoueus.
Clozius, Steph.
Cnesius, Mart.
Cochlaeus, Joh.
Coccius.
Cocus, Robertus.

Colimet,

Colinet, Simon.
Comenius, Joh.
Cominaeus, Philipp.
Comestor, Petrus.
Conringius, Herm.
Cordus, Euricius.
Cornarius.
Cornerus, Christoph.
Cornificius.
Coruinus.
Cotellerius, Joh. Bapt.
Cotta, Titius.
Cramerus, Dan.
- Joh. Fried.
Cratarolus, Guil.
Creenius, Thomas.
Crellius, Paulus.
Crinitus, Petrus.
de Crousa, J. P.
Crowaeus, Guil.
Cruciger, Casp.
Crucius, Jac.
Crusius, Martin.
Cucho, M. Antonius.
Cumdius, Laurent.
Cunaeus, Petr.
Cyprianus, C. S.

D.

Dicierus.
Dadreus.
Dahlmann, Petr.
Dallaeus, Joh.
Danaeus, Lambertus.
Danhauerus, J. C.
Dassouius.
Daumius, Christ.
M. Dauw, Joh.
Decembrius, Angelus.
Deckherus, Jun.
Dedekennius.
Democritus, Christ.
Demosthenes.
Dieckmannus.
Dietericus, J. C.
Dilbergius.
Dilherrus, Joh. Mich.
Dionysius, Areopagita.
Dioscorides.
Diettrich, Mart.
Donellus, Hugo.
de Dornberg, Thomas.
Dornius, J. C.
Dornmeier, Andr. Jul.
Dorpius, Mart.
Dorscheus, J. G.
Draconites, Joh.
Drexelius, I. Petr.
Droudo.
Durandus, Guilielmus.
- Stephanus.
Dürrius, I. C.

E.

Eberlin, Ioh.
Ebertus, Ioh. Casp.
Eccardus, B. H.
- Melch. Sylu.
Edzardus, Sebast.
Eibenius, Chr. Wilh.
Elingius.
Elsnerus, Iac.
ab Elswich, Ioh. Henr.
Engelschall, Carol. Godofred.
Ernesti, Ioh. Christoph.
- Ioh. Henr.
Essais du Theodicee.
Eschenbachius, Andr. Chr.
Espenecaeus. Eusebius.
Euremondius.
Exnerus, Casp.
Eybenius.

F.

Faber, Basilius.
- Tanaqu. Iunior.
Fabritius, Iohann.
- Iohann. Albertus.
- Georgius.
- Laurentius.
Facciolatus, Iacobus.
Fechtius.
Feierabent, Steph.
Feller, I. F.
- Ioachim.
Fenninus, Dudl.
Ferberus, M. Ioh.
- Ioh. Iacob.
Fernrius, Ioh. Baptista.
Fichardus.
Ficklerus, Ioh. Bapt.
Filizius, Mich.
Finnweterus, G.
Fischer, Ioh. Andr. Med. D. Erff. & Prof.
- Iohann.
Fischlinus, Lud. Melch.
Flacius,

Flacius, Matthias.
Foerſterus, Ioh.
Fontanus.
Fortnerus.
Franckenbergius.
a Franckenau, Franckius.
Franzius, Wolffg.
Fraxillaeus, M. Ioh.
Freherus.
Freigius, I. Th.
du Fresnoy, Langlet.
Frickius, Chriſtoph.
- Elias.
Friſchlinus, Nicodemus.
Friſchius, Ahasuerus.
Funccius, Chriſtoph.
- Ioh. Nicol.
Fuchſius, Leonhardus.

G.

Galenus.
Gallio.
Garetius.
Garzon, Thom.
Gasmerus.
Gaſſendus, Petr.
Gauſſenius.
Gediccus.
Geislerus, Fried.
Genebrardus.
Gentilettus, Innocentius.
Gentilis Albericus.
Gerhardus, Hieronymus.
- Iohann.
Gerlachius, Stephanus.
Gerion, Ioh.
Geruaſius.
Geſnerus, Conradus.
- Matthias.
- Salomon.
Gibertus.
Gigas, Ioh.
Gilles, de Port.
Glaudouius.
Glareanus.
Glaſſius, Salom.
Gluſingius, Otto.
Goclenius, Conr.
- R.
Godeau.
Goekelius.
Goelucke, Otto.
Goetzius, Georg. Henr. Lubecc.
Gonezick, Petr.
Goulartius, Sim.
Grabius, Ioh. Erneſtus.
Gratianus.
Grapius, Zach.
Graſerus, Ioh. Iac.
Gregorius, Pontifex.
Grempius.
Greſerus, Dan.
Grotius, Hugo.
Grotius.
Grunbergius, I. P.
Grundmannus, Chriſt.
Gudenus, Val. Ferd.
Güntherus, Ioh.
Guuarinus.
Gyraldus, Gregor.

H.

Hasius.
Hadamarius.
Hafenreffe:rus, Matth.
Hahnius.
Hales, Alexander.
Hallbauer, Friedr. Andr.
Halleruordius, Ioh.
Halloix, Petr.
Hambergerus, Georg. Albrecht.
Hanckius, Mart.
uon der Hard, Hermann.
Hartmannus, Ioh. Conr.
- Ioh. Ludw.
Hartſchmidius, Ioh. Nic.
Hartung, Val.
Hayniſch, Ioh. Chriſt.
Hebenſtreit, Ioh. Paul.
Heckelius.
Hederich, Benj.
Hedinger.
Hedio.
Heerbrandus, Iac.
Heine, Ioh. Friedr.
Heinſius, Dan.
Heliandus.
Heliodorus.
Helwigius, Ioh. Chriſtoph.
Hemmingius, Nicol.
Hempelius, Mich.
Henderich, Chriſtoph.
Henſchenius, Godofr.
Hieronymus.
Hilarius, Henr.

Hilde-

Hildebrandus.
Himmelius.
Hippocrates.
Hizlerus, Georg.
Hodanus.
Hoepfnerus, M. Tobias.
Hoffmann, Friedr.
Homerus.
Horbius, Ioh. Henr.
Horatius.
Horchius, D. Henr.
Hornbeckius.
Hornius, Georg.
Horstius, Gregorius,
Hortlederus.
Hoschius.
Hottinger, Ioh. Iac.
- I. H.
Housteuille, Aegyd.
Huberus, Vlr.
Huetius.
Hugo, Carl. Ludwig.
Hülsemannus.
Hurtadus, Thomas, Toletanus.
Hutterus.
Hyperius, Andr. Gerh.

I.

Iacobus, Ludou. Iamesius.
Iaminus, Benjam.
Ianus, Guilielmus.
Ignatius, Antiochenus.
Imperialis, Ioh.
Ingewald, Laurent.
Ioannes, G. Chr.
Ionsius.
Iouius, Paulus.
Isocrates.
Ittigius, Thomas.
Iudas, Leo.
Iul. Clemens Placentinus.
Iüncke, Ioh. Helfr.
Iunckerus, Christ.
Iunius, Melch.
Iusti, Wolffg.

K.

Kameneck, Nic. Albertus.
Kanoldus, Ioh.
Kappianus.
Kappius, Ioh. Erh.
Keckermannus, Barthol.
Keplerus. Kernerus.
Keslerus, Andreas.
Kinderuater, Henr.
Kippingius, Henr.
Kirchnerus, Timotheus.
Kirchmannus, Ioh.
Kirchmayer.
Klausingius, Henr.
Klefeckerus, Ioh.
Klefelius, Abr.
Knight, Sam.
Kochius, Conr. Dietrich
Koenigius, G. M.
Koenigsmann, Andr. L.
Kolmbergerus, Ioh.
Kortholt, Christ.
Kramer, Theod. Val.
Krausius.
Krenzhemius, Leonh.
Kriegk, Rect. Ilefeld.
Kromayer, Abraham.
- Henric.
- Hieronym.
Krügerus, Wolffg.

L.

Labbaeus.
Lack-macherus, Ioh. Gotfr.
Lackmannus.
Lactantius.
Lambecius, Petr.
Lambertus Auenionensis.
Lampadius, Henr.
Lancelottus.
Langius, Conr. Henr.
- Ioh. Mich.
- Ioachim.
Langhansius, Christ.
Langwedel, Bernh.
Lasitius, Ioh.
Launojus.
Laurentius, Iac.
Lauterbach. Erhard.
Leibnizius, Guil.
Leporinus, Christ. Polyc.
Leuckfeld, I. G.
Leusdenius.
Leyserus, Polyc.
Libauius, Andr.
Liebknechtius, Georg.

Lieblerus, Georg.
Liefmann, Gottlieb.
Lightfotius, Joh.
Linckius, Wenz.
uon der Linden, Johann. Anton.
Lipenius, Mart.
Lipsius, Just.
Loescherus, Val. Ern.
Logus, Georg.
Lombardus, Petr.
Londorpius.
le Long, Jacob.
Longinus.
Longolius.
Lotichius, Joh. Petr.
Lubinus.
Ludolphus, Hieronymus, Prof. Erff.
Ludouici, Christ.
Lutherus.
Lyserus, Polycarp.

M.

Mabillonius.
Marbacchius.
Macrores, fratres.
Magirus.
Majer, Jacob.
Major, Georg.
- Joh. Joachim.
Majoragius, Joh. Ant.
Majus, J. B.
Manlius, Joh.
Manutius.
Marcchius, Hypolit.
Maresius, Sam.
- Rol.
Martinus, Franc.
uon Mastricht, Gerh.
Massonius, Joh.
Matzanorus.
Matheneslus.
Matheslus.
Mattayerus, J.
Maukisch, J.
Mazza, Ant.
de May, Joh.
Mayerus, Gebh. Theodor.
- D. Ioh. Fried.
Mechouius, Guilielm.
Menagius, Aegyd.
- Guilielm.
Meibomius, Herm. Dietr.
Meintelius, Ioh. Georg.
Meisenius, Fried. Ernest.
Meisnerus, Balthasar.
- Iohann.
Melanchthon, Philipp.
Mencius, Balthas.
Mencke, Burch.
Menius, Iust.
Merula, P.
Meyfarthus, Ioh. Matth.
Mezlerus, I. B.
Micrelius, I.
Mincius.
Minaeus, Aubert.
Misander, uid. Adami I.
Sam.
Mola.
Mollerus, Ioh. Guilielm.
- Ioh. Gottlieb.
Monconysius.
Monauius.
Montecutius, Rich.
Mörlinus, D. Ioachim.
Morgenweg, Ioach.
Morhosius, G.
Morery.
Morus, Thomas.
Mosellanus, Petr.
Moserus, I. Iacob.
Mosheimius, Abbas.
Mühlführerus, Ioh.
Mühlius, D. Henr.
Müllerus, Henr.
Muretus.
Myconius, Frid.
uon der Mylen, Aegyd.
Mylius, Mart.

N.

Nauclerus, Ioh.
Naudaeus, Gabr.
Neander, Michael.
Nehringius, Ioh. Christ.
Neldenius, Ioh.
Neoptolemus.
Neuius, Ioh. Chr.
Neumannus, I. G.
Neuserus, Bruno.
Nicephorus.
Nicol. Angelus Caserrus.
Nigronius, Iul.
Nisaeus, Ioh.

Nolscho-

Nolſchouius, Maeu.
Nonnemo.

O.

Occo.
Oecolampadius.
Oederus, Georg. Lud.
Oldermann, Ioh.
Olearius, Ioh.
- Ioh. Chriſtoph.
- Ioh. Gottfried.
Onuphrius.
Origenes.
Oſiander, Ioh. Andr.
- Lucas.
Othlonus.
Ottius, Ioh. Bapt.
Otto, Thabor.
Oudinus, Caſimirus.
Ouidius.
Outhouius, Gerhard.
Ouuenus.

P.

Palmerius.
Pancirollus.
Panuinius.
Pantaleon, Henr.
Papebrochius, Dan.
Pappus, Ioh.
Paracelſus.
Panuicinus, Vinc.
Parrheſiander. (al. Rädiger.)
Parthenius, Bernh.
Patenus, Ioh.
Pauli, Simon.
- Theodor.
Peireſcius.
Periſonius, Iac.
Petauius, Dionyſ.
le Petro.
Petri, Suffrid.
Petrus a S. Prudone.
P. Pezius, Bernh. Ord. S. Bened.
Pezelius, Chriſtoph.
Pfaffius, Matth. Chriſt.
Pfefferkorn, Georg. Mich.
Pfeifferus, Auguſt.
Pflügerus, M. Georg.
Philippi, D.
Pileſius.
Placcius, Vinc.
Platina.
Plato.
Plautus.
Plempius.
Piccartus, Mich.
du Pin, Elies.
Pindarus.
Pippingius, Henr.
le Pippre, d' Antoine.
Pirckenheimerus, Bilibald.
Piſtorius.
Poetius, Ioh. Chr.
Polyander, Ioh.
Politianus, Angel.
Polybius.
Pontanus, Iac.
Popeplount, Th.
Porta, Conrad.
Poſewizius, Ioh. Henr.
Poſſeuinus.
Prachius, Hilarius.
Praetorius, Abdias.
- Michael.
- Stephanus.
Pregitzerus, I. W.
- Georg. Conrad, filius.
Prideaux, Ioh.
Prinz, Wolffg. Caſpar.
Prireſcius, Nic. Claud. Fabric.
Pritius, G.
Probus, Anton.
de Proſt, Hadrianus.
Prucknerus.
Pungellenius, Abr.

Q.

Quadius, Matthias.
- Mich. Fried.
Quand.
Quetif, Iacob.
Quenſtedt, I. A.
Quinos, Bruno.
Quintilianus.

R.

Raemundus.
Rambach, I. Iac.
Ramirus, I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0255
DFG

Ramus, Petr.
Raphelius.
Rapinus, Renat.
Rappoltus, Friedr.
Rauiſius, Textor.
Raupach, Bernh.
Raynaudus, Theoph.
Rechenbergius, Adam.
Reimannus, Joh. Hyppolit.
Reineſius, Thom.
Reinhartus, Luc. Fried.
Reiſnerus, Anton.
Rethmeyer, Phil. Jul.
Reuchlinus, Joh.
Reuſnerus.
Rheadinus, Guil.
Rhaw, Balth.
Rhenanus.
Ribadeneira.
Richea, Dodo.
Richerius, Edmund.
Richterus, Greg.
Rithmeyerus.
Ritterus.
Riuetus, Andr.
Riuinus.
Roſa, Angel.
Roderodamus, Eraſm.
Rogiſſartus.
uon Rohr, Jul Bernh.
Rollius, Reinh. Henr.
Romanus, Aegidius.
Römelingius, Chr. Anton.
Roſa, M J. Gotthelff.
Roſſaeus, Alex.
Roſweidus, Herib.
Rothius, M. Friedr.
Rothſchüzius.
Rüdiger.
Rudrauff, Kil.
Rumetſch.
Rumpaeus.
Rungius, Chriſt.

S.

Sagittarius, Caſp.
Saldenus, Guilielm.
Salmonius, Franciſc.
Sancius, Franciſc.
Sandaeus, Maximilian.
Sanſouir, Franc.
Sapidus, J.
Saubertus.
Saxo, Joh.
a Saxo, Bartholus.
Scaeuius, Sammarithan.
Scaliger, Joſias.
- Jul. Caeſar.
Schadaeus, Joſias.
Scharbau, Henr.
Schefferus, Joh.
Schelhornius.
Scherzerus, J. A.
Scheuchzerus, Joh. Jac.
Scheurlius, Henr. Jul.
Schickardus, Guilielm.
Schilterus.
Schindlerus, Valent.
Schirmbeck, Adam.
Schlegelius, Chriſtian.
Schmied, Joh. Friedr.
Schmidius, J. Andr. Abb. Helmſt.
Schnepffius.
Schoockius, Mart.
Schopfius.
Schottus, Andr.
Schraderus, Friedr.
Schroederus, Matth. Joh.
Schröpfferus, Georg Fried.
Schudtius.
Schufnerus, Joh.
Schurzfleiſchius.
Schüzius, Guilielm.
Schwebelius, Joh.
Schwedlerus Chriſt.
Schwenckfeld, Caſp.
Schwertnerus, Dan. God.
Schwindelius, G. Jac.
Schwindlerus.
Scipio, Gentilis, JCtus.
Screuelius, Victorinus
Scribanius, Carl.
Scriuerus, Petr.
Scultetus, Abr.
Sebaſtianus, Claudius.
Sebizius, Michael.
Seckendorff, Vit. Ludwig.
Seldius, Joh. Chriſt.
uon Seelen, Joh. Henr.
Seldenus, Fabric. Joh.
Selneccerus, D. Nicol.
Senflius.
Seneca.
Senarius, Nic.
Serpilius, Georg.

Sithar-

Sichardus, Joh.
Sidemannus, Mart.
Simlerus.
Simon, Richardus.
Sixtus, Senensis.
Sleidanus.
Smeier, Henr.
Sorellus.
Soriuenerius.
a Sooto, Petr.
Spalatinus, Georg.
Spangenberg, Joh.
Spanhemius, Friedr.
Spenerus.
Spechtius, Dan.
Spielenbergerus.
Spizelius, Theophylus.
Stahlius, Georg. Ernest.
Staphorstius, Nic.
Stengelius, Car.
Stieberus, Georg. Friedr.
Stigelius.
Strada.
Stringa.
Struue, Burchard. Gotth.
Styckius, J. Samuel.
Sturmius, Jacob.
Suetonius.
Sylburgius.
Sylvius, Jacob.
- Zacharias.
Surius.
Swertius, Fr.

T.

Taubmannus, Fried.
Talaeus, Andr.
Tarnouius.
Tellerus.
Teissier, Ant.
Tenzelius, Guilielmus Ernestius.
Terentius.
Tertullianus.
Teuto, J. H.
Thaburnus.
Thaumaturgus, Gregor.
Theodoricus.
Theophylus.
Thomasius, Christian.
- Jacob.
Thuanus.
Trithemius.
uan Till, Salomon.
Toissier, Ant.
Tollius.
Toppius, Nic.
Toullierius.
Trachaeus.
Tragus, Hieronym.
Treuer.
Tribecchouius, Adam.
Trithemius.
Troppanegrus, Gottlieb.
Tschanterus, Joh. Christoph.

V.

Valdisaeus, Alphons.
de Valenzia, Gregor.
de la Valette, Cardinalis.
Valerius, August.
Valesius, Henr.
Varenius, August.
Varillasius.
de Varna, Basilius.
Varro.
Vasarius.
Vaterus, Christ.
Vauasforius.
Vdenius, J. Chr.
Veberus, Joh. Bapt.
Vejelius, Elias.
Vejelius.
Verheiden, Jacob.
Verjilius, Polydor.
Vernulaeus.
Vhseus, Erdmann.
Victorius.
de Vienna.
Vigneul Moruille.
Vincentius, Petr.
Viottus.
Virgilius.
Vitalis, Oudericus.
Vitringa, Campego.
Vives, Ludou.
Vockerodt.
Voëtius, Gisbert.
Voglerus, Valentin. Henricus.
Vogtius, Joh.
Volckmannus.
Vopiscus.
Vossius, Gerh. Joh.
Vsserus.

W. Wa-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0257
DFG

W.

Wagenseilius, Johann. Christ.
Wagnerus, Marc.
Walchius, J. G.
Waltherus, Georg. Christophor.
- Michael.
Waltonius, Brian.
Wedelius, Georg. Wolffg.
Wegmerus, Godofr.
Wegnerus, Gottlieb.
Weigelius.
Weisbachius, Christ.
Weisius, Christian. Henr.
Wellerus, Hieronym.
- Jacob.
Wendlerus, Johann. Christophor.
Werdeckius.
Wesenbecius.
Westphal. Andr.
Whear, Degor.
Whitby, Daniel.
Wicquefortius.
Wiedeburgius, J. B.
Wielmi, Hieronym.
Wilckius.
Willichius, Iod.
Wimphlingius.
Windeckius, Ioh. Paul.
Wittenus, Henning.
Wittichius, Hieron.
Wockenius, Franc.
Wolffius, Hieronym.
- Ioh. Christ.
4 Wood, Anton.
Wuchnerus, Iohann. Frideric.

X.

Xenophon.

Z.

Zaberus, Matth.
Zanachius, Iac.
Zanchius, Basil.
Zeibichius, Christ. Henr.
Zeidlerus, Melch.
Zeilerus, Mart.
Zeisoldus, Liebmann. Philippus.
Zennerus, Georg.
- Gottfried.
Zepperus, Wilh.
Zeumerus, Ioh. Casp.
Zieglerus, Casp.
Zigonates, Ioh.
Zwingerus, Theod.

INDEX III.

Rerum & Verborum, Ordine Alphabetico congestus.

A.

Adolescens, antequam ad ministerium ordinetur, prius in schola est exercendus. pag. 211.

Adhortatio de lectione systematum theologiae. 62. 63.

Aduersariorum scripta, quomodo sint legenda. 33.

Aegyptiorum Monachorum preces fuerunt breues. 15.

Agricolae, Rudolphi, libros duos de inuentione erudite scriptos commendat Melanchthon. 131. 132.

Ancusani oratio de ordine studiorum legi meretur. 6.

de Ancharano, Jacobi, processus Luciferi contra Jesum, cum commentario Ayreri. 167.

Andreae formula concordiae refutat omnes haereses contra formulam concordiae, & Calvinistarum de S. Coena. 38. 39.

An ministros ecclesiae decet armenta alere & agriculturam exercere. 216.

An ministri ecclesiae philosophorum & philologorum scripta legere debeant, aut sint omnino exterminandi. 194.

- an poësin exercere debeant. 89.

- arbores plantare. 217.

- pingere. 210.

- tornare. 208.

Aphorismi Hippocratis, laudibus eximiis mactantur. 174. 175.

Apophthegmata Erasmi. 108.

Argumenta contra aduersarios fiant in forma Syllogistica. 33.

Aristotelis logica omnibus reliquis praeferenda. 127.

- est prolixa & obscura. 129.

Arnoldi decus Magdeburgense. 76.

Ars syllogistica hodie perperam tractatur. 33.

- ratiocinandi. 127.

Augu-

Auguſtini requiſita candidati miniſterii. 29.
Ayreri commentarius in de Ancharano proceſſum Luciferi contra Jeſum. 197.

B.

Bartholini praecepta de quiete ad ſtudia pertinentia. 204. 205.
Biblia, quomodo ſint legenda. 18.
Bibliorum lectio quotidiana theologo ſumme neceſſaria. 17.
- lectio curſoria, qualis eſſe debeat. 20. 21.
- Verſio uulgata latina. 22. 23.
- Lutheri. 21.
Bibliotheca, qualis Min. V. D. comparanda. 193.
- Dubboiſiana. 161.
Brentii Apologia Confeſſionis Würtenbergicae. 37.
- Commentarius in Eſaiam. 52.
- in Matthaeum. 53.
- Elogium. 37.
- Epiſtolae ad Romanos. 54. 55.
- Explicatio Pſalterii. 53.
- Homiliae. 52.
Brouniſtae, in Anglia cum uehementia & intemperie orant. 14.
Buch, das groſſe uon Tübingen. 85.
Bugenhagii & aliorum querelae de Bibliothecis & eorum abuſu. 194.

C.

Caluiniſtarum argumenta de S. Coena refellit D. Jac. Andreae. 38.
Candidati Miniſterii ante examen ad miniſterium teſtimonia de progreſſu in Hebraicis & Graecis exhibere debent. 29.
a Caſtro, Roderici, Encomium. 175.
Chemnitius commendatur. 35.
Chronologia Hornii. 147.
Chytraeus ſibi gratulatur, ſi moribundus aliquid didiciſſet. 198.
Cicero de oratore. 138. 139.
- diſſertatio elegantiſſima Halbaueri, de eo. 14.
- ejusd. Rhetorica. 137.
Cognitio herbarum, V. D. M. in pagis degentibus utilis. 179.
Colloquia Eraſmi. 100.
- priuata inter fratres fiant latino ſermone. 200.
Cominaei uita. 84.
- Epitaphium. ibid.
Wicquefortii ſententia de eo. 85.

Com-

Commentarii Postillis praeferendi, sincerorum nempe Theologorum. 145.
- ut & loci communes legendi. 42.
Compendium ueritatis Hugonis Argentoratensis, juxta mentem Val. Herbergeri. 152.
- uariae sententiae ueri autoris, quia incertus. 153.
- Heerbrandi in graecam linguam uertit Martinus Crusius. 58.
Conseruatio sanitatis praescribitur. 73.
Conuiuia sodalia non sunt interdicenda. 211.
Cypriani, C. S. Theol. Gothani incomp. Historia Ecclesiastica commendatur. 80.

D.

DEambulationes, recreandi gratia institutae, V. D. Ministris sunt conducibiles. 207.
Demosthenis orationes commendantur. 140.
Dialectica Philippi commendatur a Luthero. 129.
- ejus Encomium Thomasii. 126. 130.
- an studium dialecticae & rhetoricae sit abjiciendum. 126. 127.
Dionysii Areopagitae uita. 69.
Dioscorides Alexandrinus, miles eruditus, etiam in castris rei herbariae incubuit. 182.
- praefuit sanitati Cleopatrae & Antonii. ibid.
- Anazobaeus ad differentiam nominis, uocatur a Reinesio, Herbariorum Sybilla. 182.
Disputationes theologicas legere, utiles. 199.
Durandi uita & epitaphium. 157.

E.

EMtio superflua graecorum patrum nullum theologum onerare debet. 120.
Enarratio postrema Lutheri Geneseos laudatur. 45. 46.
- cur ita uocatur. 47.
Epistolae ad amicos latine scribantur. 102.
Erasmi Roterodami colloquia. 100. 101.
- rejicit Raynaudus in classem scurrarum. 101.
- earum lectionem prohibet Lutherus. ibid.
- eorum elogium. 102.
- Epitaphia uaria Erasmi. 105. seq.
- liber de copia uerborum. 136.
- Apophthegmata commendat Morhofius. 108.

Euangelici a Judaeis, hostibus atrocioribus lumen foenerati sunt. 122.
Eusebii historia ecclesiastica. 75.
Exercitium scribendi concinatori non negligendum. 141.

F.

Ferberi, M. Joh. *Alt und neues geistliches* Ministerium *in dem gantzen Hertzogthum Würtenberg.* 2.
Ferrius, Joh. Wilh. Metensis, decimo aetatis anno, raro exemplo, S. munus suscepit. 144.
Filiae ministri ecclesiae, quomodo educandae. 221.
Filios minister ecclesiae primis annis ipse domi instruat. ib.
Foersterus Rabbinorum Patronus. 122.
- testimonium Chemnitii de eo. 123.
Fuchsii Leonhardi institutiones. 172.
- historia stirpium damnatur a Josia Scaligero. 173.
- interpres publicus in germania, Imperatori Carolo V. charus 173.
Fraxinaeus, M. Joh Poëta Gothanus compendium Heerbrandi contumeliis perstringit. 60.
Frischlini, Nicodemi, Comoediae. 99. 100.

G.

Gebets-Vortheil. 15.
Germanica lingua, non tamen affectata, theologum ornat. 110 111.
Graecus & hebraicus textus debet intelligi a theologis. 26. 27.
Grünbergii dissertatio de saltatione. 206. 207.

H.

Hallbaueri dissertatio elegantissima de Cicerone. 141.
Halloix, Petri, judicium de scriptis patrum. 70.
Hausnetler. 217.
Heerbrandi compendium conuertitur a Crusio in graecam linguam. 58.
- mittitur Constantinopolin & Alexandriam. 59.
- uita. ibid.
Herbariorum Sybilla. 182.
Herodianus historicus. 120.
Hessens teutscher Gärtner. fol. ib.
Hippocratis Aphorismi, omnibus medicis utiles. 174. 175.
Historia Magdeburgica. 75. 76.
- Ludouici Lycii editio est fugienda. 76.
- historiae continuatio Schmidiana. 75.
Historiarum ecclesiasticarum lectio jucunda & utilis. 73.
Historici profani, qui legendi 80.

Hoepf-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0262
DFG

Höpfnerus, M. Tobias, orationem dominicam ante praelectionem uerborum S. scripturae improbat. 14.
Homeri Elogium. 171. 174.
Horatius, & laus scriptorum suorum. 92.

I.

Ignatii Antiocheni epistolae, cum judicio Tenzelii de his. 69.
Institutiones Justiniani theologus legere potest, ut terminorum & regularum non plane sit ignarus. 166. 167.
Institutio religionis christiani Lucae Osiandri. 62.
Jouianus, Joh. Pontanus. S. J. superat styli & elegantiae puritate multis modis Erasmum. 106.
Jouii, Pauli, scripta & judicia diuersorum apud Eusebium sunt legenda. 81.
Ittigii, Thom. bibliotheca patrum apostolicorum commendatur. 119.
Justiniani institutiones. 166.

L.

Laus Almae Tubingae. 2.
Latina lingua ab Horchio, uocatur lingua Anti-Christi. 201.
Lexicon sanctorum. 163.
Liberorum mores non sint inciuiles. 222.
Lieblerus, Georg. 187.
Librorum missalium catalogus uarius. 160.
Libros medicorum theologus legere potest 169.
Lingua Anti-Christi. 201.
Linguae latinae encomia uaria. 202.
Linguarum studium utilissimum. 114 - 116.
Literae sacrae, non ut profanae perlegendae. 19.
Loci communes sunt legendi. 55.
- quomodo a M. V. D. sunt instituendi. 192. 193.
Logicarum uariarum commendatio. 127. 128.
Lombardus, Petr. Doctor irrefragabilis. 149.
- Lutheri judicium de ejus scriptis, & aliorum. 150.
Lomeieri judicium de uastis bibliothecis. 105.
Lucubrationum noxae. 74.
Lutheri Tomi Jenenses reliquis editionibus praeferendi. 50.
- scriptorum encomium 27.
- commentatio in Genesin prae omnibus Lutheri scriptis laudem meretur. 47.
- ejusd. posterior commentarius in Epist. ad Galatas recensetur. 47. 48.
- it. locus de justificatione. 48.

M.

Mafii, Andreae, teſtimonium de ſcriptis Lutheri. 72.
Meditationes ante recitationem orationis dominicae. 13. 14.
Medlerus hebraica primum didicit, cum aliquot annos uerſatus in miniſterio. 27.
Miniſter eccleſiae diem claudat precibus. 224.
- quomodo oeconomica curare debeat. 216.
- ſuam familiam & liberos ſuos ad pietatem educet & domi ipſe inſtruat. 218. - 220.
- quid in precibus petere debeat. 12.
- num illaeſa conſcientia, cum nec otium, nec media deſint, librorum lectione abſtinere poſſit. 198.
- an poeſin exercere debeat. 89.
Miniſtri V. D. crebro latine loquantur. 201.
- ueſtitus ſit honeſtus. 219.
Miniſtro V. D. quiete opus eſt. 204.
Molleri, Dan Guil. diſſertationes uariae recenſentur. 81.
Muſica ad recreationem multum prodeſt. 210.
- laudatur eximie a Luthero. ibid.
- reddit homines manſuetiores. ibid.

N.

Naucleri, Joh. hiſtoria, *iſt uorzeiten das groſſe Buch uon Tübingen genannt worden.* 85.
- ejus uita. 85. 86.
Nicephori hiſtoria, quia eſt fabuloſa, attente eſt legenda 77.
- ad anilem ſuperſtitionem usque credulus fuit Nicephorus. 76.
Noli negligere gratiam, 1. Timoth IV, 14. explicatur. 3.
Nouum teſtamentum Miniſter V. D. exacte intelligere debet, 117.
Nulli autores magis alliciunt, quam Rabbini. 122.

O.

Olearius, Joh. Gottfr. in bibliotheca ejus eccleſiaſtica ridiculus occurrit error typographicus, P. II p. 8. pro uoce Metrico: *Meretricum.*
Opinio quorundam de ſcriptis Lutheri. 50.
Oratio dominica, precum optimus eſt epilogus. 14.
Origenes ſacras literas in meras transformauit allegorias, uel potius deformauit. 71.
Oſiandri, D. Lucae, Centuriae Magdeburgicae. 78. 79.
- ſcripta a Duce Würtenberg. confirmantur. 39.
- inſti-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0264
DFG

- institutio religionis christianae. 62.
- uita. 38.
Ouidii uita. 92.
- judicium de eo Balbini. ibid.

P.

Pappi, Joh. epitome historiae ecclesiasticae. 77.
- elogium. 78.
Pastor ecclesiae domui suae bene praesit. 218.
Patrum scripta suos habent naeuos. 70.
- an & quomodo sint legenda. 65. - 67.
Philosophica ex scholis minister V. D. repetere debet. 183.
- sine philosophia theologia stare non potest. 184.
Philippi dialectica. 29.
- Rhetorica. 133. - 135.
Platina Cremonensis, du Fresnoy judicium de eo. 87.
- *Anweisung zur Historie.* ibid.
- epitaphium ejus. 88.
Plautus & Terentius, de illis uaria congesserunt judicia Sagittarius, Heumannus, Vauassorius.
- Plautus est nimis impurus. 96.
- cum notis Taubmanni. ib.
- totius Criticae speculum uere dicendum esse, existimat Alstedius. 98.
Poëtarum lectio utilis. 88. - 90.
Polemicorum scripta sincerorum theologorum sunt legenda, ut & aliorum. 31. 35.
Polemicum studium difficillimum. 41.
Pontani imaginem ex aere confectam, Rex Alphonsus, Neapolitanus, inter res suas precioßissimas ostendere solitus est. 107.
- Epitaphium ejus. 108.
- unico tantum cibo utitur, & cur. ibid.
Posewizii, Joh. Henr. metaphysica theologica. 148.
Postillis commentarii sacri sunt praeferendi. 143.
Prachius, Hilarius, Diaconus Goldbergensis, ob fanaticos errores, quibus se immiserat, munus S. abdicauit. 196. 197.
Praesentia ministrorum V. D. in conuiuiis, plures excessus euitantur. 22.
Precatio matutina Stigelii. 225.
- uespertina. ibid.
Preces in omnibus studiis praemittendae. 9.
- quomodo instituendae. ib.
Precibus minister V. D. diem claudat. 224.
Priuata studia, quomodo instituenda. 5.
Profani historici, qui legendi, 80. seq.

- graeci legendi. 120. 121.
Purpurati cujusdam ecclesiae Romanae testimonium egregium de commentatione Lutheri in Genesin. 47.

Q.

Quilibet sit suus ipse medicus. 182.
Quilibet uerborum suorum optimus interpres. 57.

R.

Rabbinorum lectio, nullius usus existimatur a Clerico. 125.
- Wagenseilii judicium de iis. ibid.
- Eccardus, Melch. lectionem nimiam Rabbinorum epigrammate perstringit. 126.
Rationem formandorum studiorum praescribit Praetorius. 5.
Recreationes licitas minister ecclesiae quaerat, & quales esse possunt. 207. 208.
Reusnerus commentarios judaeorum damnat. 223.
Rhetorica theologo maxime necessaria. 134.
- Ciceronis. 137.
- Philippi. 133. - 135.

S.

Sacerdos, dialecticae perquam peritus esse debet. 127.
Sacrae literae, quomodo sint legendae. 10.
- scripturae studium cum ueterum linguarum studiis conjungendum. 28.
Sanitatis conseruatio praescribitur. 73.
Schola Salernitana, unde nomen accepit. 177.
- illustratur ab Arnoldo de Villa noua, scholiis. ibid.
- titulus est: Opusculum de conseruanda bona ualetudine, ad regem Angliae, Venet. 1573. ibid.
- hodie euiluit, & per jocum Schola Salbaderiana uocatur. ibid.
- Lebenwaldi translatio miserrima. ib.
Scholastica Chronologia Hornii. 147.
Schroederi, Matth. Georg. judicium de iis, qui totum uitae tempus linguis orientalibus impendunt. 124.
Schwindleri, Jacob. *uollständige und reale Priester-Bibliothecque*, 44.
Scripta aduersariorum, quomodo legenda. 33.
- poëtarum. 65. - 67. 71.
- minora patrum quilibet legere potest. 67.
- profana. 120. 121.
Scultetus, Dan. Seuer. 186

Ser-

Sermones discipuli, de miraculis uirginis Mariae, autor hujus libri est Joh. Herold, aliquando etiam scribitur Joh. Herlot. Ord. Praedicat. 161.
- cur nomen discipuli libro addidit. 162.
Sine discrimine ordinum homines aliquam notitiam sacrarum linguarum habere par est. 26.
Sleidani commentarius de statu religionis tempore Caroli V. in fol. omni aere comparandus. 82.
- describit uitam Cominaei. 84.
a Sooto impugnat articulos fidei contra theol. Würtenbergenses. 37.
Stephanus Henr. 204
Stigelii precatio matutina & uespertina. 225.
Studia fiant ordine & decenter. 5.
- historica & profana, quibus horis & quando facienda, 72. 74.
- priuata, quomodo instituenda. 5.
Studiis priuatis, quando incumbendum. 196.
- linguarum utilissimum. 113. 114.
- polemicum pulcherrimum, sed difficillimum. 41.
Summa Angelica. 154.
- maxime existimationis liber. 155.
- autor. 156.
Sybilla herbariorum. 182.
Syluii, Jacobi, laus & epitaphium. 176 177.
Systema unicum sibi eligat studiosus theologiae, quo per totam uitam uti possit. 64.
- systemata, quomodo sint legenda. 62. - 64.

T.

Terentii urbanitas in suis comoediis laudatur. 94.
- praefertur Plauto. 96.
- editio cum notis Boecleri optima. ibid.
Theologiae Canditati ante examen & ordinationem hebraicam & graecam linguam sint edocti. 29.
Theologia scholastica, de pretio illius uid. Meisnerus, Henr. Müllerus, &c. 145.
- non omne, quod scholasticum est, statim contemnendum. 147.
Theologi inueniuntur uix centum, qui sacra Biblia per totam uitam semel attente perlegerunt. 17.
- multa lectione copiosam docendi materiam colligere debent. 4.
- nouum testamentum exacte intelligere debent. 117.
- nomine indigni, qui historiam

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0267
DFG

am ecclesiasticam non excoluerunt. 79.
Thomas de Aquino, autor summae Angelicae. 155. 156.
Thomasius, Christianus, laudat Logicam Chytraei. 130.
Thurinorum translatio bibliorum uitanda. 30.
Tomi Lutheri Jenenses, prae caeteris optimi, cur? 50.
Tragus, Hieronymus, siue Bock, epigrammate exornatur a Joh. Sapido. 180.
- epitaphium ejus Hornbaci positum. 181.
- bibliothecam ejus possidet Rex Poloniarum, FRIEDER. AVGVST. ibid.
Translatio bibliorum Thurinorum uitanda. 30.
Tribecchouii, Adami, liber singularis de doctoribus scholasticis &c. 147.
Tubingae Almae laus. 2.

V.

Vigiliae antelucanae & matutinae sanitatis causa, nocturnis praeferendae. 205.
Vita Dionysii Areopagitae. 69.
Vitae patrum liber. 163.
- lexicon sanctorum lingua germanica loco uitarum patrum sufficere potest. 163. 164.
- ut legantur cum grano salis, dignas judicauit Lutherus. ibid.
- praefatione muniuit D. Georgius Major. ib.
Vortheil des Gebets. 15.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0268
DFG

APPENDIX
ALIQVOT
DISSERTATIONVM
ET
EPISTOLARVM
CVM *RARIORVM*, TVM *MSTARVM*.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0269
DFG

APPENDIX
ALIQVOT
DISSERTATIONVM
ET
EPISTOLARVM
CVM RARIORVM, TVM MSTARVM

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0270
DFG

I.

Breuis discendae Theologiae Ratio Autore Philippo Melanchthone (*).

ILlud initio praestandum est, ut textum Bibliorum familiarem habeas. Qua in re meum consilium est, ut mane, postquam surrexisti, & uesperi, cum cubitum ire uoles, legas, tanquam orandi causa, unum atque alterum caput. Ita tota Biblia ordine legenda: & si quis occurrit obscurus locus, quaerendus est interpres.

Et

(*) Consilium hoc Viri in his etiam literis summi legitur *Tom. I. opp. Vit. 1580. in fol. editorum p. 35. sqq.* de ipso autore, ut MELCH. ADAMI, THVANVM, TEISSIER, SECKENDORFIVM, BAYLIVM, alios taceam, plura nec dicere, nec requirere opus est; quam elegantissimo *de uita ejus* commentario dedit JOACH. CAMERARIVS, qui titulo narrationis diligentis & accuratae utique dignissimus est, & magnorum uirorum historias scripturo in exemplum proponi debet. Hinc e latina hac descriptione uitam Philippi graeco carmine comprehendit JOH. MELAS Lesnic. *Vit. 1571. 8.* Editus ille est CAMERARII Commentarius prima uice *Lipsi. 1566. in 8.* quam editionem reliquis facile praetulerim ob summam in ea adhibitam accurationem & aliquot epistolas in fine additas: etsi altera *Hag. Comit. 1655. in 12.* nitida satis sit, & tertia splendidior a FRIED. BENED. CARPZOVIO *Lipsi. A. 1696.* curata, cujus etiam notae in h. l. non spernendae in manibus amici MStae latent. Imagine praeterea Philippi & elencho capp. haec postrema gaudet. Addo de illo jocum uxoris Comitis CAPLIERII, quae, cum ipsi ostenderetur, *dieser*, inquit, *hat sich gantz mager geglaubt.* apud GOD. ZENNERVM *in gelehrten Nouellen Anni 1696. p. 1521.* Etsi autem CAMERARII narrationem certatim & merito collaudent uiri undiquaque doctissimi. u. D. G. MORHOFIVM *in Polyhist. Lit. Tom. I. Lib. I. c. XVIII. p. 243.* ANT.

Et simul obiter sunt excerpendae praecipuae sententiae, quae sunt in locos communes dirigendae, qui contineant summam doctrinae Christianae. Nomenclaturam talium locorum alicubi edidi; & sumi possunt ex meis locis.

Praeterea danda opera est, ut informes tibi methodum aliquam, in qua sit summa doctrinae Christianae. Et ad hanc accommodanda est Epistola Pauli ad Romanos: haec enim propemodum est methodus totius scripturae, quia disputat de justificatione, de usu legis, de discrimine legis & Euangelii; qui sunt praecipui loci doctrinae christianae. Quanquam & Christus tradit methodum his uerbis, cum jubet praedicare poenitentiam & remissionem peccatorum: hic enim poenitentiam seu timorem, seu contritionem & fidem complectitur, quae credit remitti peccata.

Sumas igitur certam aliquam tibi horam, aut si libet, duas, ad legendam epistolam ad Romanos. Hic diligenter expendendae sunt omnes sententiae, & considerandum, quid in utramque partem dici possit. Et quaerenda certa Pauli sententia, obseruanda series argumentorum & propositionum: hac lecta, postea accipienda est in manus epistola ad Galatas, cum commentario, qui & ipse ueluti methodus est. Post hanc & Colossenses legendi cum commentario meo, in quo etiam uolui complecti praecipuos locos. Juberem & meos communes locos legere, sed multa sunt in illis adhuc rudiora, quae decreui mutare. Facile tamen

---

TEISSIER *les Eloges des hommes sauans P. I. p. 449.* qui une piece incomparable uocat. ISAAC. CASAVBON. *in epistolar. opere ab Almelouenio Roter. 1709. fol. ed. epist. 740. pag. 431.* HVBERT. LANGVETVM *in epistolis ad J. Camerarium a Ludouico Nepote ed. Lipsi. 1685. in 12. ep. XV. p. 28.* Habet tamen in eo, quae desideret C. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, *quod quaedam scripserit, ut accepit, non certe omnia ad historiae fidem. in epist. selectioribus epist. 379. p. 425. ed. 2dae Vit. 1712.* Quicquid ejus sit, consilium tamen hoc Melanchthonianum non inutiliter cum Osiandrino conferri posse existimo. Quaedam etiam in Camerarii narratione uel illustrari uel suppleri possunt ex nuper admodum editis a J. JVSTO VON EINEM Melanchthonianis, *Helmst. in 8. 1730.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0272
DFG

men intelligi potest, quid mihi ibi displiceat ex meis Colossensibus, ubi locos aliquot mitigaui (*). *His diligenter lectis, habebis quasi summam doctrinae christianae. Facile igitur intelligi jam caeterae epistolae Pauli poterunt, quia subinde idem docet.*

Deinde legendum euangelium Matthaei aut Lucae. Atque hic uidendum, quomodo accommodanda sint omnia, & in locos illos communes includenda, ubi Christus loquatur de poenitentia seu timore, ubi de fide, ubi de oratione, ubi de caritate, ubi de rebus externis seu ciuilibus, de magistratibus, ubi de traditionibus humanis, ubi de sacramentis, ubi discernat legem ab euangelio, euangelium a politica prudentia, ubi de cruce loquatur, ubi commendet ministerium uerbi, ubi ecclesiam describat.

Postea legendum euangelium Johannis, quod magna ex parte continet conciones Christi de fide & justificatione.

Instruendus est & libellus articulorum fidei, de trinitate, de creatione, de duabus Christi naturis, de peccato originali, de libero arbitrio, de justitia, de ecclesia, de clauibus. Hic libellus pene similis erit locis communibus. Sed tantum breuiter debet tenere sententias, quae probent articulos seu dogmata, sicut ego institui Enchiridion, cujus exemplum ab iis, qui audiuerunt, petere potes.

Post-

(*) Hoc Philippo in more positum erat, ut nunquam sibi ipsi satisfaceret, qui pluribus aliis. Semper scripta sua mutabat, retexebat, corrigebat, augebat. Illo ipso tempore multa jam & multoties in locis suis theologicis emendauerat, aut potius immutauerat, nec pauca in deterius: & tamen plura adhuc desiderabat. In epistolam ad Colossenses *scholia* edidit, quae 1529. a J. JONA in germanicam linguam translata LVTHERVS in praefixa praefata uehementer laudat. Commentarium autem prolixiorem a se scriptum in hanc epistolam, & aliquoties recognitum locupletatumque, in *P. IV* tam etiam *operum suorum p. 324.* relatum hic, credo, intelligi uult. Videsis de utroque SECKENDORFIVM *in hist. Luther. Sect. XIX. §. LIV. p. 149.* ubi per errorem a J. JONA latine uersus scribitur, quem latino idiomate primum Melanchthon ediderat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0273
DFG

Postquam sic praeparatus es in nouo testamento, cognoscendum est & uetus. Et accipiendus in manus unus aliquis liber, qui diligenter legatur.

Vellem initio legi Genesin cum enarratione, postea Deuteronomion cum enarratione, deinde Psalterium. Et in iis diligenter uidendum est, quomodo & haec quadrent ad locos illos communes, qui summam doctrinae christianae continent. Nam in iis libris eadem est de fide, de timore, de cruce doctrina, quae est in euangelio. Nec tantum excerpendae sententiae de moribus, sed majus quiddam requirendum est, uidelicet doctrina de priori tabula, de timore Dei, de fide seu fiducia & justitia erga Deum. Quaerendae promissiones & commixtiones.

Haec tum demum intelligi poterunt, cum aliquis in uita usus accedit, cum tentatio exercebit animum, & orare coget: neque unquam tamen desunt orandi occasiones.

Ac diligenter in Psalterio discernendi sunt Psalmi. Alii continent prophetias, alii sunt deprecationes tantum, alii continent praecepta, alii continent promissiones. Haec genera facile animaduertet uel mediocriter peritus literarum communium, & sciet, quomodo reponendi sint in locos communes, de quibus supra dixi. Post Psalterium legendi sunt Prophetae cum enarrationibus, ut Jonas, Zacharias &c. hic uidebis, quomodo autor illarum totam rem ad communes illos locos transferat, de quibus supra dixi.

Proderit etiam conferre alios interpretes, ut uideas quam inepti sint illi, qui non norunt rem ad illos locos de fide &c. reuocare. Deinde lecturus reliquos Prophetas, non difficulter intelliget eos: Sciet enim, eos partim arguere peccata, seu legem docere, partim uaticinari de Christo, seu euangelium tradere & consolari conscientias.

Refert tamen omnia aut ad doctrinam de poenitentia, aut de fide seu fiducia erga Deum, aut de cruce, aut de aliis locis cognatis. Nonnihil tamen adjuuabitur in iis etiam a diuo Hieronymo (*), non-

(*) De HIERONYMO euoluat, cui uolupe est BELLARMINVM, LABBEVM, R. COCVM, DVPIN., CAVEVM, RIVETVM, OVDINVM, OLEARIVM ceterosque

nonnihil a Lyrano (*), qui satis diligens est in historia. Et qui sciet omnia ad locos communes referre, huic nihil opus est quaerere multos sensus. Hoc potius agat, ut certam quandam sententiam con-

---

que de patrum scriptis, uitis & editionibus differentes: Solius hic addo ERASMI acerrimi & intelligentissimi harum rerum censoris judicium: *Hieronymus ad omnem dicendi facultatem parandam appositus est, ardens in comitandis affectibus, sed quoniam presbyter tantum erat, non episcopus, in concionando sese nunquam exercuit. in Ecclesiaste L. II. p. 716. opp. Tomo V.* qui liber est uere aureus & a pluribus diligenter uolui reuoluique meretur, quam fieri solet. Prod. etiam seorsim *Bas. 1535. 8.* & copiose de eo differit M. GIBERT *in jugemens des sauans sur les Rhetoriqu. T. II. p 160. sq.* confer. tamen cum hoc judicio, quae bene monent LVTHERVS *in consilio studii theol.* HIER. WELLERI saepius edito, u. *p. 16. ed. Vitemb. 1727.* J. HENR. HOTTINGERVS *in bibliothecario quadripartito L. II. c. I. p. 212.* & J. CHRISTOPH. MEHLFÜHRERVS *in corona C. PP. p. 107. sqq.*

(*) NIC. DE LYRA ab iisdem, quos nominaui, satis quoque descriptus, prouerbio locum fecit: *Si Lyra non lyrasset, Lutherus non saltasset.* Et honorificum etiam LVTHERI *de ejus expositione bibl. literali & morali* extat judicium, uid. de utroque CHR. KORTHOLTVM *in hist. eccles. P. XIV. §. VIII. p. 567.* Nunquam uero eum Judaeum, quod uulgo ferunt, & D. J. J. RAMBACHIVS, quod mireris, etiam credit *in instit. hermeneut. S. Lib. III. c. IX. p. 680.* fuisse erudite ostendit celeberrimus D. MICH. HENR. REINHARDVS, quem nuper magno coetus purioris bonarumque literarum malo satis concessisse animitus doleo, *in pentade conatuum sacrorum. Obseruat. III. p. 147. sqq.* Editione utor *4. Volum. fol.*, quam primam esse existimo, quod sine die & consule sit. Plura habent SIXTVS SENENS. *in bibliothec. S. L. III. p. 187. & L. IV. p. 276.* J. FRID. MAYERVS *biblioth. bibl. pag. 54. sqq.* RICH. SIMON. *historia crit. comment. S. S. p. 44. 353. ed. german., in historia crit. uet. test. c. XI. p. 46. ed. lat. 1681. 4.* JAC. FRID. REIMANN. *in hist. lit. german. L. II. p. 213.* D. J. GOTTLOB CARPZOVIVS *in introduct. in LL. Canon. uet. test. P. I. cap. I. §. V. p. 6.* AVG. PFEIFFERVS *in thesauro hermeneut. Hyp. ad cap. XIV. §. XII. pag. 518.* MART. CHLADENIVS *in institut. exegeticis prolegom. §. IX. p. 15.* TH. POPEBLOVNT *censura celeb. auth. p. m. 299. Unschuld. Nachrichten uom Alten und Neuen. 1703. ord. VI. p. 317. sq.*

constituat, quae certo conscientiam docere possit de uoluntate DEI: est enim ad usum & ad tentationes comparanda cognitio. Quare non est contaminanda illis ridiculis allegoriis, qualibus delectatur Origenes (*).

In legendis historiis sacris inprimis, obseruandum est discrimen legis & euangelii, & tenenda notitia libertatis christianae, ne somniemus oportere nos omnia illorum opera imitari. Ac diligenter discernenda fides est ab operibus. Fides Dauid, Ezechiae, & similium imitanda est. Opera non possunt esse similia, sed sua sunt pro uniuscujusque uocatione. Semper igitur animo intuendi sunt principales loci, poenitentia & fides, seu timor & fides, quos nobis commendat Christus, cum jubet praedicare poenitentiam & remissionem peccatorum. Sunt & eligenda exempla politica, quae docent, qualia magistratuum debeant esse officia. Non est negligenda temporum supputatio, & cetera, quae Grammatici aut Rhetores jubent obseruare. Interim cum scripturis in bibliis, interdum legendum est aliquid Augustini: nam is longe praestat aliis ueteribus, praesertim in iis, quae scripsit contra Pelagianos de spiritu & litera. Item contra Julianum (**). *Inspiciendus aliquando Hieronymus & alii, ac obseruandum, quid iis desit, aut in qua parte ualeant: multa enim continent, quae prudens*

(*) Nimium allegoriarum in Origene studium merito taxatur; etsi in quibusdam excusari possit uid. J. FRANC. BVDDEVS *pecul. dissert. de allegoriis Origenis Vit. 1689. & parergis ejus theologico-histor. inserta p. 141 sqq.*

(**) AVGVSTINI hos libros reliquis praefert MELANCHTHON, de quibus allegati supra patrum SS. critici legi possunt. Addatur de naeuis ejus, a quibus hi etiam libri immunes non sunt, JOH. SCHOPFIVS *in academia J. C. cl. V. p. 93.* Commendat uero opera ejus V. D. tractatori legenda LVTHERVS *in consilio theol. studii Welleriano allegato.* Nec dissentit hic ab eo ERASMVS ROT *l. c. p. 715.*: qui, *Augustinus*, inquit, *in hoc genere extemporali felix est & argutus. Quod autem dulcior est, quam grauior, quod numeris & similiter desinentibus gaudet, quodque crebris digressionibus moratur auditorum animos, suae gentis ingenio tribuit uir pius & humanus.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0276
DFG

dens lector non aspernabitur, tametsi leuiter attigerint doctrinam de iustitia fidei.

Legendi & ueteres canones, ut sciamus, quid decreuerit & constituerit ecclesia, eligendi sunt, qui cum euangelio consentient. Multi sunt politici de ordinationibus ecclesiasticorum rituum, qui quibus de causis facti sint, exponendum est, ut ita accipiantur, quemadmodum ceterae humanae leges, neue tribuatur illis ritibus, quod mereantur iustitiam coram DEO.

Denique in tota doctrina ecclesiastica diligenter obseruandum est, quae pars ad spiritualem uitam proprie pertineat, quae pars doceat de ciuili conseruatione, & de politicis rebus. Sciendum, quid ad euangelii doctorem pertineat, & doctrina euangelii procul sejungenda est a politica. Neque tamen improbandae sunt res politicae, sed ut aliae bonae creaturae honore adficiendae. Et quia saepe accidit, ut defendenda sint dogmata christiana, praepares te ad id quoque.

Aliquid operae collocandum est in humanis litteris, & exercendus stylus, ut cum opus erit, perspicue explicare possimus controuersias religionis. Et prodest aliquando sumere aliquam controuersiam, eamque acuendi & exercendi judicii gratia praescribere. Ac suppeditant nobis multa argumenta haec tempora. Potes Anabaptistas refellere, qui contendunt a facultatibus discedendum esse, easque in commune conferri oportere. Item, non esse juramentum praestandum magistratibus. Item iustitiam non contingere ex fide, sed ex nostris afflictionibus.

Est etiam & ad perfecte intelligendas scripturas & refutandos haereticos, cognitione linguarum opus. Multae enim controuersiae diiudicari possunt, recte cognita natura sermonis & figurarum.

Neque tamen de natura sermonis, & de figuris judicare poterit quisquam, nisi legerit eloquentium hominum scripta, Ciceronis, Liuii (*), Ver-

(*) LIVIVM, ut reliquos hic praeteream, maxime suis commendare, & tantum non ipsi CICERONI praeferre solebat in recitationibus suis oratoriis publice olim priuatimque habitis CONR. SAM. SCHYRZFLEISCHIVS. V. D. Mi-

Virgilii, Terentii, Ouidii, Quintiliani. Addendi sunt & Graeci, Homerus, Herodotus, Demosthenes, Lucianus (*).

Adhaec

D. Minister cum ob lacteam styli elegantissimi ubertatem, tum ob omnis antiquitatis Romanae superstitionisque gentilis apertos quasi in eo fontes legisse debet. Ipsi etiam fortasse sufficerit editio *Gruteriana* per GERH. ARNOLDVM *Francof. ad M.* curata *1695. in 8. majori.* Judicia de eo POPEBLOVNT *p. 64.* & TOB. MAGIRVS *in Eponimologio Crit. p. 520. sqq.* operose collegerunt, quibus addo SCARDEONIVM *in antiquit. Patau. L. I. cl. 3. p. 38.* atque *de fragmentis & lapide sepulchrali ejus* LEAND. ALBERTVM *in descript. Italiae March. Taruis. p. 742.*

(*) Ea sunt tempora, ut spes non sit, fore multos, qui hoc Philippi consilio obsecundaturi sint. Idcirco de graecis ut taceam, ex quibus uel ipse LVCIANVS, quem a crimine Atheismi merito absoluit J. PHIL. TREVNER in erudita *de Luciani Theologia diss. Jen. 1697. hab.*, ad cognoscendas foeditatum ethnicarum abyssos inseruire possit. De QVINTILIANO saltem monere liceat, eum multa praecipere, quae oratori etiam sacro scitu digna & obseruatu necessaria sunt. Nec diuus olim HIERONYMVS FABIVM legisse diffitetur *in opp. Tom. III. f. m. 27.* Ejus scripta inter adminicula eloquentiae sacrae quoque recenset NICOL. CAVSINVS *de eloquent. S. & Prof. L. III. c. XIV. p. 172.* qui accuratum de eo judicium tulit. Addant. PONTANVS *in Atticis Bellar. L. III. p. 429.* THOM. CRENIVS *animaduers. philologico-histor. P. XVI. p. 1.* M. GIBERT. *Jugemens des sauans sur les auteurs Rhetoriqu. Tom. II. p. 37.* prolixa eruditaque ejusdem de hoc Rhetore ibi est dissertatio, ex qua sitim abundantissime extinguere licebit, ubi etiam contra P. RAMI aliorumque insectationes defenditur. POGGIO FLORENTINO ipsius conseruationem debet posteritas u. J. A. FABRICIVM *in biblioth. lat. Vol. I. L. II. c. XV. p. 423. & Vol. II. p. 676. sqq.* Editionem tamen ab exacto aliquo & in graecis auctoribus subactissimo critico meliorem olim optauit CASP. BARTHIVS *in aduersariis Lib. L. c. IX.* & diu expectauimus: OBRECHTI enim *1699. II. Vol. in 4.* constans orbi erudito non omnino satisfecit; donec celeberrimus PETR. BVRMANNVS limatissimam perfectissimamque *Lugd. Bat. 1720.* sisteret.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0278
DFG

Adhaec accedat ſtilus ſeu exercitium ſcribendi, quae res uel in primis acuit judicium. Si quid ex philoſophia aut jure uolet theologus ſumere, uiderit ne inepte commiſceat doctrinam ſpiritualem cum politica, &c.

Caeterum dialectica perinde opus eſt, ut grammatica & rhetorica (*). Nam cum iis ita conjuncta eſt, ut diuelli ab eis non poſſit. Ego tamen optarim, theologos non negligere philoſophiam, quia nonnulli uituperant alias artes, cum non norint; qui ſi noſſent, pluris facerent. Sed hic magnopere opus eſt cauere, ne inepte confundatur doctrina chriſtiana & philoſophia.

Quare ſcire oportet eorum regiones & interualla. Idem de jurisconſultorum diſputationibus judico, quas aliquando inſpicere conducet.

II. Caſp.

(*) Vel hoc etiam conſilium GESOLLIVM aliosque in ruborem dare poteſt, qui in MELANCHTHONEM ut πολυμαθείας hoſtem inuecti ſunt, refutati a D. G. MORHOFIO *in Polyhiſt. Tom. I. Lib. I. c. I. §. XXI. p. 8.* & a GOD. HECHTIO *pecul. programmate*, qui literarum inter Saxones inſtauratoris ſummi P. M. memoriam celebrauit. *ed. Vitemb. 1718.* Nec facile credo fore, qui laudem ipſi in epitaphio tributam ualde inuideat, ubi diſciplinarum optimarum & artium cum inſtaurator, tum conſeruator audit, qui omnem doctrinam quaſi uagam & diſſipatam collegit, & ad certam rationem reuocauit. apud LVNDORPIVM *in continuat.* SLEIDANI *Lib. II. pag. 201.* addat. JAC. BVRCHARDVS *de L. L. fatis in germania Part. I. c. V, p. 349. ſqq.*

* * *

II.

Casp. Crucigeri admonitio ad uerbi diuini ministros (*).

CVm sit amplissimum omnium munus in terris, & summa functio, docere euangelium Christi, & pascere ecclesiam, quam Deus sanguine suo acquisiuit, summa relligione ac ueneratione ad id

(*) Praefatio haec est, quam theologus inter Lutheri adjutores non postremus, & uariarum linguarum eruditione, Matheseos ac rei medicae peritia, candore ac fide commendatissimus *Margaritae theologicae* JOH. SPANGEBERGII *Vit. 1541. 8. ed.* praefixit, quam hic etiam legisse neminem poenitebit. De Crucig. autem consuli poterunt HENR. PANTALEON *in prosopographia uiror. illustr. germaniae P. III. p. 273. sq. edit. lat. Bas. 1565. edit.* uero *germanicae p. 274.* quae auctior illa est, & *Bas. 1578.* prod. propter stili tamen scabritiem lecturis facile fastidium excitabit. JAC. VERHEIDEN *in imaginibus & elogiis praestant. theologor. p. 32. ed. Rothscholz.* MELCH. ADAMI *in uitis theolog. german. p. 93. sq. edit. in fol.* PAVL. FREHERVS *in theatro erud. uiror. Part. I. Sect. III. pag. 152.* J. JAC. VOGEL *in annal. Lipsiens. p. 142. 187.* PETR. ALBINVS *in Meissnischer Land und Berg-Chronicke tit. XXV. p. 352.* JOH. BERGEN *in Bildnis etlicher uornehmer gelehrter Männer, Dresd. 1596. in 8. ed. n. 7.* bbiiii. NIC. REVSNERVS *in imagin. uir. lit. illustr. Argent. 1590. in 8uo ed. p. 141. sqq.* BALTH. MENCIVS *in elogiis praecipuor. DD. Vitembergens. 1606. in 8. ed. pag. 49. sqq.* ERD. VHSE *im Leben der berühmtesten Kirchen Lehrer und Scribenten p. 159. sqq.* Si quis fontem malit, ex quo hi aliique omnes sua hauserunt, adeat ERASMI REINHOLDI *orat. de C. Crucigero,* quae *in declamat. Melanchthon. T. III. p. 810.* legitur; & addat *scriptor. publice in Acad. Vitemb. propositorum Tom. I. Vit. 1560. ed. p. 228. sq.* ubi Rectoris Acad. Programma & PETRI LOTICHII *secundi* elegantissima in funus A. 1548. defuncti elegia extat, quam RANVTIVS GERVS (JANVS GRVTERVS) *deliciar. quoque poetar. german. P. III. p. 147.* inseruit. Obiter addo *in tomis declamationum Melanchthonianarum* reperiri aliquot orationes ab uitae ejus scriptoribus inter scripta ipsius non relatas. uid. u.g. *Tom. III. selectissimar. orat. Melanchthon. Erford. 1551. ed.* quas uero in totum Philippo tribuere ipsa stili diuersitas prohibet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0280
DFG

id ministerium accedere, & magno studio praeparare sese debebant omnes, ut ad rem tantam uenirent instructi iis dotibus, quas in pastore seu doctore ecclesiae requirit Paulus, inter quas praecipuum est, quod praecipit, ut qui praeficitur gubernationi ecclesiae, sit διδακτικὸς, id est, qui non solum ipse norit doctrinam christianam, sed etiam idoneus sit ad alios docendos, & doctrinam, quam tenet, recte & feliciter populo tradere possit. Horum utrumque magnum est, & requirit acre studium & curam. Primum enim necesse est, ut alios docturus, ipse domo afferat bene cognitam ac multum & diu meditatam summam doctrinae christianae, ita ut non solum generalia quaedam capita aut sententias uulgo etiam jactatas, utcunque meminerit, sed totam doctrinam ac singulas ejus partes & uelut articulos exquisite perscrutatus, earum summam animo comprehensam & inclusam secum circumferat; ut, ubi opus sit, habet, quod uelut diligens & bonus paterfamilias ex instructo penu depromere & in usum proferre possit. Deinde adjungenda est & in docendo prudentia & dexteritas quaedam, ut & utilia ac necessaria conscientiis doceat, & ut apte, proprie ac perspicue ea tradat. Ad hanc facultatem opus est etiam instrumentis aliarum artium, praesertim cum incidunt controuersiae, & refutandae sunt opiniones, quae non consentiunt cum pura doctrina euangelii, ubi danda est opera, ut ostensis fontibus & prolatis ueris rationibus & scripturae testimoniis, conscientiae euoluantur ex erroribus & perplexitate, & confirmentur in uera doctrina. Haec omnia postulant acre & indefessum studium, assiduam lectionem & meditationem scripturarum, item adminicula aliarum artium, quae sunt necessariae ad erudite ac dextre explicandos difficiliores locos, & de quibus est aliquid controuersiae (*). Quare magna habenda

(*) Mirari itaque subit, tam corrupto homines esse judicio, illosque ipsos non indoctos, ut literarum bonarum studiis sine noxa & incommodo V. D. Ministrum carere posse asserant. Data opera illud sed perinepte propugnauit autor quidam *in L. la science ecclesiastique suffisante a elle meme, sans le secours des sciences prophanes, Lugd. 1700. in 12, ed,* cujus excerpta

habenda est gratia iis, quos DEVS singulari beneficio his temporibus excitauit ad restituendam ecclesiis puram doctrinam euangelii, quique indefesso studio, ne sine magnis sudoribus elaborarunt in hoc, ut ueram doctrinam ex illis defensissimis tenebris superioris seculi erutam, & ex immensa confusione ac perplexitatibus euolutam, sine ambiguitate & sophistica, plane & explicate traderent, & ad adjuuanda bonorum studia summam doctrinae christianae per partes, & in methodum contractas, ubi integre conspici & comprehendi possent, tradiderunt. Sed uicissim detestanda est nounullorum perdita socordia & ignauia, quae reliqua est ex illa inueterata superioris seculi negligentia & inscitia, cum objecto omni studio cognoscendae uerae doctrinae ex ipsis fontibus scripturae, doctrina obruta est nugacis-

---

cerpta dedit Ms. BERNARD *in l' histoire des ouurages des sauans A. 1700. art. III. m. Jun. p. 630. sq.* & notissimus ille historiographus GREGORIVS LETI idiotas plane eruditis sacerdotibus praeferri uult, *in* RAGNAGLI *historici e politici disc. VII.* ut inconsulta fanaticorum consilia, qui scientiam humanarum literarum exsudare jubent, non attingam: Hanc esse celeberrimi J. BEN. BOSSVETI sententiam de linguarum notitia minus necessaria indicat ALB. ZVM FELDE *in analectis disquisit. sacrar. pag. 105.* ubi luculenter & egregie de subsidiis eruditionis profanae theologo necessariis disserit. conf. JOH. ALBERTI *praef. observat. in nou. test. Lugd. Bat. 1725. 8. ed. de utilitate, quam theologo humaniores literae* adferunt. Et cultissimi uirum ingenii ROL. MARESIVM *in epistolis philol. Lib. II. Ep. XLI. p. 459. sqq.* & *Epist. LVIII. p. 530. sqq. edit. Lipsi 1687. 12mo.* Ipse B. J. BRVNNEMANNVS *in V. D. M. Mundum hodie non opus habere eruditione, sed pietate L. I. de jure eccles. c. V. §. IX. p. 55.* putat. Vtramque uero conjungendam & quid, si alterutra desideretur, statuendum, B. J. FECHTIVS accurate ostendit *in consectariis falsae de irregenitorum notitia doctrinae prop. VII. p. 62. sqq.* Licet non prorsus negauerim aliquando fieri, uitio personarum & ex abusu scientiarum, quod subinde solere celeb. D. PFAFFIVS perhibet, *ut homines eruditi sint pessimi ecclesiarum ministri, in introduct. in hist. lit. theol. P. III. L. V. p. 342.* imo utraque manu concesserim, quod B. MENO HANNECKENIVS jubet, *in orat. in laudem B. Menzeri dicta, non opus esse ante omnia de eruditione in eligendo pastore quaerere.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0282
DFG

gaciſſimis ſophiſtarum diſputationibus, & in uulgo omnia plena fuerunt ſuperſtitione & extrema inſcitia, culpa illorum, qui uentris & quaeſtus cauſa, omnia ſtudia ad artes, & ſuam lubidinem comparata habuerunt (*). *Eodem modo etiam hoc tempore in quibusdam, cum doctrina euangelii in clariſſima luce feliciſſime tradita extet, tamen tanta eſt ignauia, ut nolint adhibere mediocre ſtudium, ut uel aliis eam tradant, uel ipſi ſaltem recte percipiant. Tales quid aliud dicas, quam uentres & epicuri de grege porcos, potius haris quam aris & templis praeficiendos. Paulus Timotheum discipulum praedicat, quod ab infantia ſacras literas didicerit, quod ſibi docenti ac gubernanti eccleſias aſſiduus comes adhaeſerit. Et tamen ſic inſtructo quam diligenter praecepta dat, ut ſtudio excitet donum ſibi datum, ut intentus ſit lectioni, doctrinae exhortationi, ut ſollicite ſtudeat, ſe ipſum exhibere DEO operarium non erubeſcendum, recte ſecantem uerbum ueritatis, denique ut ſtudeat, quo ipſius profectus manifeſtus fiat omnibus* (**). *Quanto magis nos acuere ſtudium & curam debebamus, & excutere iſtum noſtrum ueternum, cogitantes animo & magnitudinem noſtri miniſterii, quod proprie eſt coeleſte ac diuinum, & quam rationem nos reddere oporteat DEO, quas poenas daturi ſimus, ſi in tanta functione negligentes ac parum fideles fuiſſe reperiemur* (***). *Magna res eſt, & procul ſupra captum*

(*) confer. J. HENR. HOTTINGER. *in hiſt. eccleſ Sec.. XVI. P. V. Sect. III. pag. 209.* & *in analectis hiſtorico-theol. diſſert. I. n. IV. pag. 5. ſqq.* CHRIST. BECMANN. *oratio de barbarie & ſuperſtit. ſuperiorum temporum, Amberg. 1617.* JOH. ZWINGER. *de barbarie ſeculorum aliquot ſuperior. Baſil. 1661.* JAC. BVRCHARD. *de lat. linguae in germania fatis, Hanou. 1713.* paſſim, & inprimis *P. II. cap. III. pag. 64.* ubi ſeculis illis injuriam hujusmodi querelis non fieri demonſtrat.

(**) Legi eam in rem merentur JOH. LAVR. JANI *diſſertatio inauguralis*, qua *Timotheus ingenui paſtoris typus* proponitur. *Altorf. 1712.* & FRIEDER. BALDVINI *inſtitutio breuis uerb. diu. miniſtri ex I. ad Tim. epiſtola Vit. 1613. suo.*

(***) Nocturna uerſare manu, uerſare diurna par eſſet incomparabilis

captum humanae rationis posita, doctrina euangelii, quare ad haec sacra reuerenter accedendum est, & afferenda mens ardens cupiditate & studio haec arcana cognoscendi. Sed studio ac meditationi conjungenda est inuocatio, ut Spiritus Sanctus mentes nostras sua luce perfundat, ut haec sanctissima mysteria comprehendere possimus, utque adsit ministerio nostro, & illud gubernet ad gloriam DEI, & salutem ecclesiae. Ita cum fructu & feliciter uersabimur in hoc sanctissimo munere, nam in illis efficax esse uult Spiritus Sanctus, qui adhibent studium & curam, non in otiosis & securis. Sed desino haec persequi, non enim institui justam adhortationem. Haec breuiter dixi, admonendorum imperitiorum causa, ut accessuri ad ministerium docendi diligentius se praeparent, ut ueniant instructi quadam perfectiore doctrina, quam fere in uulgo esse solet.

---

theologi CHRIST. KORTHOLTI aureum libellum, quem uocat: *schwere Priester-Bürde*, in quo difficultatem muneris S. ex scriptura S. & patribus graphice depingit. Aliquoties seorsim editus extat, & opusculis etiam ipsius theologicis *Kil. 1704. ed. n. III. p. 114.* insertus legitur.

III.

Epistola Melanchthonis ad amicum (*).

MAgnum omnino decus est hic orator in ecclesia, qui recte, distincte, justo ordine, perspicue doctrinam coelestem explicat, nec aliud opus in

---

(*) Typis quidem jam olim haec Philippi exscripta est epistola, eo autem loco & libro, quo centesimus forte haud quaereret, *in* LVC. BACMEISTERI *scilicet modi concionandi simplicis informatione Vit. 1598. in 8. ed.* (cujus generis libros negligi & contemni fastidioso hoc nostro seculo palam est) *p. 83.* Enimuero cum in nulla epistolarum Melanchth. collectione eam reperire potuerim, locum aliquem hic ei dare posse eaque consilia Osiandri aliquo modo illustrari aut confirmari arbitror. Variae quidem epistolarum Melanchth. collectiones extant, quas hac occasione refer-

in terra majus est. Nam, haec hominum natura ad hunc summum atque extremum finem condita est, ut DEVM celebret.

Nec uero putes illum oratorem subito nasci, statim ab adolescentia inchoanda sunt exercitia. Dicet in populo, paulatimque animaduertet, quid maxime & in dicendo prosit & deceat, audiet alios, conferet suum consilium, suamque formam ad aliorum formas.

Magna

---

referre placet: [1] *Epistolae selectiores P. M. editae a* CASP. PEVCERO *T. I. Vit. 1565.* [2] *Alter libellus epp. P. M. ib. 1570.* [3] *Ad epistolarum P. M. librum 1 & 2dum libellus tertius studio* CHRISTOPH. PEZELII *Brem. 1590.* [4] *Epp. P. M. liber 4tus ed.* JOH. SAVBERTO *Norimb. 1640.* [5] *Appendix lib. 4ti ab eodem* SAVBERTO *edita Norimb. 1645.* [6] *Liber 5tus epistolar. P. M. accumente eodem* SAVBERTO *ibidem 1646.* [7] *P. M. epistolarum liber Lugd. Bat. 1657.* qui *in praef. ad lectorem P. 6ta* appellatur. [8] *Liber epistolarum P. M. ad* JOACH. CAMERARIVM, *ab ipso* CAMERARIO *L. 1569. ed.* [9] *P. M. ad* D. ALBERT. HARDENBERGIVM *epistolae ed.* CHR. PEZELIO *Brem. 1589.* [10] *P. M. epistolae LXVI. ad* FRID. MYCONIVM *scriptae ed.* M. CYR. SNEGASSIO *Jenae 1596, in forma 4. pag. & rarissimae,* u. celeberr. E. S. CYPRIANI *praef. suppl. hist. Goth.* TENZELII. Et denique [11] *Epp. P. M. Lib. IV.* una cum E. RASMI, MORI & VIVIS *Epp.* junctim editae *Lond. 1642.* De hisce collectionibus obseruari meretur, quod omnes *forma pagin. 8.* editae sint, excepta *Jenens. in 4t.* & *Anglicana*, quae primae *magnitudinis plagulas* habet: quod *Peucerianis* & *Pezelianis Camerarii* diligentia, qui temporis ordinem diligenter obseruat, & *in Saubertinis* typorum nitor etiam praeferenda sint: quod *tomus I.* PEVCERI studio *1565.* jam prodierit; editio altera autem plane alio ordine dispositas Epp. exhibeat; *P. II.* etiam *1574.* repetita sit, absque tamen ulla immutatione; priori index nominum *P. I.* in fine additus compareat: Apologia uero contra *Eccium* omissa, 2da uero non inutili consilio nomina illorum, ad quos scriptae sunt, in columnis repraesentet; quod denique *Londinensis ex Saubertinis* nullam repetat; *in III. partibus* PEVCERI & PEZELII *glossas margini* adscriptas & *in* CAMERARII *collectione graecarum sententiarum interpretationem 4. plagulas implentem* resecuerit. Cum uero passim plures epistolae hujus uiri incomparabilis sparsae extent, atque in museis etiam uiror. doctorum non paucae lateant, omnes-

Magna enim sunt discrimina: Primum indocti nec docere, nec explicare possunt, nec adhibere motus conuenientes, & peccant multis in rebus. Dicunt interdum parum utilia, colligunt conuitia ex sermonibus conuiuarum.

Deinde alii sunt doctiores, uera dicentes, sed nimis uerbosi, & sine neruis, nihil interpretantur, nihil citant insignium dictorum, quae prudentum auditorum animos uehementer excitare solent, nihil recitant exemplorum. Denique non multum distant ab indoctis, uincunt copia, & quod non nimis sordida καὶ ἄγροικα *dicunt. Ac multi jam sunt, qui huic uni rei studeant, ut hac luxuria orationis auditores teneant: nominatim referre aliquos possem, sed id coram rectius fiet, nam tui monendi causa haec scribo, non ut cuiquam inuram aliquam notam.*

Tertio loco sunt, qui primum hoc consilium domo adferunt, ut res utiles ac necessarias dicant, & arte lectis, propriis & significantibus uerbis, distincte exponunt, distribunt materias, proponunt, admonent auditorem, quid ex quolibet loco utilitatis excerpendum sit, inferunt insignes sententias, quae feriunt animos, addunt exempla, concludunt ita, ut populus sciat, quid meminisse debeat, quid secum domum auferat.

Addunt & motus, excitant timorem commemoratione horribilium

---

mnesque earum editiones minus accuratae sint, & temporis, quo scriptae sunt, rationem plane non habeant: nae is utilissimam susciperet operam, qui ad nouam curatius ordinatiusque adornandam omnium M. Epp editionem animum appelleret. Longe enim plurima in re cum sacra, tum literaria nos docere poterunt, quod Philippus magna reformationis illius pars, hujus uero suo tempore tantum non restaurator in germania fuit. Id quod jam olim in uotis habuisse D. G. MORHOFIVM & JAC. THOMASIVM ex illius *polyhist. lit. T. I. Lib. I. c. XXV. §. LII. pag. 306.*, hujus uero *praefat. in Boxhorn. epist. Francof. & Lipsi. 1679. in 12.* recusas constat. conf. *bibliotheca philologico-theol. Bremae 1718.* edi coepta, *cl. I. fasc. II. pag. 147.* ubi quae ex G. RICHTERI *epp.* allegantur loca, non nisi *Saubertinam collectionem* spectant. Clauem, ut hoc obiter addam, *in epistolas Melanchthonis* a patre JACOBO confectam edidit CHRIST. THOMASIVS *in historia sapient. & stultit. Tom. I. c. I. pag. 2. sqq.* qui tamen emendari augerique omnino deberet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0286
DFG

lium rerum, accendunt fiduciam propositis sententiis aut historiis de fide. Diserte alias de lege, alias de euangelio dicunt, & prudenter retinent discrimen: Alias sunt, ut in schola, ἐξηγηταὶ, seu interpretes, alias inflammatores animi motuum, & haec tamen non quadam redundantia sermonis, sed potius proprio & graui sermone efficiunt. Talem memini me olim audire Lutherum (*).

Vt autem ad formam ecclesiae utilem te assuefacias, profecto prodest statim incipere. Multa enim, tuis erratis monitus, disces. Ego quoties easdem materias retexui? quos enim habemus scriptores, quos imitari poteram? Paulatim animaduerti, quo genere uerborum, quo ordine has res dici prodesset. Prima scripta hujus aetatis multa referunt Augustini. Posteriora sunt dexteriora & simpliciora.

Cum igitur ecclesiae seruire constitueris, meum est consilium, tibique sum hortator, ut concionando te exercere quamprimum incipias (**). Neque ideo depones haec communia studia literarum & philosophiae. Haec cultura multum utilitatis adfert. Nam eruditi magis intelli-

---

(*) LVTHERVM hoc etiam dono excelluisse in uulgus notum est: Nec infensissimi ejus aduersarii diffitentur: ut VARILLASIVS neminem fuisse dicat, qui perfectissimam eloquentiam ejus in arte concionandi aequauerit. apud SECKENDORFIVM in *comment. histor. Luther. L. I. Sect. VIII. §. VIII.* Add. *5. pag. 22.* compara A. M. P. M. *in tractatu: Lutherus der beste Prediger A. 1722. ed.* Hinc, sed prudenter & adhibito judicio, eum inprimis imitari jubet L. OSIANDER noster, *de ratione concionandi A. 1572. filiis suis praescripta p. 58.*

(**) Nostra aetate freno potius quam calcari opus est ruentibus agminatim in suggestum ac cruda sine judicio, sine fructu protrudentibus S. M. candidatis. Passim justissimae de cacoëthe illo leguntur querelae, quae inter causas, quod pauci hodie solide docti inueniantur theologi, non postrema est, etsi B. FELDENIO in limatissima *de paucitate theologorum nostro tempore* dissertatione intacta. uid. J. AFFELMANN. *in syntagm. exercitat. acad. Part. I. disput. XVIII. pag. 487.* DORSCHEVS *in Part. I. theol. Zachar. praefixa differt. lit. f. 2.* & qui acerrime in immaturos hujus caueae oratores inuehitur B. J. BEN. CARPZOVIVS *in homil. funebr. Part. VI. pag. 834.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0287
DFG

intelligunt, quid deceat & prosit, disponere facilius materias possunt, deligunt uerba judicio grauiori. Denique ut a pictoris arte sculptor adjuuatur, sic ille interpres seu orator in ecclesia adjuuatur a doctrina philosophiae & elegantiae literarum.

Nec putes haec studia non conjungi posse, imo collatio plurimum lucis utrique adfert, & utrumque collatione fit dulcius. An tu non putas prodesse historiae graecae & latinae cognitionem in ecclesia? non philosophorum & sapientissimorum sententiis τὰ νομικὰ illustrari? Sed tibi de hac conjunctione literarum, meum consilium notum est (*).

Effudi hanc epistolam subito, cum quidem aduersa ualetudine conflictarer (**). *Nam contentione uocis in hac assiduitate scholastica, insigniter me laedi sentio, praesertim postquam uires corporis jam antea curis & doloribus fractae sunt. Sed hoc uitae curriculum quid est? nisi transitus ad aliam uitam meliorem, per has aerumnas, in quibus demus operam, ut aliqua ex parte nostri labores seruiant ecclesiae, & illustrent doctrinam de DEO & de bonis rebus.*

Tales impendent mutationes rerum, quibus principum stultae cupiditates occasionem praebent, ut discedere ex his tumultibus libeat. Sed si contingeret uita longior, libellos juuentutis causa scriptos ederem expolitos aliquanto, etsi occupationibus illiteratis haec consilia etiam multum impediuntur. Sed DEVM aeternum patrem Domini nostri Jesu Christi oro, ut ecclesiam suam conseruet & regat, & me quoque gubernet. Bene uale! Die IX. Nouemb. Anno MDXLIV.

IV. Epi-

(*) Raro contingere, ut haec studia theologi cumprimis conjungant, queritur ROL. MARESIVS *in epistolis philol. Lib. II. epist. XIV. p. 301.* ingentem uero amica utriusque conspiratio utilitatem adfert; uid. ne alios repetam alibi jam laudatos, MEGERLEIN. *in colleg. orientat. pag. 34.* CLAVDE FLEVRY *imité du choix & de la methode des etudes ed. Bruxell. 1706. in 12. c. XLII. p. 269.* DAV. CASPARI, theologi Rigensis in Liuonia inclusi, *praelectiones de futuri theologi studiis theologicis & philosophicis* per filium GEORGIVM cum B. FECHTII *praef.* publicatas. *Rostoch. 1705. in 4.* CHRISTOPH. CELLARII *dissertat. de utilitate propaedeumatum, Hal. 1695.*

(**) Lucem aliquam hisce querelis PHILIPPI foenerabuntur, quae CAMERARIVS *in uita ipsius* habet *pag. ed. imae 206.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0288
DFG

IV.

Epistola Abrah. Bucholzeri (*) ad Dn. D. Freihubium, Prof. Lipsiens. (**)

SAlue REVERENDE DOMINE DOCTOR. Quaerimus Diaconum ad propagationem doctrinae coelestis, in ecclesia patriae Tuae, idoneum:

(*) Epistolam hanc reuera jocoseriam ex ipso autographo descriptam exhibeo, cujus margini ignota manus uerba haec alleuerat: *Lipsiam scripsit, cum uocaret Diaconum: & magna cum admiratione theologorum excepta & lecta est.* Quamuis me haud fugiat, illam, sed minus accurate nec integram jam extare *in* JOH. CHRISTOPH. BECMANNI *dissertatione: de felicibus injuriis, & uolumini nouo dissertationum* uiri celeberrimi *Francof. 1699.* edito inserta *n. VII. cap. III. §. XVII. pag. 57. qui eximias appellat literas, quibus cuncta non minus ingeniose, quam uere auctor complexus sit.* Ille uero notissimus est theologus & chronologus, qui non paucos edidit libros, quorum, inprimis chronologicorum, usus adhuc est, & dignum apud eruditos pretium statuitur. *Ob. 1584. d. XIV. Jun. aet. LIV. mens. VIII. d. VII.* uid. *epicedia ejus catalogo consul. Rom. Gorliz. 1590. 4.* ed. annexa, ubi etiam statura paruum fuisse indicatur, conf. *de excessu ipsius leni deuotoque & 7. annis ante a se ipso sibi praedicto.* WOLFG. KRÜGER. *in catalogo uir. illustr. pag. 2.* MELCH. ADAMI *in disce mori pag. 42.* MART. MYLIVS *in apophtegm. morient. pag. 191.* Vitam uiri amoenioris ingenii & ad lepores in conuersatione nati dedit MELCH. ADAMI *in uitis theolog. german. pag. 261. sqq.* ex quo repetiit P. FREHERVS *in theatro cl. uir. P. I. Sect. III. pag. 258. sqq.* Comparari autem merentur MART. HANCKIVS *de Rom. rer. scriptoribus Part. I. pag. 241.* THOM. POPEBLOVNT *in censura celebrior. autor. ad ann. 1576. p. 555. ed. Londini.* ANT. TEISSIER. *eloges des hommes sauans Part. II.* & ejusd. *nouuelles additions aux eloges des hommes sauans pag. 312.* & JOH. HENR. CVNRADI *in Silesia togata pag. 30.* ERDM. VHSE *in Leben der berühmtesten Kirchen-Lehrer pag. 83. sq.* AD. CLARMVND. *in uitis cl. in re lit. uiror. P. V. n. VI. p. 35. sqq.* qui hic etiam nomina locorum turpiter corrupit, aliosque errores non paucos commisit. Multa singularia de eo refert diligentissimus SAM. FRIED. LAVTERBACHIVS *im Fraustädtischen Zion P. I. Sect. II. c. VI. p. 93. sqq.* Qui ea, quae ADAMI ceterique praeterierunt, ex NIC. ECCII LEORINI *orat. de*

doneum: eaque in re, ut ſtudioſe nos adjuues, per uiſcera ueriſſimi
Tui

uita & obitu A. B. Heidelb. ed. addidit, cujus judicium de lepidiſſimi uiri epiſtolis: *illas non in calamo, ſed in cordis thalamo natas*, uel haec unica noſtra ſatis confirmat. Magis ſeria & plena querelarum eſt ea, quam ad D. JAC. HORSTIVM ſcripſit & *in hujus epiſtolis philoſophico- Med. Lipſ. 1596. in 8. ed. p. 104. ſqq.* legitur. Alia adhuc & de perſecutione ejus Freyſtadii tandem mirabili numinis auxilio ſuperata ex epiſt. quadam BALTH. CALEMANNI excerpſit CHRIST. JVNCKER. *in der hiſtoriſchen Nachricht von der Eiſenachiſchen Bibliotheque pag. 89. ſqq.* ubi etjam unicam, quam ipſe ſibi praeſcripſit, concionandi regulam ingenioſam ſane & lectu dignam habet. Elogium etiam ejus inter Heneliana *in MSta ipſius Sileſia togata* comparet, quo uir diſertiſſimus pleno quaſi horreo laudes ipſi commeritas admetitur & tot ejus apophtegmata adfert, ut Bucholzeriana ex noſtri more ſeculi edi poſſent, ſi addantur, quae alio quodam MSto, quod aſſeruo, referuntur. Quae autem acerrimi ingeniorum cenſoris, C. SAM. SCHVRTZFLEISCHII de BVCH. fuerit ſententia u. *in* PARRHESIANDRI (i. e. RÜDIGERI) *ſingularibus Schurtzfleiſch. germanice ed. pag. 324.* Enimuero in religionis diſſidio ipſum partibus caluinianorum ex nimio in Philippum praeceptorem affectu, (ex cujus ore calamo etiam exceperat explicationes euangeliorum typis poſtea exſcriptas, teſte GVST. GEORG. ZELTNERO *in der Hiſtorie der Bibel-Verſion Lutheri und Hans Luffts p. 108.*) fauiſſe negari non poteſt. Hinc JOACH. CVREI *exegeſin*, pomum Eridos illo tempore notiſſimum, VOEGELINO excudendam ex ſuo MSto transmiſerat. uid. LOESCHERI *hiſtoria motuum Part. III. L. G. c. X. pag. 196.* conf. FRID. LVCAE *Schleſ. Denckwürdigkeiten P. II. cap. III. p. 340.* ut non ſine ratione acrius in ipſum inuehatur M. MART. FECHNER. *in chriſtl. und treuhertziger Ermahnung an die Euangeliſchen Chriſten in Schleſien pag. 63.* Libello *anno 1615. Lipſ. in 4.* publicato, nunc quidem rariſſime obuio, & qui multa habet ad hiſtoriam Sileſiae eccleſ. & certaminum caluiniſtic. in patria apprime facientia, nec alibi facile reperiunda. Bona cum lectoris uenia ex olim jam a me inchoata *collectione inſignium*, quibus uiri docti uſi ſunt, addere placet BVCHOLZERI hic etiam inſigne ab HVLDRICO SCHÖBERO *in paralipomen ſymbol. uarior. Dant. 1594. 8.* (libello paucis uiſo, & qui alia etiam plura habet in laudem ejus uergentia. *Lit. C. 3. & G.*) deſcriptum:

Vt

Tui erga nos amoris Te oramus ac obteſtamur. Et ſane teſtatior eſt nobis

Vt uirtute canum ſeruantur ouilia, diros
Inter oberrantes inuiolata lupos:
Sic illaeſa, Deo mecum uigilante, remanſit
Credita tutelae caula tuenda meae.
Non audebat enim lupus, inclamante moloſſo,
Perdere trux ouium depopulator oues.
Hinc merito partis inſignibus utor auorum,
Nec minus haec mereor, quam meruere mei.

(**) ANDREAS FREYHVBIVS, theol. D. in Acad. Lipſ. Canon. Miſn. & Prof. SS. Lit. Publ., cujus uita nondum, quod ſciam, integre deſcripta eſt. Patriam habet oppidum Sileſiae Sprottauiam, munere uero Lipſienſi obCaluiniſmi profeſſionem exauctoratus A. 1576. d. 26. Maji, Serueſtae tandem d. 24. Jun. An. 1585.; uel quod alii uolunt, 1586. expirauit, u. CASP. CVNRADI *proſopograph. mel. mill. III. p.* 55. & quae ex eo repetiuit filius, J. H. CVNRADI *in Sileſia togata p. 80.* JOH. JAC. VOGEL. *in annal. Lipſ. pag. 206. ſq.* & *pag. 236.* ubi remotio ejus deſcribitur. ABR. BVCHOLZERVS *in indice chron. ad annum* 1586. *p.* 732. In alia omnia abit WOLFG. KRÜGER, qui *in catalogo & hiſtorologia mille uiror. illuſtr. pag.* 25. Heidelbergae eum Theol. Profeſſorem obiiſſe A. 1585. aſſerit. Quae dubio procul falſa ſunt. Minus recte etiam nomen ejus FREIHIVS exprimitur *in* JOH. BOTSACCI *beſtändiger Erweiſung, daſs die Reformirten A. C. nicht zugethan ſeyn, arg. XV. §. II. p.* 195. Inter illos ex Misnicis theologos, qui poſt conditos Torgenſes articulos demum Torgam uocati ſunt, cum ad interrogatorios tum ad affirmatiuos, nec non negatiuos ſubſcriptum primo FREYHVBII nomen loco legitur *in edit. lat. Vitemb. typis Craton.* 1574. *in 8.* curata *lit. C. 5. & L. E. 5. item H. 4.* Nihilominus tamen cum in articulis de perſona Chriſti & S. coena plane iterum & palam in lectionibus ſuis academicis caluinianos errores ſparſiſſet, quamuis priuato etiam in colloquio a theologis orthodoxis meliora edoctus palinodiam iterum ceciniſſet, denuo tamen ad uomitum rediit, & leuis animi ac inconſtantiae crimine ſe obſtrinxit. uid. LEONH. HVTTERI *concordia concors c. X. p. ed. Vit.* 1614. 81. *ſqq.* Quae uero horum articulorum caluiniſticis recte & aliquot tantum locis adſperſis erroribus accommodatorum fuerit ratio, ediſſerit HENR. PIPPING. *in der hiſtoriſch-theologiſchen Einleitung in die ſymbol. Bücher cap. VIII. §. VII. p. 116.* & qui prolixius omnia ex actis ipſis demonſtrant HVTTER. *l. c. c. V. p. 50. ſqq.* atque uener. D. VAL. ERN. LOESCHERVS *in der Hiſtoria motuum P. III. L. V.*

nobis beneuolentia in nos Tua, quam ut ſollicite rogandus ſis. Illud ſaltem Te admonitum uelim, non quemuis κήρυκα, ſed congruentem ad omnia praedicamenta a nobis requiri. Sit ſubſtantia ſimplex, non miſta; & pie ſubjecta Enti transcendenti: Quantitas discreta; discreta, inquam

L. V. c. X. pag. 164. ſqq. qui *pag. 183.* examen ejusdem & ſubſcriptionem d. 7. Jun. 1574. factam, eumque ut Vitembergenſes etiam theologos ad ſubſcriptionem commoueat una cum aliis adhibitum fuiſſe *pag. 192.* refert. conf. uener. J. A. GLEICHII *annales Sax. Aul. Antiſt. P. I. pag. 230.* Ceterum uir fuit graece hebraiceque doctiſſimus, in Rabbinorum patrumque inprimis lectione diligenter uerſatus. Atque ejus tanta fuit exiſtimatio, ut ad profeſſionem etiam theolog. in academia Leidenſi, licet fruſtra, expetitus ſit, u. PETR. BVRMANN. *in annotat. ad epiſt. LXXXIII. Sylloges epiſtolarum a uiris illuſtribus ſcriptarum T. I. p. 88.* ubi tamen mendoſe FREHVSIVS appellatur. Grauibus haud raro conſultationibus & negotiis theologicis adhibitum legimus. In colloquio Altenburgenſi Electorales Saxonicos inter theologos comparuit. u. *acta hujus colloquii, A. 1563.* una cum aliis elector D. AVGVSTVS *in arcem Eulenbergenſem, ut conſeruandae in Hungaria religionis euangelicae cauſa ſententiam dicat*, euocauit. u. celeberrimi D. J. A. GLEICHII *annal. eccleſ. Sax. aul. antiſtitum Part. I. pag. 186. & 198.* Ex ſcriptis tamen ipſius non niſi haec innotuere: *Diſſertatio de cap. V. epiſt. ad Rom. Lipſ. 1565. 8. doctrina eccleſiae catholicae & orthodoxae de Deo eſſentia uno & in perſonis trino. Lipſ. 1569. in 8. diſp. de ordinatione miniſtrorum c.* FR. TVRRIANVM *Lipſ. 1571. 8. Oratio in funere Reu. & Clar. Viri Domini* JOACH. CAMERARII *d. XIX. April. in aede Collegii Paulini hab. Lipſ. 1574. 4.* Non, puto, diſplicebit lectori harum deliciarum cupido, uiri hujus elogium hic legere, quod ipſi uir clariſſ. NIC. HENELIVS tribuit, atque *ex ipſo Sileſiae ejusd. togatae autographo* hic producimus ſcite eleganterque ſcriptum, ſed animo nimis infeſto in purioris doctrinae tenaces ac MELANCHTHONIS ſectatoribus idcirco inuiſos theologos: *ANDREAM FREYHVBIVM Sprotta Sileſiae edidit, acrem ingenio, diſcendi cupidum, & laboris omnis tolerantem. Itaque ſtudio pertinaci non modo ἐγκυκλοπαιδείας totius cognitionem facile ſibi compauit: ſed & in ſacro-ſanctae theologiae ſtudio eos progreſſus fecit: ut & ſummo Doctoris titulo ornari, & Profeſſor Athenaei Lipſienſis deſignari meruerit. Et cathedram ille quidem egregie aliquamdiu condecorauit: cum de talento* divi-

inquam: Qualitas literata & bene morata: Relatio secundum dici & secundum esse, & pulchre respondens suo correlatiuo. Actio moderata: Passio uoluntaria: Sit ubique, semel & semper τετράγωνος, & habitu, uoce, totaque uita doceat. Non desinat in AX, ut audax, pertinax, contumax, pugnax & mordax, sed in IS, ut lenis, suauis, mitis humilis. Sit pro tempore uocalis, consonans, liquida & muta. Sonet utilia, non subtilia. Catechetica catechetice & necessaria modeste. Sciat declinare: dominus; conjungat amare & docere. Hostem non prouocet, sed fugiendo feriat & frangat. Diligat ueritatem & pacem, &, ut addit Erasmus, ueritas displiceat seditiosa. Senatus populusque Romanus sit ei quoddam ἀνόνυμον: &, ut dialectici loquuntur, indiuiduum uagum. Paulina taceo: ἀνέγκλητος, διδακτικὸς. Haec enim Tu sine monitore. Breuiter: mitte Nathanaelem Fridlibium Senfftbergensem, fratrem Jacobi & Johannis, nepotem Domini Doctoris Modestini, qui rectius putet facere minus quam nimis; qui hostes amet; amicos feriat; & cum Paulo fiat omnia Judaeis & Graecis: Et sciat, quod nequam sit generis omnis.

Haec

---

diuinitus sibi concredito ad commune bonum, etiam ingratis, quantum pro uiribus ualebat, conferret: diuinae scientiae dogmata pure atque mitide explicaret: Errores sectariorum eloquenter ac solide confutaret. Ceterum quod a fermentis humanorum commentorum de ubiquitate carnis Christi alienus esset, nec ob id manus suas, ueritati & justitiae sacras, sacro illi maleque sarto & ualde discordis concordiae libro, & quam adeo pomum contentionis in ecclesiis germanicis fuisse nemo non uidet, ut uere scripserit, quicunque scripsit:

Vulcanum simul & socios mens arsque fefellit,
Εἰρήνην cuduni, sed mala prodit Ἔρις,

praebere nollet: eandem cum multis aliis praestantissimis uiris exilii sortem subire coactus, in principatum Anhaltinum se contulit, Seruestaeque tandem, uitae & molestiarum uitae satur, pie ac placide ex hac demigrauit, octauo Cal. Quintilis anno epochae christianae millesimo quingentesimo octuagesimo quinto: a Caspare Cunrado hujusmodi districho honoratus:

Lipsia me pepulit: quid tum? Seruesta recepit.
Post zelum coelo perfruor auricomo.

Haec magnus & tum quidem partibus Reformatorum adhuc addictior HENELIVS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0293
DFG

Haec in re seria Tibi intelligenti. Bene uale ac salue, REVERENDE DOMINE DOCTOR, ac mihi ueniam da ἀινιγματικῶς Tecum loquenti. Non enim omnes ludunt, qui ludunt. Meo Fletero (*) salutem. II. Sept. A. M D LX VII.

γνωστὸς καὶ μάλιστα σῶς

Abraham. Bucholzerus.

V. Epi-

(*) FLETERI cujusdam Silesii mentionem facit, eundemque ad chymistarum, quos uocat, rudem insulsamque cohortem refert VALENT. ROTMARVS *Tomo I. Orat. Ingolstad. Acad. 1571. in suo editarum pag. 293.* BALTHASAREM FLODERVM innuit Saganensem, qui *Col. Agrippinae euulgatis* PARACELSI *operibus 1567. inclaruit*, teste GROSSIO *in sideribus Lusat. & Silef. MStis.* Ego uero existimauerim, si conjecturae locus, hic potius intelligi M. PAVLVM FLOETERVM, scholae Lign. Ducalis Rectorem Freystadio oriundum, ubi BVCHOLZERVS tum temporis degebat, & anno 1590. denatum, uti quidem J. HENR. CVNRADI *in Silesia togat. pag. 75.* narrat: qui uero ex epitaphio corrigendus est, quod ideo hic *ex collect.* S. GRVNERI MSta subjungimus: *Memor. PAVLI FLOETERI, Freistad. Doct. V. Philosophiae & artium Magistri, ludi hujus Pro-Rectoris; cujus muneris anno VII. hic pie uitam clausit: Sal. Christianae M D XC. XIIII. Cal. Januar. aetat. XXXV. Mater & duae ejus sorores unanimes cum uberib. ll. pp.*

Nomine Paulus erat: mediocris corpore & annis:
Doctrina major, major & ingenio.
Freistadium genuit: dulces aluere Camaenae:
Atque suo Charites hunc tenuere sinu.
Hoc ludo meritus magnum & memorabile nomen
Tabe cadit: Puer haud abstinet a lacrymis.

M. Fab. Cl,

V.

Epistola Abrah. Bucholzeri ad uirum nobilissimum Nic. Rhedigerum a Striesa (*).

DAMETAE TRISMEGISTO: SVO HERO OPTIMO, CLEMENTI ET LIBERALI.

Salue DAMETA, & mihi ueniam da ita Te compellanti nomine sumpto ex insignium morum typo damam repraesentante. Libet mihi

(*) Hanc B. placuit annectere epistolam, biennio ante mortem scriptam & hactenus ineditam, uel ideo, ut ingenium uiri & sententia in rebus fidei, uitaeque ejus conditio penitius intelligatur, & eo magis incorrupte de eo arbitrari lector queat. Jactet autem Roma Mecoenates, Italia Pinellos, Gallia Peirescios suos: habet Silesia in Rhedigeris suis, quos ipsis uel opponat, uel adjungat. De Thoma, cujus fauorem & merita in literas & literatos homines cultior, quaqua patet, Europae pars olim admirabatur, hic dicendi locus haud est. Qui nomen Nicolai gesserunt, duo fuere, pater & filius. uid. J. H. Cvnradi *Silesia togata pag. 140.* Pater uero est, quocum magna Bvcholzero consuetudo fuit, & ad quem has exarauit literas: Ille ipse, cui in carmine quodam MSto Nic. Henelivs tabellam in famae sacrum suspendit: *Vindex bonarum Rhedigerus artium & literarum maximus.* De quo perhonorifica uiror. clar., maxime etiam Bvcholzeri, judicia collegit Gottl. Kranzivs, Gymnasii Elisab. Rector & Professor longe meritissimus, quem ingenti rei ac juuentuti literariae bono in uegeta adhuc, nec infinitis laboribus fracta, senectute DEVS porro seruet! uid. *ejus memombilia bibliothec. Rhediger. Vrat. 1699. 4. ed. in ded.* conf. B. Adam. Pantkivm *in dissert. hist. de nobilit. Vrat. erudita Lipsi. 1697. hab. §. XII.* & *elogium ex* Henelii *Silef. togata* mutuo sumptum *in Silesia renouata* Henelii *cap. VIII. p. 604.* Maxime autem illius ipsius Henelii *Rhedigeromnema s. de uita N. R. commentatio elegans & ualde rara. Bethan. 1616. in 4to.* ut mirari subeat, ex ignorantia non leui M. Christ. Isserstaedivm tot fere commisisse errores, quot uerba scripsit: *Nicolaus Roehdinger & pater & filius, ille quondam Vrat. collegii illustrium uirorum membrum fuit, hic illustre adhuc nobilitatis Silesiaeque sidus est in dissert. de Nicolais nomine & re*

insigni-

mihi posthac Tecum loqui liberius, quia id flagitas: ideo effingam mihi nomen latinum germanico nomini Tuo adfine, ut germanico-latine Te affari queam. Tu uero, DAMETA MI, morbo laboras: quia laetaris dando, laetatus sum etiam accipiendo. Ergone noster Nicolaus damnis suis laetatur, ut nobis prosit? O saluatissimum caput! demulceo Te: multum Te redamo, tam mei, o DAMETA, studiosum & amantem. Quid autem reddo? praeter animum gratum nihil. Talia sunt nunc nostra. Objurgandus tamen es, quod mihi rescribere uoluisti. An non satis erat manu donasse nummos, nisi etiam epistolam adderes? Occupatior es, quam ut possis; uilior sum, quam ut debeas rescribere. Etsi autem literas Tuas exosculor: tamen nolim Te otiari respondendo. Saltem habeas me in Tuis clientulis: Satis hoc. Exit autem a me haec epistola solito tristior, tum ob afflictissimae conjugis meae morbum lethalem, qui artem ac sapientiam omnem medicorum uincit & respuit: tum ob fortunae meae in hoc oppido iniquitatem. Carmina proueniunt animo deducta sereno, inquit poëta. sed mea cantica chronologica (alias gallicinium adpellare soleo) fatalibus & furialibus hujus loci morbis, stridoribus, ac strepitibus, ne dicam bellis, misere impediuntur. Pacem ac tranquillitatem amant musae chronologicae: hac pascuntur: his deliciis saginantur. Labor immensus est: pelagus ingens historiarum metiendum: constantia incredibilis, indefessum studium, & amor quidam molestia-

---

insignibus Erford. 1707. hab. §. V, p. 23. Certarunt uates illius temporis A. CALAGIVS, BALTH. EXNERVS, SAL. FRENCELIVS, NIC. REVSNERVS, C. CVNRADI, JOH. TIMAEVS, MELCH. AGRICOLA, JOH. HEERMANNVS Ruthen. aliique in colendo tanto literarum patrono; Locum uero prae ceteris sibi hic uindicaret *ecloga suauissima* in honorem ejus scripta a MICH. HOFFMANNO, coeco nato & *Vmtisl. anno 1575. 4to* typis exscripta; nisi propter prolixitatem spatiis excluderetur iniquis. Neque uero multum aliorum eget carminibus, qui ipse poëtas inter illustres non infimum occupat locum uid. *ejus poëmata P. V. delic. germ. poët. Rangheri insert. p. 819. sqq.* conf. J. S. JOHNII *parnassus Silef. cent. I. pag. 167. sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0296
DFG

molestiarum sustinendarum ferendorumque onerum laetitia huc adferenda. Quid itaque mirum, si idem animus desiderat laborum condimenta, nempe a curis externis leuationem, ac, ut ita dicam, indulgentiam quandam, exterorum bellorum ignaram, & studiorum suorum aureis compedibus exultantem. Recordor nunc historiolae illius: ubi grassante bello ciuili inter Pompejum & Julium, alter horum pulsaret tuguriolum nautae, & juberet domunculam aperiri, atque nautam officium suum facere, responsum est ei, nautam suauiter dormire, neque excitandum esse. Hic ille imperator ridere admodum & mirari, hominem illum in bello tam atroci, inque tantis turbis somnum capere posse, & quidem somnum in multam diem producere. Plane talia necesse est esse studia nostra, ut sibi tantum suisque musis dormiant: & Epimenidem illum non dies solum noctibus, sed secula seculis dormiendo jungentem imitentur. Quorsum isthaec, inquis? ut mala nostra uideas, & intelligas, rebusque meis adflictissimis opem ferre studeas. Crucior in flamma ista: intinge digitum, nosti cetera. Bene, quod non sum uorax. Siliquis uescor longa jam assuetudine uictus. Quid uero, inquis, uis, me facere? fac me sicut unum ex mercenariis Tuis. Tuli Monauio (*) tres condi-

(*) Par nobile est inter patricios Vratislau. doctissimorum fratrum PETRVS & JACOBVS MONAVII. Bucholzero sermonem de JACOBO esse & loci & temporis, quo uixit, ratio euincit. Vir ille fuit JCtus & Principum Piasteorum Consiliarius, suo tempore summa eruditione & multarum linguarum peritia prolixoque in uiros doctos amore per totam fere Europam celeberrimus. uid. CASP. CVNRADI *in prosopographiae mel. millen. I. p. 88.* JOH. HENR. CVNRADI *in Silesia togata pag. 190.* JOH. SIGM. JOHNIVS *in Parnasso Silef. cent. II. p. 111. sqq.* A. BVCHOLZER. *in indice chronol. pag. 613.* NIC. POHLIVS *in Hermerolog. Silef. pag. 378. sqq.* P. FREHERVS *in theatro clar. uiror. Part. II. pag. 964.* J. A. THVANVS *historiarum ad. ann. 1603.* MICH. NEANDER *in explicat. orbis terrar. P. I. lit. E, 2.* MART. ZEILER. *in itinerar. german. pag. 500.* J. CRATO A KRAFTHEIM *praef. in exercit. Scaligeri c. Cardan.* J. MEVRSIVS *Part. I. exercit. critic. pag. 143.* J. LIPSIVS *in epist. p. 214. 229.* VICT. STRIGELIVS *praef. in scholas suas histor.* ANDR. CALAGIVS *in*

conditiones: ipsum audies: Scripsi serio. Requiem, requiem tuae aetas tum studia mea sitiunt & esuriunt. Haec fames nostra sedanda est micis mensae uestrae. O hätt ich ietzt einen Herrn, der nur drey Wort zu mir sagte: 1) Veni, doce hujus pagi ecclesiolam die solis:

---

natalibus uirorum illustr. pag. 377. H. WITTE *diar. biogr. ad ann. 1605. P. I.* M. AD PANTKE *de nobilitate Vratislau. erud. § XV.* Quicquid illo tempore doctiorum fuit hominum, ipsi assurexit. Locupletissimum testimonium ea de re perhibet symbolum ipsius: ipse faciet *uariis uariorum auctorum carminibus* expressum & integro uolumine editum *Gorlicii 1595. 8.* cui *p. 266. sqq.* additum est JAC. MONAVII *Dulc-Amarum*, ex quo priuata ejus uita uariique casus suorum intelligi possunt. Compara J. MONAVII *Manes* ad nobilissimum D. DAN. RINDFLEISCH BVCRETIVM, *memoriae, amoris, honoris* ergo scriptae a CASP. CVNRADO *Lign. 1605. 8. Deliciisque poëtarum german.* aGRVTERO etiam inserti *P. II. pag. 1018.* & *epistol.* D. J. J. GRYNAEI *de obitu ejus Bas. ed.* addo: Viros non infimae caueae tot dedicationibus monumentorum suorum in lucem editorum ipsum coluisse. Passim etiam uirorum clariss. ad ipsum, ejusque ad illos extant literae, ex quibus HENELII judicio ingentia aliquot uolumina componi possent, cum MStae, quorum plures ipsemet possideo, tum editae. Sic u. g. FRANC. MODII ad MONAVIVM *epistola est in ipsius lection. nouantiquu pag. 228.* MONAVII ad J. LIPSIVM literas praefert THOM. CREENIVS *in animaduers. philologico-hist. P. XIII. §. IX. p. 82.* plures uero utriusque amoebeas (XIII. numero) leguntur *in splendida* P. BVRMANNI *collectione epp. ab uiris illustribus script. T. I. p. 424. sqq.* ubi celeberrimum editorem fugit *p. 439.* MONAVIVM nostrum edidisse *Parodias uarii generis & argumenti ad illam Horatianam: Quem tu, Melpomene 1581. 8.* quod ipse etiam MELCH. ADAMI *l. c.* praeteriit. Poëtae autem ad eum carminibus suis decorandum facto quasi agmine confluxerunt. uid. GEORG. TILENVS *in poëmat. Lib. IV. pag. 273.* JAN. LERNVTIVS *in poëmat. pag. 54.* GREG. BERSMANN. *P. I. poëmat. pag. 366.* SAM. LATOCHIVS *in laurifoliis epigramm. Lib. II. p. 252.* FRID. TAVBMANN *in melodaesia epigr. L. II. p. 396.* NIC. REVSNERI *opp. poët. P. IV. p. 341.* CASP. CVNRADI *in anagrammatism. cent. I. pag. 26.* & *in Parodiis Horatian. A. & B. 2.* TOB. ALEVTNER. *epigram. misc. chilias cent. V. p. 109. cent. X. p. 487.* SAL. FRENZELIVS *epigramm. sylua P. I. sect. II. p. 183.* BALTH. EXNERVS *carmin.*

solis: reliquis diebus fac chronologica & pertexe telam inchoatam. 2) Alam & pascam Te dato pane, & paucis nummulis. 3) Medicamenta Tibi dabuntur gratis, aut curabitur Tibi, ne pharmacopoeus Te in neruum. Huic, huic uiro extemplo dicerem: Seruulus Tuus ego. Cum ante annos XXVII. deliberarem de certo genere uitae eligendo, forte occurrebat animo meo illud λάθε βιώσας: quale curriculum etiam animus meus saepe exoptauit, & expetiuit inde usque a prima pueritia. Ibi per, nescio quem, Enthusiasmum exciderunt mihi uersiculi, efferentes aenigma, quod Tibi doctissimo Oedipo soluendum propono. Summa sententiae est: depingo meipsum & edissero, quid in uita exoptem, quidque deprecer ac detester. Charta inclusa continet uersiculos illos & nodos Tuo uel dente uel ense expediendos.

A priuatis curis uenio ad publica. Quantas turbas dant Theolyti? plus centies dixi Monauio, neque aliud mihi quisquam persuadebit: Fabellum (*) in themate suo geneseos habere tres furias in

---

min. miscell. L. II. p. 79. MELCH. LAVBANVS *in musa lyrica Lib. I. od. V. p. 19. Parod. Lib. I, p. 247. Lib. III. pag. 304.* GEORG. THVRIVS *in* DAV. PAREI *musis fugitiuis adoptiu. Lib. II. p. 342.* HVGO GROTIVS *epigramm. Lib. I. pag. 328.* VALENS ACIDALIVS *in deliciis poët. german. Volum. I. pag. 30, 40. 112. Vol. III. p. 109.* JOH. TIMAEVS *in memoriis bicent. A. V.* TOB. SCVLTETVS *integro Strenae libello Argent. 1595. 8.* & quis non? Prolixitatis euitandae causa Henelianum uiri summi elogium ex MSto inserere supersedeo; non tamen mihi temperare possim, quin inscriptionem musei Monauiani ad uiri politici pietatem animumque in rebus agendis cognoscendam, a LIPSIO laudatam & ACIDALII, CALAMINI, TAVBMANNI FRENZELIIque *paraphrasibus in numeros* redactam indicem. Legi ea potest & relegi meretur tanquam elegans & utilis, quae HENELII *in Silef. tog. MSta sententia* est: *Vitae temperanter & juste & pie in praesenti seculo agendae regula, semper in animo & oculis habenda,* apud SIM. GRVNEVM *in monum. Silef. periculis p. 16.* TAVBMANNI *melodaesia p. 75. & in appendice symboli* MONAVIANI *p. 230. sqq* apud TONJOLOM *in inscription. Basil. append. p. 116.* & FRANC. SOCERTIVM *in delic. christ. orbis pag. 488.*

(*) JAC. ANDREAE theologum de coetu puriori immortaliter meritum, & in quem ob studium sarciendae

in horoscopo, & diabolum in medio coeli. Quis enim astrorum positus alius tantum diluuium contentionum, errorum, portentosarum opinionum ac furorum concitare potuisset? Chytraeus (*) in lib. de uita

concordiae tot diras, tot scommata a GOD. ARNOLDO *in hist. haeretica* diligenter repetita, integris quasi plaustris conjecerunt Philippi Caluinique asseclae. Cujus tamen immensos labores, itinera, studia, quae suum cuique rependit, posteritas grato animo agnoscit & ueneratur. uid. JOH. VAL. ANDREAE, Nepotis, *fama Andreami reflorescens Argent. 1630. in 12. ed.* & ANDR. DAV. CAROLVS *in der Würtemberg. Unschuld P. III. c. II. toto pag. 129. sqq.* Ingeniosi maxime sibi uidebantur hostes ejus puerili & putido fabri & fabelli lusu, quo uero parum commotus causam ipse aperiebat: *ich bin eines Schmiedes-Sohn &c. in colloqu. Herzberg.* Alibi mitius tamen tolerabiliusque jocari de J. A. solitus est BVCHOLZERVS: *Eum esse circulum, cujus centrum sit in ducatu Würtenbergico, circumferentia autem in tota Germania, uel si mauis ubique*, teste *MSto quodam uariorum memorabilium illius aeui theol.* imo uero *epigrammate*, quod ex autographo produco mentem suam collegae purioris doctrinae tenacissimo JOH. GIGANTI ita exposuit:

Chare Giga, breuis es dictis scriptisque Magister,
Rebus adestque tuis gratia, norma, lepos.
Has etiam dotes, ut det mihi spiritus almus,
Sollicito summum supplice corde Deum.
A Domini uerbis non ulla parte recessi,
Accessi nullo crassaque sensa modo.
Solius in Christi juraui uerba Magistri,
Solus enim Christus uerba salutis habet.

(*) CHYTRAEVS tantae moderationis & inimitabilis fere lenitatis theologus, nec tamen uiperinos Philippistarum morsus euitare potuit. Liber ejusdem *de morte & uita aeterna*, (utor *ed. optima Vit. 1583.*) communi applausu exceptus & uiris pie doctis adhuc in pretio est. Satis illud comprobant tot repetitae ejus editiones uersionesque in germanicam ac danicam linguas: ex quibus *uersio germanica Jen. 1708. in 8.* noua prodiit: itemque tot encomia, quibus eum uiri eruditione judicioque pollentes mactarunt. uid. cel. B. G. STRVVIVM *in bibl. antiqu. 1705. m. Jun. p. 265. sqq.* J. FABRICIVM *in hist. bibloth. suae p. 494.* & qui curate diligenterque de illo egit OTTO FRIDER. SCHÜTZIVS *in uita* DAV. CHYTRAEI *luculenter ac erudite scripta L. III §. VIII. p. 46. sqq.* Orthodoxa autem *de coelo* sententia a b. auctore exposita, quod BVCHOLZERO fuerit offendiculo,

uita & morte, coelum mutat in Vtopiam: sperat se uicturum in coelo, & negat esse coelum. Quid Tu ad ista, SAPIENTISSIME DAMETA? Libet mihi in re seria interque lacrymas jocari Tecum.

Dic mihi, DAMETA: cujum pecus? anne Philippi?
Non: uerum Fabri, hoc nuper ille attulit orco.

Et

---

lo, non miror; fuit qui suo exemplo adscripsit: *Hanc totam tractationem de coelo caute legas necesse est. Sis memor, autorem esse A. C. qui ubiquitatem corporis Christi affirmare nititur.* Quem merito perstringit THOM. CREENIVS *animaduers. philologico-histor. P. XVIII. p. 38.* qui perhonorificum HAMMELMANNI de hoc libro judicium aliaque plura memorabilia adfert. Dubio procul J. MONAVIVS CHYTRAEI *libellum* BVCHOLZERO censendum transmiserat. Sic enim ad MONAVIVM, cum eum parturiret, scripsit CHYTRAEVS: *De studiis & laboribus meis quod quaeris, in extremo uitae meae actu uersans, doctrinam de morte & statu animarum & corporum post hanc uitam, qua possum diligentia ac fide auditoribus trado & jam ad suum & postremum caput, de uita aeterna perueni. In epistolis p. 343.* Quicquid ejus sit, lectori castae purioris-que doctrinae amanti, qui praecipitatum BVCHOLZERI atque praeoccupato animo effusum judicium susque deque habeat, ejus nihilominus medicamentum V. D. M. quotidianum & probatissimum, quod adscribo, magis arridebit.

PANACEA A. BVCHOLZERI
EX MSTO:

Rec. *Rad. Castitatis.*
Pietatis. an. Libr. 3.
Patientiae. Libr. ij.
Herb. Rectae fidei.
Sinceri cordis.
Verae misericordiae. an. Drachm. ij.
Fol. Violar. humanitatis.
Rosar. charitatis.
Lilior. puritatis. an. Vnc. iij.
Sem. Diligentiae.
Jejunii.
Eleemosynarum. an. Drachm. iij.
Orationum. Vnc. iv.

Bulliant haec in suff. quant. ag. poenitentiae, ad remanentiam usque tertiae partis. Colaturae adde

Absinthii confessionis.
Myrrhae poenitentiae. an. Vnc. iiiiss.
Thuris contemtus mundi. Scrup. j.
Spec. Diapostolorum. Drachm. ss.
Diamoris.
Diamartyrii. an. Drachm. ij.
Hierae crucis. Drachm. iiiss.

Misce-

Et quia in hominem illum impiissimum stomachari coepi, lege, quaeso, uersiculos meos in concordiae praeposterae formulam: intelliges iras meas non injustas in bestiam illam horribilem a Satana limpidissimis ecclesiae fontibus turbandis emissam. Sit mihi pax ab ejusmodi hominibus, non cum his. Nihil magis metuo, quam pacem istam uerae pacis ignibus consumendae facem. Sunt homines, quibus bellum pax - - pax bellum. Habes nostra secula, de quorum prodigiosis opinionibus, si paucula ex me audire uolueris, non scribito, sed per Monauium uerbulo saltem significato. Aperiam Tibi de recentibus controuersiis ingenue meas sententias. Verum hanc legem Tibi sancio: Non expectes a nobis sculpta, sed fusa, &, ut noster Monauius loqui solet, purdi, purdi αὐτοσχεδίας: ut Tu semper accipias prototypon, neque ego habeam ullum apographon: planeque postea ignorem, quid ad Te dixerim, nisi Tu me commonefacias, sic soleo iis, quos multum amo. Nec aliter ferunt mea tempora. Bene uale & salue, DIVINISSIME DAMETA, noster amor, gaudium & corona. Deus Tecum & cum Tuis omnibus. Amen. XX. Jul.

Mens & manus mancipioli Tui
obsequentissimi.
A. B.

Aenigma A. B.

Dic mihi, quae ruri sit magnificentia mensae?
Conuictor bos est: compotor gallus & anser.
Dic etiam, urbanae quae magnificentia mensae?
Conuictor lupus est: compotor pardus, & ursus.
Dic mihi, quos malles socios Tibi jungere mensae!
Hi mactant socios tandem, mactantur at illi. Epi-

Misceantur haec omnia in mortario conscientiae, probe conterantur pistillo doloris, & agitentur baculo justitiae, cribrenturque memoria passionis Jesu Christi. Et cum saccharo diuinitatis dissoluantur in aqua lacrumarum ad ignem tribulationis & amaritudinis irae diuinae. Fiat tandem confectio cordialis in morsulos mente pura & sincera.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0302
DFG

Epimythion & icon animi A. B.

Durior est ruri uictus: sed tutior idem:
Vrbe solent magnis misceri lauta periclis.
Qui sapit, hic modica contentus sorte quiescit,
Et latet in tacita recti sibi conscius umbra.
Magna petant alii. Sum paruus: parua requiram.
Non mihi sint uel auara manus uel corda superba.
Excruciant animum mediocria nulla superbum.
Excruciant animum mediocria semper auaram.

DAMETAE TRISMEGISTO,
ut censori optimo,
mittit
amator
anguli, &
sine rure rusticellus.

Forte rogas, Fabri quid sit concordia? dicam:
Haec est, quae CHRISTO perfodit lancea pectus,
Scilicet haec quondam CHRISTO sua uulnera fecit:
At nunc haec eadem CHRISTO sua uulnera sanat.
Quis medica dubitet praecellere in arte Fabellum?
Qui CHRISTVM contra facit, ut contraria curet?
Hinc nobis bellum pax est: concordia nunquam.
Nunquam pax nobis deerit: concordia semper.

VI.

D. Chytraei (*) ad Petr. Monauium (**) epistola.

MAGNIFICE ET CLARISSIME DOMINE DOCTOR,

PATRONE COLENDE,

Spero, Te jam eo copiosius ad me de tota republica scripturum esse, quia superiore anno literis Augustam, comitiorum tempore, ad

(*) Hanc lubet CHYTRAEI *epistolam* ex nondum editis, quas seruo plures, hic adjicere, quod ipsum amicitia JACOBI fratris MONAVII floruisse indicat, cujus animum BVCHOLZERI *epistola praecedens* facile abalienare ab eo potuisset. Fauorem autem MONAVII passim CHYTRAEVS extollit *in opere epistolarum edito*, uid. *pag. 189. 342. 416. 556. 892. 903. 1158.* &c.

(**) De PETRO etiam MONAVIO Med. D. & Archiatro Rudophi II. Imp., uiro eruditissimo humanissimoque, hic dicendi locus quidem aperitur, sed pauciſſima annotasse sufficiat. Vitam ejus descripserunt MELCH. ADAMI *in uitis medicor. german. pag. m. 137.* PAVL. FREHERVS *in theatro P. III. p. 1288.* NIC. HENELIVS *in Silesia togata MStis*, ex qua Reuerendiss. Silesiogr. Henelianae scholiastes ejus elogium omisit, quod alio tempore & loco dabimus. J. HENR. CVNRADI *in Silesia togata p. 190. sq.* conf. POLIVS *in Hemerolog. Siles. p. 191.* ABR. BVCHOLZERVS *in indice chronol. p. 748.* P. LINDENBERGIVS *commentar. lib. II. p. 54. 173.* praecox fatum uirum nobilissimum in ipso flore aetatis (anno 37.) oppressit. Hinc illustrium eo tempore poëtarum, lachrymis ac carminibus certatim ipsi parentatum est. Ex quibus singularis pietatis ejusdem moribundi documenta narrat MICH. ABEL *lib. II. elog. n. III. lit. P. 4.* uid. fratris JACOBI *dulce-amarum symbolo suo* additum *p. 283. sqq. Pragae A. 1588. d. 12. Maj.* occubuit; ubi ejus olim epitaphium uisebatur, quod una cum aliis in laudem memoriamque ejus scriptis inseruit FRANG. SVEERTIVS *selectis Christ. orbis deliciis p. 482. sqq.* itemque JOH. TONJOLA *in append. inscript. Basil. p. 58.* Commercio literario dignati ipsum sunt uiri per totam Europam celeberrimi, summoque pretio inter alios habuit clariss. uir J. JAC. GRYNAEVS, ut tumulo honorario Basileae erecto condecorandum censuerit. u. Fratris *dulce-amarum. p. 306.* Scripta medica, quibus publice inclaruit, laudat neruoso epigrammate, quod

ad Te missis respondere Tibi, mihi certe responsum a Te accipere non licuit. In hoc Balthico littore omnia Dei beneficio tranquilla sunt. Pestilentis luis contagia passim in hac uicinia serpunt, sed nondum grassantur. Ego de Carolo V. orationem edidi, quam de cl. fratris tui subjectionibus pleniorem & nitidiorem paulo post recusum iri spero (*). *Te oro, ut memoriam mei cum beneuolentia serues, & de totius Europae republica, quae uobis in fastigio illo aulae Caesareae nota sunt, me docere digneris. Mea Tibi studia & officia uicissim cum omni obseruantia defero. Bene & feliciter uale. Rostoch. d. 20. Jun. A. 1583.*

DAV. CHYTRAEVS.

NOBILI ET MAGNIFICO DOMINO D. PETRO MONAVIO,
ARTIS MED. D. ET AVLAE CAES. ARCHIATRO,
DOMINO ET PATRONO COLENDO.

Viennam.

VII. Joh.

---

quod ex MSto adfero, N. HENELIVS:

Bresla cui cunas, tumulum dedit hospita Praga,
Ars mihi, quae Coo Pergameoque seni,
Aetas, quae imperium Augusti uenerata Rodulphi,
Plura cupis? genii scripta reuolue mei.

conf. G. ABR. MERCKLINI *Lindenium renouat. P. I. p. 900.* Theologicum uero possideo manu ipsius *Pragae 1580.* scriptum: *Resolutio quaestionis: An quis puriorem de sacramentis doctrinam* (Calvinianorum ipse exponit) *salua conscientia apud Lutheranos s. synaxin accedere queat?* quam affirmat, quod ipse ibi non sine dubiae mentis scrupulo fecerat, suisque offendiculo fuerat, atque plures in diuersa abeuntes ejus addit decisiones a GRVTERO, PEVCERO, BEZA, PEZELIO, PELARGO aliisque scriptas.

(*) Oratio illa CHYTRAEI *in uolum. orationum ejus Hanou. 1614. in suo edit.* prima est, & a Belga quodam recitata a p. 1. usque ad 41. protenditur, multaque praeclare luculenterque edisserit, quae ad historiam tanti Caesaris illustrandam facere possunt. Nouam autem, quam in his literis spondet, orationis hujus editionem multis dulcibus historiolis & apophtegmatis illius (u. *epp.* CHYTRAEI *p. 553.*) auctiorem, additis etiam 2. aliis de Ferd. II. & Maxim. II. anni sequentis initio prodire jussit. uid. SCHÜZ. *de uita Chytraei L. III. §. XIII. p. 77.* Quae denique *de subsidiis* a JAC. MONAVIO sibi factis ad fratrem scribit: ex illis intelligi possunt quibusdam fortasse obscurius dicta, quae ad ipsum JACOBVM *in opere epp. edito p. 557.*: *Carolum recognitum, si magis quam prior ille amicis probetur, tuis potissimum subjectionibus et monitis deberi, palam apud eos profiteor.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0305
DFG

VII.

Joh. Caſelii (*) ad Dan. Bucretium (**).

DANIELI BVCRETIO D.

CLARISSIME CARISSIMEque D. DANIEL, deploremne obitum Monauii noſtri, an ipſi potius hanc e corpore migrationem gratuler?

(*) CASELII, at quanti uiri! epiſtola haec inter editas fruſtra abs me quaeſita, prae aliis ejusdem, quae in ſcriniis meis latent, ab interitu uindicari meretur, & quanta in exiſtimatione J. MONAVIVS, de hujus enim obitu loquitur, ſuo tempore fuerit, locupletiſſimum perhibet teſtimonium, ut taceam, quaedam nos ex illa etiam de ſtatu rerum CASELII, cum Helmſtadii elegantiores literas doceret, diſcere poſſe. Neque opus eſſe arbitror, ut multa de uiro, ſupra laudes noſtras poſito, congeramus. Conſulatur elegantiſſima uiri cl. JAC. BVRCKHARDI *epiſtola ad Juſt. Chriſt. Boehmerum, Prof. Helmſt., de J. Caſelii praeclaris erga bonas literas meritis ejusque lucubrationum magnopere deſiderata adhuc editione Wolfenbütt. 1707. 4.* & poſtea REINH. HENR. ROLLII *memoriis philoſophorum illata p. 217.* ubi etiam uita ejus hiſtoriam quaerenti fontes aperit *p. 5. & ſqq.* & *catalogum ſcriptorum Caſelianorum* paſſim diſperſorum rariſſimorumque exhibet ſumma accuratione & induſtria confectum *p. 30. ſqq.* adde, ſi ita tibi uideatur, CLARMVND. *in uit. clar. uir. cent. VI. p. 159. ſq.* H. WILTENIVM *in diar. biogr. P. I. ad an. 1613. d. IX. Apr.* EYBENIVM *in Etymologio Critico Magiri p. 193.* CASP. CVNRADI *in Proſopographiae melicae millen. I. p. 27.* ubi anno aet. 70. obiiſſe dicitur, quod in MSto correxit: octogeſimum enim uiuendo attigit IS. CASAVBONVS *in opere epiſt. ſplendidae ed Almelouen. ep. CCXCIII. p. 154.* Quamuis autem doctorum uirorum JOH. A FVCHTE, HENRICI VAGELII & JVSTI A DRANSFELD prae ceteris induſtria enituerit in colligendis edendisque CASELII epiſtolis: uehementer tamen optandum eſt, ut ſit, qui nouam accuratamque illarum editionem perficiat. Sine enim ordine temporis, quo ſcriptae ſunt, ſine accurato ſtudio admodum negligenter, aliquae etiam, ne numeratis quidem paginis, quae & tamen rariſſime proſtant collectiones, curatae ſunt, ut in una ſaepe, nec tamen omnes, cum taedio lectorum repetantur, quae alteri jam inſerta fuerunt, atque plures etiam MStae adhuc paſſim deliteſcunt. Licet plures periiſſe facile conceſſerim, quod JOSEPH. ſo-

ſum

tuler? Illud nec recte, nec pie & fruſtra fecero: de altero cogitare quoque me per aetatem decet, qui a meta abſim proxime. Hoc igitur feci ante, quam illum nuncium accepiſſem, quem primum legi ex tuis literis; & in ea meditatione perſeuerabo ad extremum usque uitae ſpiritum. Non ſapiam, ſi noua ſomniem, qui nusquam fere quemquam meorum ex ueteribus notis & amicis aequalium uideam: noſtri ordinis plerique πᾶῖδες ἐμοὶ ἔιεν. Neque tamen eorum, quae

---

lium SCALIGER: *Je pourrois bien faire imprimer un gros uolume de lettres, in Scaligerianis (ed. Colon. i.e. Amſter. 1695. in 8.) p. 83.* Ille profecto caſtiſſimae dictionis nitor, illa ſubactiſſimi judicii uis, illa bonarum rerum ac ſententiarum ſelectarum copia, quibus prae mille aliis ſe commendant, ſingularem editoris curam merentur & applauſum lectorum, qui CASELII uirtutes aeſtimare norunt, certò certius ſperare jubent. Equidem cunctorum C. operum nouam editionem ſubinde moliti ſunt uiri quidam eruditi, ſed nondum factae orbi literato ſpei ſucceſſus reſpondit. *Caſelianorum rariorum collectionem* inchoauit etiam J. CHRISTOPH. KIESEWETTERVS, ultra tamen *faſciculum primum Rudolſtad. in forma 8. pagg.* emiſſum proceſſiſſe uehementer dubito. In tranſitu moneo, Epiſtolam aliquam CASELII ad LIPSIVM *in ſplendida* BVRMANNI *collectione ſylloges epiſtolar. uir illuſtr.* bis reperiri *T. I. p. 126. & p. 450.* qua C. illum *Lipſiam* accitum eſſe & uenire conſtituiſſe, ex indicio Mellaei refert.

(*) BVCRETIORVM duo ſunt, uterque Medicinae D. DANIELIS nomine inſignitus, uterque pater & filius. uid. J. HENR. CVNRADI *Sileſia togata p 31.* CASELII epiſtola haec ad patrem ſcripta eſt, qui nomen ipſi impoſuit BVCRETII, cum RINDFLEISCH uocaretur, & inter auditores ſuos ualde eum adamauit. Luſus inde natus eſt MATTH. ZVBERI *in poëm. P. I. p. 85. ed. in 12mo Francof. 1627.* notitia ejus ex poëtarum illius temporis in Sileſia clarorum carminibus, quibus eum celebrarunt, maximam partem haurienda eſt; aut illuſtranda. Videantur e.g. ANDR. CALAGIVS *epigrammat. L. V. p. 183.* & *L. VIII. p. 14.* CASP. CVNRADI *epigramm. cent. I. B. I.* & *in Parodiis Horat. L. I. cent. IV. A.* Item *in Parodiar. Horat. Melpomene*, quam D. BVCRETIO inſcripſit. *Olsn. Sileſ. 1606. in 8.* & *in Anagrammatiſm. cent. n. XXVII. B. 5.* Imo integer tr. ejusdem: *Bucreadum Miſcella* inſcriptus *Olſn. in 8uo 1607.* & JOH. TIMAEI alius: *Memoriae Bucretianae* dictus *Glog. 1613. in 8.* Add. SAL. FRENCELIVS *miſcellan. Lib. VI. p. 153.*

quae a me praestari potuerunt, quidquam hactenus negligo: neque deseram stationem, in qua tamen mihi molesti fuere multi: neque hodie insciția & maleuolentia calumniandi obtrectandique finem faciunt (*). *Fero omnia facilius, quod didici, neque quidquam esse abs-*

---

ex quo patet inter uiros doctos referendum esse, qui falso occubuisse crediti sunt. BALTH. EXNERVS *in carmin. miscell. L. VIII. p. 347.* MELCH. LAVBANVS *in musa lyrica L. II. pag. 58. sqq.* VALENS ACIDALIVS *in delicis poëtar. germ. Gruterianis. P. I. p. 115.* JOH. HEERMANN. *Ruten. epigrammat. L. V. p. 259.* Ipse enim poëta fuit facilis & uenustus, ejusque uaria passim prostant carmina non inuita Minerua scripta, quaedam *P. V. delic. germ. poët. p. 841.* seguntur, plurima perierunt. u. JOHNII *Parnassum Silef. cent. I. p. 33. sqq.* & G. MATTH. KOENIG. *in bibliotheca V. & N. p. 692.* Lemma ipsius symbolicum: *Vinco ferendo*, uiri per totam Europam celeberrimi epigrammatibus suis cohonestarunt, quae CASP. CVNRADI junctim edidit *Lign. 1604. in 12.* Nec ignotum medicis Medici suo tempore in Silesia principis nomen mansit. Enimuero, quae sub nomine ADR. SPIEGELII *tabulae anatomicae* prostant, & supplementum tabb. JVL. CASSERII BVCRETII potius esse existimantur. u. CHRISTOPH. HENDREICH. *in pandectis Brandenb. p. 778.* qui uero hic omnia turbat. Jussu enim auctoris opus SPIEGELII posthumum BVCRETIVM edidisse uerisimilius affirmat MERCKLINVS *in Lindenio renouato P. I. p. 231.* Obiter addo HENELIVM quidem *elogium* etiam *Bucretii L. IV. n. XLIII. Silesiae suae togatae* elaborasse, quod CHRISTOPH. COLERVS typis seorsim exscribi curauit. Quae praeterea HENELIVS *in Breslogr. p. 75.* ANDR. CALAGIVS *in natalibus illustr. uir. p. 287.* habent, paûca sunt, & uix attendi merentur.

(*) RAMI sectatoribus infensus erat maxime CASELIVS, qui dubio procul par pari referre allaborarunt. Ipse CHYTRAEVS ejus improbat uehementiam apud SCHÜZIVM *in uita ipsius Lib. IV. §. IV. p. 22.* Lumen querelis hisce CASELIANIS accendet, qui *epistolarum a* DRANSFELDIO *editarum librum XIII.* tantum non integrum conferre uelit. Narrat inter alia ibi CASELIVS *ep. LII. p. 907.* esse, *qui se auferre e medio Catechismum Lutheri, introducere Catechismum Homericum, Jouem Homeri habere pro Deo spargant.* Inter aemulos ejus non postremus fuit SAL. FRENCELIVS, de quo: *Etiam Frencelius*, ait, *rebus humanis ualedixit ante bimestre - - - nihil fuit nobis intellectu gratius.* Ἔχει θεὸς ἔνδικον ὄμμα, *atque unde exorta est injuria,*

absque inuidia: neque quenquam amicos inueniſſe bonos, quin malos idem habuerit aduerſarios. Ego uero amicos ſincere colo, neque obliuiſcor eorum, qui rebus humanis exemti jam ſunt. Si quid memoriae Monauii iſthic editum eſt, id legere aueo: nos ad ſimile ſtudium excitaueritis, ac debetur omnino hic honor ἀνδρὶ πολυφίλῳ καὶ φιλοφίλῳ (*): *Filium tuum de munuſculis amo: referetur ipſi aliquid aliquando gratiae* (**). Τῷ καλατῷ φίλῳ ἀνδρὶ καὶ ἰατρῷ ἀρίστῳ.

D. J.

---

ria, ſaepe imo ſemper reuertit. ibid. epiſt. LXXXVII. pag. 944. ex FRENZELII autem *epigrammatibus* uidetur colligi poſſe, uel ad tempus familiari eos conſuetudine conuixiſſe. Antequam CASELIVM uideret, quanti *faceret Philoſophum*, uerba ipſius recito, *clar., ultra annos 40. optime de iuuentute ſcholaſtica meritum*, declarauit *P. II. L. III. Miſcell. pag. 95.* Poſtquam in academia uterque publicum docendi munus accepiſſet *Lib. IV. pag. 111.* CASELIVM ad coenam, joco familiaris conuerſationis indice, ſemel iterumque uocauit. Simile quid, dum ipſe ſe conuiuam cereuiſiae Eimbecenſis offert. uide *Lib. V. pag. 125.* Nihilominus ex aliis ejus paſſim carminibus conjectum elici poteſt, tacito CASELII nomine eundem inſectatum eſſe, tandemque indignabundum accepta uocatione Rigam conceſſiſſe.

(*) Praeſtitit CASELIVS, quod hic mirabatur, elegantiſſimo carmine Heroico *A. 1607.* typis exſcripto *in forma 4. pagg.* hoc titulo: *Memoriae & honori nobiliſſimorum, clariſſimorumque virorum* TH. REDIGERI, JOH. CRATONIS, JAC. MONAVII, *Vratislauienſium* J. C. faciebat. Inde pauca MONAVIVM ſpectantia uerba excerpam:

Haec erat in uita potior tibi cura, Monaui,
Vt uel perlegeres ueterum ſublimia ſcripta,
Vel pulchri ſtudii ſincera mente ſodales
Cum coleres, illo coetu colereris ab omni.
Quaque tibi gratae ueniebant luce tabellae,
Dixeris has aeque Philio Xenioque probatas:
Ipſe tuis omni ſtudio donare uiciſſim,
Gemmata, Chariteon ipſarum adſpergine tinctas,
Par aliis docto calamo, par corde ſereno, &c.

(**) Tres habuit BVCRETIVS filios: THEODORVM, DANIELEM, PHILIPPVM JACOBVM, quantum quidem

ex

D. J. Hermanno (*) *salutem plurimam. Vale, Helmst. ex acad. Jul. IIX. Id. Februar. CIↃ IↃC IV.*

Ιω. Κασήλιος.

VIII.

---

ex Bucreadum miscellis CASP. CONRADI constat. Ex quibus DANIEL, Med. & Phil. D., mutata religione & uitae statu in praedicatorii ordinis conuentu reformato in suburbio Paris. S. Honorati nomen JOH. A THOMA assumpsit & ibidem decessit A. 1631. d. 29. Septemb. Huic SPIEGELII tabb. anatomic. supplementum adscribit JOH. HENR. CVNRADI *in Silesia togata pag. 32.* Nec fortassis sine ratione. THEODORVS uero Med. D. & Reipubl. Nissensis Consul fuit, in religione fratris exemplum uel secutus, uel praeiuit. Eum JOH. HENR. CVNRADI *loco citato* 1632. natum asserit; cum tamen 1607. jam CASP. CVNRADI Genethliacon ejus habeat *loc. cit.* & parens ipse X annis antea jam naturae debitum soluerit.

(*) Nec minus duo JOHANNES HERMANNI Medic. Doctores illo tempore in Silesia non incelebres fuerunt: pater quoque & filius. uid. J. H. CVNRADI *Silesia tog. pag. 121.* filius exteris uix innotuit, & Physici munere functus Strelae medicinam fecit: in cujus symbolum: *Integritas & rectum custodient me*, epigramma habet CASP. CVNRADI *epigr. Lit. B. cent. IV.* Parens uero prius in Alma Vitembergensi Med. Prof. Elector. Sax. Archiater, & deinde Princip. Lygio Bregens. & Monsterberg. Medicus & Poliater Vrat., quem facile cum CASELIO amicitiam coluisse conjici potest. conf. de eo BVCHOLZERVM *in indice chronol. pag. 827. ubi uir optimus, eruditionis, pietatis & experientiae laude commendatissimus audit.* CALAGIVM *in natalibus illustr. uiror. p. 326.* & *epigramm. L. II. pag. 45.* Scripta ejus medica nominat MERCKLINVS *in Lindenio renouato pag. 604.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0310
DFG

VIII.

Epistola M. Mylii (*) ad Sim. Grunaeum.

EDidi ante annos complusculos, exulante apud nos Clarissimo Chronologo, Abrahamo Buchholtzero, edidi, inquam, libellum hoc titulo.

(*) M. Mart. Mylivs Gorlic. P. L. & quidem Melisseus, quod magno honori tum temporis habebatur uid. Lavbani *Musa Lyrica L. II. od. XIV. p. 101* ejusne autem, an alterius Mart. Mylii cujusdam carmen sit de obitu Car. V. Imp. quod in Sim. Schardii *orat. fun. T. I.* legitur, definire nolim, ex collega docentium tandem Gymnasii patrii Rector optime meritus fuit. Obiit rude donatus 1611. 27. Jul aet. 69. Scriptis uariis cum theologicis, tum philosophicis & philologicis inclaruit. Ejus annales Gorlicenses e tenebris erutos *operi scriptorum Lusatic.* inseruit celeberrimus Hoffmannvs. Multam etiam industriam colligendis *orationum Melanchthon. tomis posterioribus* impendit. uid. de eo Casp. Cvnradi *prosopogr. mel. mill. I. p. 118.* H. Witte *in diar. biogr. ad annum diemque indicatum.* God. Ludovici *in historia rect. & gymnasior. P. I. num. VII. p. 84.* Sam. Grosser *Lausitz. Merckwürdigk. P. IV. c. III. p. 122.* Joh. Bened. Carpzovivs *im Ober-Lauss. Ehren-Tempel Lib. I. c. XXI. § VII. p. 359. sqq.* Vir fuit spectatae eruditionis & industriae. Hinc pro more illius temporis symbolum ejus *Dan. XII. 3.* Viri docti suis carminibus passim exposuerunt uid. G. Tilenvm *poëm. L. VIII. p. 603.* Andr. Calagivm *epigramm. L. III. p. 100.* Tob. Alevtnervm *in epigramm. misc. cent. III. num. XXIV. p. 98.* Sal. Frenzelivm *P. I. epigr. sem. I. p. 59. sq.* Fabricivm *in poëmat. p. 302.* Nec difficile foret integram librorum ejus historiam ex poëtis coaeuis conficere: Sic e. g. De scripto, quod Arithmologiam Philologam in XII. numeros uocat u. Balth. Exnervm *carmin. miscell. L. II. p. 88.* Alevtnervm *epigramm. cent. IV. p. 158.* De uita hortoque ejus philosophico Calagivm *epigramm. L. IV. p. 123.* Sal. Frenzelivm *P. II. Lib. I. miscell. p. 50.* & inprimis uenustum Taubmanni pro horto hoc epigramma *in Melodaesia L. I. epigr. p. 340.* qui per errorem, quem cum Koenigio *in bibl. V. N. p. 564.* communem habet Silesivm uocat: ut nullo jure ipsi Johnivs *in parnasso Silesi. cent. II. p. 115.* locum assignauerit. Plura eum juuentutis bono exarata pressisse ipsi quasi exprobrat Alevthner. *cent. VII. pag 322.*

titulo: Chronologia ſcriptorum & laborum Ph. M. Cum enim ſuppeditaretur mihi occaſio quotidie compellandi uirum; factum eſt, ut libellus iſte mihi naſceretur. Haec editio tantum mihi laudis peperit apud uiros doctos, ut ea contentus libenter acquieſcam. In hoc numero ſunt Joh. Sturmius, Dn. D. Peucerus, Grynaeus & Buchholtzerus ipſe, ſicut lector in fine uidebit. Ea res tantum calcar mihi ſubdidit, ut quoties occaſio eſſet, eum locupletarem, & de editione iteranda cogitarem (*). *Vt autem libellus redderetur magis ueſcus, cogito*

Inter alia aliquot *ſuperioris ſec. uiror. eruditorum uitas* parturiuiſſe MANLIVS auctor eſt *L. VII. c. XXIX. §. XVIII. in corpore ſcript. Luſat. p. 457.* *De fama* autem ac *flore ſcholae* ſub ejus Rectoratu CHR. FVNCCIVS multa magnifica habet *ib. T. p. 391.* etſi PHILIPPI partibus addictior non immerito a S GESNERO crypto-caluiniſmi introducti argueretur, ut fruſtra ſint, qui in eo prorſus excuſando laborant. Epitaphium, quod a conſultiſſimo CARPZOVIO ſibi ipſe ſcripſiſſe dicitur, plenius & aliena manu confectum ita recitat GROSSIVS *in ſideribus Luſat. & Sileſ. MStis*, qui & plura de eo habet:

MYLIVS hoc tumulo poſt ultima fata
quieſcit.
Lector abi, & magnum hic ſcito cubare uirum.
Mortuus hic jacet MYLIVS, quis curat? ut omnis
Negligat hic mundus, ſcit tamen ipſe
DEVS.

Quod poſterius diſtichon etiam aliunde ſumptum eſt, & contra leges proſodiae in hexametro non leuiter impingit.

(*) Titulus libelli *Gorlicii A. 1582. in 8.* excuſi eſt: *Chronologia ſcriptorum* PHIL. MELANCHTHONIS, etſi non immerito: & laborum addi potuiſſet. Non enim ſcripta ſolum, ſed lectiones, itinera, conſilia, carmina etiam, quae compoſuit, ad ſuos quaeque annos indicantur. Nomen uero ſuum auctor dedicationi prolixiori ad JAC. MONAVIVM ſubſcripſit: *M. M. Collega docentium in ſchola Gorlicenſi, quod tum nondum faſces Gymnaſium regendi adeptus eſſet.* Commendat in illa MELANCHTHONIS ſcripta a ſoliditate rerum, apto jucundoque dicendi genere & naturali methodo. Deinde praedicat nauatam ſibi a BVCHOLZERO operam, indicante ſibi, „quae ejus uerba ſunt, plerarumque „declamationum, quae inprimos to„mos ſine ordine & conſignatione„ annorum fuiſſent congeſtae, annos„ & quaſi natales earum. Tandemque„ utili„

cogito adjicere appendicem aliquot epigrammatum, quae hactenus nondum essent edita. Nunc mihi opus est typographo, opus est ἐγγοδιώτῃ, quem Te mihi, DOCTISSIME VIR, elegi. Oro igitur, ne grauatim talem laborem Tibi imponi patiaris. Agas cum typographo uestro de editione acceleranda, pro qua nihil reposco, nisi pauca exemplaria (*). Talia collectanea plura habeo: qualia sunt: Arithmologia

---

utilitatem laboris sui edisserit, quae utique spernenda non est. Ipse autem de hac prima editione non diffitetur: "Neque uero fateor integrum hunc "esse, & suis numeris absolutum ca-"talogum omnium scriptorum, quae "a Philippo fuere confecta. Sexcenta "sunt, de quorum annis dubito: & de "quibus amicorum commonefactio-"nes, studia, operas, ubi hunc cata-"logum uiderint, expectabo. Non tamen, quod dolendum est, alteram, quam ad GRVNAEVM hic promittit, prodiisse reor. Addit in illa dedicatione se tot chiliades epistolarum PHIL. MELANCHTH. a MONAVIO habere nondum publici juris factas; quae an & quomodo perierint, Deus nouit, qui solus omnium rerum caliginem penetrat. Opusculo ipsi aliquot judicia de MELANCHTHONE *ejusque Genealogiam* praemisit. Deinde ab anno natali 1497. spatio singulis annis ad plura annotanda relicto uacuo usque ad emortualem 1560. procedit, alteramque etiam editionem in commonefactione ad lectorem subjuncta promittit, atque supplementa quaedam cum epitaphio addit. Non male laborem hunc acceptum gratumque fuisse uiris illo tempore eruditis ipse MYLIVS indicat, & JAC. MONAVIVS testatur eo MYLIVM multorum piorum & doctorum, quibus "carum sit nomen & pretiosa memo-"ria summi illius uiri (MEL.) magnam gratiam sibi conciliasse. *Epist. horto philos. annexa & 1595.* scripta. Qui &: "te, addit, hortor, cum illum ab eo "tempore, quo primum est editus, sic "interea locupletaueris & exornaris, "ut non fere, sed plane nouus sit fa-"ctus; ut de repetenda illius editio-"ne, cujus desiderium in multorum a-"nimis excitasti, & quam etiam meo "loco, quantum licebit, promouebo, "cogitare non intermittas."

(*) Officinam Lignitii typographicam habebat NIC. SARTORIVS Gorlizensis typis elegantissimis nitidissimisque instructam, ut exterorum sui temporis plurimis comparari, multis praeferri mereretur. Hinc certatim opera sua ipsi inprimenda per GRVNAEVM uiri eruditi offerebant,

logia philologa. Homo philologus. Deliciae noſtrae. Sententioſi uerſus ex toto opere Ouidiano collecti pro ſchola noſtra, aut ſi mauis dicere: Ethica puerorum tertiae claſſis (*). Non offendat typographum ueſtrum haec editionis translatio, qui habeo cauſas hujus ſententiae meae.

---

qua de re multa ex epiſtolis MStis illorum, ſi hic locus eſſet, proferri teſtimonia poſſent. JANI LERNVTII, JANI GVILIELMI, VALENT. ACIDALII poëmata junctim, TOB ALEVTHNERI *Chilias epigramm.* GRVNAEI *epitaphia Baſil & Sileſ.* non pauca aliorum poëtarum illius aeui ſtanno ſuo accurate nitideque exſcripſit, ut theologica, medica, alia taceam, epitaphium uiri u. *in* D. WAHRENDORFII *Liegn. Merckwürd. P. II. p.495.*

(*) Exſcriptis ejus hortus inprimis philoſophicus exteris etiam innotuit *Gorlic. 1597. 8.* editus. Hominem philologum & arithmologiam philologam editos eſſe ex locis poëtarum ſupra allegatis conjici poteſt; quamuis me haud uidiſſe fatear. Ita uero ipſe de utroque: "Inter alia hominem "mihi philoſophiam fabricabam cum "ſingularum partium corporis no-"menclaturis, ad quas, quaecunque "alicujus partis corporis mentionem "facerent, ſiue illud eſſet de coma, "(exemplo enim hoc interea mihi "uti liceat) de qua Junii, ſiue de Cal-"uitio, de quo Sineſii, ſiue de Πωγω-"νία, de qua ANT. HOTOMANNI, JCti "extat commentarius, ſiue de quo-"cunque membro, referrem. Neque" etiam his contentus, cum multa" quoque numeris contineri uiderem," & relata ſub illos facile me in eo-" rum memoriam reducere poſſent:" Sumpta occaſione ex arithmologia" ethica clar. uiri JOACH. CAMERARII" Pap. b. ipſe etiam arithmologiam" philologam ab unitate ad duodena-" rium usque numerum continuatam" inſtituebam: quam operam meam," puerilem illam quidem & tenuem," diſcentibus tamen non nihil, ut ſpe-" ro, profuturum paulo poſt extru-" dam. *In dedic. horti philoſ.* de quo paulo poſt pergit: In nullam autem o-" peram plus ſtudii & laboris contu-" li, quam in hunc hortum meum;" cum, quod hortorum cultura per" ſe jucunda eſt & amabilis: tum uero" quod in eo genere ſtudiorum, quod" plantarum notitiam continet, plus" uerſatus fuiſſem, utpote quod me a" pueris per tot nemora, per tot cam-" pos, per tot montes, per Iſarae et-" iam pratum, in jugis montium ſude-" tum rapuiſſet &c." De ceteris, quorum mentionem facit ad GRVNAEVM, quid factum ſit, me cum ignariſſimis neſcire non diſſimulo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0314
DFG

meae. Vt etiam typographus ueſter farraginem uerſuum Philippi, qualis ſit, uidere poſſit, mitto uobis exemplum deſcriptum (*). *Nam Chronologia jam ante uobis nota eſt. Ad hanc epiſtolam ut mihi reſpondeat humanitas tua, ualde Te rogo. Haec ſcribo ad Te agens annum aetatis 67. in illo otio, quod DEVS & Senatus mihi fecit. Bene & feliciter uale & ignoſce ſtilo ſenili & imbecilli. Datum XXI. Febr. MDCIX.*

TVAE praeſtantiae
addictiſſimus
M. MARTINVS MYLIVS.

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO DN. MAG. SIMONI GRVNAEO, ECCLESIAM LIGIAM DOCENTI (**) ETC. AMICO ET FAVTORI SVO MVLTVM COLENDO.

Liegnitz.

IX.

(*) Vtinam prodiiſſent! Quamuis enim poëtae nomen MELANCHTHON, uir in grauioribus negotiis occupatiſſimus, haud affectauerit, erudita tamen ingenioſaque facilitate & naturali quadam elegantia ſe ejus carmina commendant, neque nullum omnino rebus illo tempore in republica ſacra & literaria geſtis lumen affundunt: etſi rariſſime omnino proſtent. Prodierunt ejus *epigrammatum Lib. VI.* recens editi ſtudio & opera PETRI VINCENTII *Vrat. Vit. 1563. 8uo.* quae editio optima eſt. *Anno* enim *1558. & 1560 Vit.* quae praeceſſerunt, non niſi III libros habent, foetibus etiam ſuppoſitiis plena ſunt, & mendis typographicis innumeris ſcatent. Rariſſimam nec VINCENTIO uiſam collectionem, omniumque primam poſſideo *Hagenouae 1528. in 8.* curatam: farrago aliquot epigrammatum PHIL. MELANCHTHONIS, opuſculum ſane elegans ac nouum in fronte appellatur, & quaedam habet, alibi haud reperiunda. Exterorum, maxime SCALIGERI *de poëſi Melanchthoniana* judicium exhibet P. VINCENTIVS *in ded. ed. allegatae*, ut non immerito locum ampliorem ipſi tribuerint JOH. PETR. LOTICHIVS *in biblioth. poët. P. III. p. 23. ſqq.* & cl. GEORG. LIZELIVS *in hiſt. poët. gnecor. germaniae p. 13. ſqq.*

(**) S. GRVNAEVS Princ. Lign. a

Consiliis S. Director Senatus Eccles. & sacrorum in Lign. & Bregensi ducatu antistes, theologus, philologus, & poëta suo tempore celeberrimus, suauissimo uir ingenio & exasciati judicii summaeque diligentiae, clariss. uirorum amicitia floruit eamque literis ultro citroque missis, quarum integri adhuc fasces in bibliotheca quadam latent, exacte coluit. Hinc magno etiam numero pro more seculi poëtae ejus amorem atque patrocinium ambire conniſi sunt. Ita v. gr. JOH. HEERMANNVS *Coeben. Lib. IX. epigramm. pag. 520.* & SAM. LATOCHIVS *in laurifoliis Lib. III. pag. 271.*, poëticam ejus uenam euehunt. Ejus historiam ducum Lignicensium, quam falso, reor, editam asserit *Lexicon* MENCKEN. *erudit. pag. 1167.* nisi innuat ejus deductionem, quod principes LYGII summis imperatoribus sanguine juncti sint. *Lign. 1610.* germanica lingua editam, VAL. ARITHMAEVS *in periculis poët.* laudat *p. 384.* in effigiem ipsius luserunt BALTH. EXNERVS *carmin. Lib. II. pag. 92.* & ANDR. CALAGIVS *epigramm. Lib. IV. pag. 1231.* Anagramma nominis ejus sortilegio lycophrontico pure jambico obtulit ipsi MELCH. LAVBANVS *in musa lyrica Lib. III. od. XIX. p. 169.* aliud puro disticho inclusum fistit MICH. BARTSCH. *in anagramm. cent. I. dec. III. n. V. B. 4.* Lauream poëticam ipsi gratulati sunt TOB. ALEVTNERVS *epigrmm. cent. IX. n. XXXVI. pag. 421.* & LATOCHIVS *loc. cit. p. 324.* In symbolum suum: *Timentes Jehouam, confidite Jehouae*, praestantissimorum uatum epigrammata integro uolumine collecta edere uoluit, nisi alia conatum impedimenta interuertissent. Celebre inprimis nomen sibi apud exteros acquisiuit editis nitidissime Basileensium monumentis antigraphis *Lign. 1602. 8uo*, quorum pleraque deliciis NATH. CHYTRAEI *pag 560.* postea inserta sunt: & monumentorum Silesiae periculis ibid. eodem anno expositis, quibus saliuam integri operis excitauit, quod adhuc MStum extat. Laudat operam Basileensibus impensam JOH. TONJOLA praef. Basileae sepultae & retectae, licet perperam Gorlicensis ecclesiae ministrum uocet. Vitae ejusdem historia ex VALENT. HEDWIGERI *homilia in fun. Grunaei habita & Lign. 1628. ed.* omnium optime hauriri potest, ex qua patet statim haud interrupta serie eum ANDREAE BAVDISIO successorem datum esse, adeoque Cl. HOFFMANNVM falso interseri a FRIDER. LVCAE *in Schlesischen Denckwürdigkeiten p. 1871.* qui plura de illo adfert in indice, quam in ipso opere habet. Nec 1. Decembr. quod H. WITTE uult *in Diarii biogrph. Part. I.* Sed d. 21. Maj. An. 1628. denatum esse. conf. JOHANN. HENR.

HENR. CVNRADI *in Sileſia togata pag. 101.* JOH. MOLLERVM *in homonymoſcopia hiſtorico-philologico-crit. cap. VII. num. LIII. pag. 679.* qui recte etiam WITTENII lapſus in confundendo noſtro cum GRYNAEO *Baſileenſi* corrigit. Clar. JOHNIVS *in parnaſſo Sileſ. cent. I. num. XXXVI. pag. 80.* qui JAMESII *catalogum biblioth. Bodlejanae pag. 234.* allegat, ubi tamen nihil de GRVNAEO, ſed *pag. 309.* nec uero ibi m. aliquid de poëmatibus ejus legitur, atque D. WAHRENDORF. *in Ligniziſcher Merckwürdigkeit Part. II. cap. I. pag. 520. & cap. II. pag. 547.* denique, ſi haberi queat HENELII ejus etiam *elogium in Sileſ. togat. MStum.* Oppido memorabilis inſcriptio muſei Grunæani eſt, quae *in periculis monum. Sileſ. pag. 47.* legi meretur animique ejus moderationem & circa religionis capita controuerſa non obſcure prodit. Enimuero hunc etiam magnum profecto & plurimis diuino munere donis abundantiſſime inſtructum theologum ad Philippiſtarum partes ualde inclinaſſe & nimio ſaepe tepore ſtrenuis ueritatis euangelicae aſſertoribus diſplicuiſſe palam eſt. Anno 1618. menſe Junio conſilium, quod MStum adhuc reperitur, principi ſuo GEORGIO RVDOLPHO ſuggerebat, quo, ut alia ſileam, catechiſmum Heidelbergenſem, PISCATORIS notas biblicas, aliosque hujusmodi libros publice haud introduci, priuatim tamen tractari ſuaſit, theologosque palatinos ceu A. C. addictos commendauit. Adeoque factum eſt, ut, miſſa a Mag. CHRISTOPH. STEINBACHIO ſcheda, officii admoneretur & a tepore nimio ad majorem pro ueritate zelum excitaretur, quam uel animi gratia, & quod ſale non careat, ex autographo producere placet:

Simon dormis?

Quam mirum eſt rebus periculoſiſſimis homines eſſe ſecuriſſimos!
Nonne uera religio jam labefactatur? Simon dormis?
Quid tribunal niſi litium ſeges? - Simon dormis?
Quid curia, nonne labyrinthus eſt? - Simon dormis?
Quid in ſcholis jam frequentius, quam lanae caprinae tonſum? - - Simon dormis?
Sacerdotes ſeſe paſcunt, - - Simon dormis?
Magiſtratus choreas ducit, - - Simon dormis?
Populus flenda ridet, ridenda flet, - Simon dormis?
Artifices quisquilias pariunt, - - Simon dormis?

Eheu

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0317
DFG

Eheu terram infelicem, ubi Satan princeps,
ubi caro praeceptor,
ubi hypocrisis consiliarius,
& ubi Simon dormit!

O Simon, euigila, nisi Lethargus plane est, quod somnias!
Quidni Lethargus? Nam DEVM tam euidentem negare,
Mundum tam hostilem deperire,
Terram tam informem laudare,
Mortis tam incertae obliuisci,
Et tui intra te jam stupide ignarum esse,

Ne Lethargus quidem est, sed obrigescentia.
Sed frustra hoc seculum inclamo, quod dormitantium habet infinitos:

Vigilantium prope neminem!

M. CHRISTOPHORVS STEINBACH, eccles. Cunitianae pastor., iconi suae ipse aliquando hoc distichon subjunxit:

Hic mea Simonis Grunaei conspicis ora:
De me alii quiduis, de me ego nihil aliud.

Illi tamen, quam aeri affabre eleganterque insculptam habemus, addidit superiori parte *ueritatem & pacem:* inferiori *coelum per iridem fulmina fibrans* cum lemmate: *TIMENTES CONFIDITE*, & *lychnum flammula ascendente extinctum: SVRSVM IN AGONE.* Duoque alia disticha, quae repetere supersedeo.

* * *

IX.

Mich. Gebhardi (*) epistola ad Sim. Grunaeum.

S. *REVERENDE & CLARISSIME DOMINE MAGISTER, AMICE & FRATER OBSERVANDE. Praeter morem & uoluntatem meam fit, ut hoc toto fere semestri nihil ad Te scripserim. Scis autem eam amicitiam nostram esse, ut, cum ad summam beneuolentiam peruenerit, nullus inter nos locus suspicionibus reliquus esse possit. Quare posito hoc fundamento me de silentio non prolixe Tibi commendabo, ne, dum me excusare coner, Tecum culpam ejus rei communicare, Teque, qui eo interuallo ad me etiam ne literam quidem exaraueris, accusare quodammodo cogar. Vtamur igitur Atheniensi illa ἀμνηστία inter nos, & culpam, si qua commissa est, partiamur, atque ita aequa delicti & ueniae conditione rem faciamus, wollens zugleich aufheben. Si ueritas dicenda tamen est, nihil me saepe ad Te scripturum in hoc tempus rejecit, nisi quod idonei tabellarii non oblati sunt, nec temere cuiuis meas ad Te literas dandas existimaui, propter periculum, ut scis, quod existere posset, si literae ab aliis legerentur. Nactus autem jam idoneum tempus & occasionem, redeo ad scribendum, & significo Tibi, res meas & meorum adhuc, DEI beneficio, saluas esse. Die enim XX. Nouembris filiam*

(*) MICHAEL. GEBHARDVS Gurauiensis Silesius in urbe patria ab anno 1588. V. D. minister, postea coetui sacro apud Falcobergenses praefectus, tandem Strigae exul, theologus pius & eruditus audit *in* HENR. GROSSII *sideribus Lusat. & Siles. MSt.* ubi annus 1612. ejus emortualis existimatur. Partibus MELANCHTHONIS pro more illorum temporum addictior fuit, & maximorum theologorum in patria amicitia floruit. Ejus epistolarum MStarum lectu non indignarum aliquot possideo decades, ex quibus hanc uel ideo hic loci producere placuit, quod de THEOD. BEZA quaedam habeat, quae anno uitae ejus 81. ipsi contigerunt & paulo aliter ANT. FAYVS *in ὑπομνηματ. de uita & obitu ejus Gen. 1606. in 4. ed.* (nunc quidem ualde raro) *pag. 61.* contigisse narrat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0319
DFG

filiam meam primogenitam, DEO sic disponente pro sua paterna prouidentia & bonitate, elocaui, quam nuptum dedi filio ciuis nostri primarii, pannifico, ad cujus nuptias Te cum tuis quoque inuitassem, sed uerebar, ne usurpares eandem excusationem, qua usus est compater meus, Doctor Weidnerus, Physicus Sprottensis, ideo supersedi huic labori. Si autem peccaui hac re, pro fraterna nostra conjunctione & beneuolentia mihi ignosci peto. Eo ipso die, quo nuptiae filiae meae celebrantur, scripsit ad me Argentorato Johannes Weidnerus (*), *& Te quoque harum rerum multa salute participem fieri*

(*) JOH. WEIDNERVS junior, Med. D. ejusque Sorauiae primum, deinde etiam apud Grünbergenses practicus & physicus, atque poëta cum primis elegans, specimen uid. *in* CASPAR. CVNRADI *theatro symbol. cent. VII. p. 317. anno 1619 Diss. de arte chymica ejusque cultoribus Budiss. in 4to. Anno 1625. Consilium de peste* germanica lingua edidit. uid GEORG. ABR. MERCKLIN. *in Lindenio renouato Lib. I. p. 701.* Eo tempore autem *addiscendae arti medicae operam nauabat Argentorati.* uid de illo & patre ejus, medico astronomo, & poëta Sprottauiensi non incelebri, J. HENR CVNRADI *Silesia togata p. 327. sq.* MELCH. LAVBANVS *odar. Lib. II. od. X. p 91. L. III. od. XI. p. 144.* JOH. TIMAEVS *in memoriis Bucretianis lit. B.* & DominusFIEBIGERVS *Silesiographiae* NIC. HENELII *renouatae cap. VII. p. 518.* ubi utriusque elogium calamo Heneliano exaratum legitur, quae *ex junioris epistolis*, quarum non paucae ad manus sunt MStae, illustrari facile possent. GROSSIVS *loc. cit.* patrem cum filio confundit. Hujus in insignia, ipsorum addita imagine, lusit VALENS ARITHMAEVS *in periculis poëticis p. 459.* sequenti epigrammate:

In summo Galeae duo uasti cornua tauri
Frons salicisque, leo quem tenet ungue, uirent,
Ista tuae ostendunt antiquae insignia gentis,
Weidnere, o Charitum delicium! o Chlaridum!
Tauri robur habes Lybici mentemque leonis,
Et crescis medicas floridus inter aquas.

Qui eundem *Asclepiadeae familiae uindicem & sacrarum musarum Mystagogum* appellat *pag. 477.* GEORG. VECHNERI extat homilia in funere WEIDNERI patris dicta & Glogouiae excusa, plena memorabilium pietatis ejus plane singularis, temperantiae, mode-

fieri uoluit: Sic autem: Nos bene adhuc agimus in nouo hoc aëre, quem ut inposterum tutum & salubrem conseruet uitae Deus, optamus. Statum academiae & reliqua noua, quae ex Galliis, Belgio, Styria & Hungaria ad nos perferuntur, intelliges, spero, ex meis ad clarissimum & doctissimum Dominum D. Gastonem (*) Poliatrum uestrum ele-

---

moderationis & diligentiae, ut *exemplum medici Christiani* per omnem uitam & in ipso mortis articulo praebere queat. S. codicem diligenter legit in ipsis, quibus scriptus est, linguis, psalmos inprimis adamauit, in Salomonis ecclesiasticum meditationes pias scripsit, a conuiuiis, ne in sobrietatis legem peccaret, abstinuit, in aede S. & priuatim cum suis exercitia pietatis quotidiana instituit, pauperibus gratis, nemini, nisi prius deuotis ad Deum fusis precibus, medicamenta dispensauit ex principibus Socinianorum non postremum, curae corporis ejus adhibitus, ad orthodoxam religionem conuertit, januae musaei sui inscripsit:

Stamus in occursum tibi, Christe, uenire parati:
Quando tibi uisum est, Christe, uenire, ueni.

& quae plura ibi cum fructu legi possunt.

(*) FLAMINIVM GASTONEM, Suibusiensem Silesium, Phil. & Med. D. & GEORG. RVDOLPHO, Duci Lignicensi a consiliis, Archiatrum atque Gurauiensem Physicum, intelligit, de quo elogium Henelianum etiam habet celeberrimus editor *in* HENELII *Silesia renouata loc. cit. p. 541.* Edidit *dissert. de podagra, Basil. 1597.* libellum germanica lingua *de uero usu aliquot medicamentorum contra pestem adhiberi solitorum, Glogou. 1608. 4.* & alia. uid. J. HENR. CVNRADI *in Silef. togata p. 88.* HENN. WITTE *diarium biograph. P. I. ad ann. 1618. d. 5. Febr.* MERCKLINVS *in Lindenio renouato L. I. p. 274.* BALTH. EXNERVS *carmin. miscell. L. X. p. 409.* JOH. HEERMANNVS *epigrammat. L. III. p. 145. L. VI. p. 351. 355. &c.* & qui curate uitam ac fata uiri doctissimi plane singularia edisserunt MELCH. ADAMI *in uitis medicor. german. p. m. 196.* cujus scrinia compilauit FREHERVS *in theatro clar. uiror. P. III. p. 1339. sq.* GASTONIS quoque *epistolas ad* GRVNAEVM *scriptas plures* ab interitu hactenus mihi uindicare licuit: Ex quibus & maxime etiam ex homilia in funere ipsius a M. MARTINO ETNERO, Past. Guhrano habita & *Vitemb. 1618.* edita, multa de eruditione, Chymiae studio, praxi medica ac pietate ejus, scriptis ad deuotionem excitandam exaratis, cura rei scholasticae, symbolo:

elegantissimum. Hodie mecum fuit clarissimi & doctissimi theologi Dn. Sonii (*) filius, qui ex Gallia aduentans haec nobis retulit: Dominus Beza, inquit, optime uiuit. Nuper admodum rex Galliae suos ad eum ablegauit legatos, qui his uocibus usi: Religiosissime Beza, inuictissimus Galliae rex salutem tibi multam, & sese piissimis tuis precibus commendat in his bellicis motibus, cupitque significari sibi diem, quando ad se uenias. Regiam enim ad Te mittet lecticam: & quaedam Tecum colloqui necessum habet. Tum Beza in hoc erupit hemistichion: quantum mutatus ab illo! & sese ob senium & curas ecclesiasticas recte excusauit. Sed audio regem ipsum Geneuam paulo post conuenturum, & colloquium cum eo habiturum. Ecce ita Deus immutat cor hominis: Vtinam illustret piissimum regem radiis gratiae & Spiritus Sancti! Hucusque Weidnerus.

Quid ago? ultimis in agone fidei heroicae plenis sermonibus &c. si hic locus esset, addi uellem. Tumulum eleganti epigrammate ornauit JOH. HEERMANNVS *epigramm. L. VIII. p. 441.* quod multa paucis complectitur, adeoque hic legi non indignum censeo:

Quis jacet hic? Phoebo qui proximus arte medendi:
Qui fama celebris uiuit utroque polo.
Quod Meditrina potest, potuit: quippe omne quod omnes
Norunt Aonides, huic quoque nosse datum est.
Hunc pauci aequiparant, superauit nemo, nec ullum
Vincere qui poterit, secla futura dabunt.
Non tamen haec ullos peperit doctrina tumores:
Nescio, num possit mitior esse charis.
Gloria, quam meruit, non est insculpta sepulchro:
Quaerere si placet hanc, lector: ubique uolat.

(*) Procul dubio filium GEORG. SOHNII, theologi Caluiniani intelligit, cujus *opera theologica*, non posthuma tantum, sed fere omnia, quae typis expressa extant *Herborn. 1591. 8. prod. III. tomis*, quorum primo addita est *de uita & obitu illius oratio* JOH. CALVINI, Prof. Heidelbergensis: Inde sua hausit MELCH. ADAMI *in uitis theolog. p. 297.* conf. FREHER. *loc. cit. P. I. Sect. III. p. 270.* qui inter scripta ejus referre neglexerunt libellum: *Berichi uon der Vniuersitaet Heydelberg 1625. 8. edit.*

rus. Si themata Weinrichiana euoluisti, fac ut ad me per certos homines redeant; cupit enim ea legere Dom. Elias, pastor Tchsirnensis, qui jam fruitur mediocri otio, postquam sibi adjunctum Diaconum in uinea domini habet. Ante paucos dies ad meas proximas respondit D. Weinrichius (*) ualde humaniter, & simul dono misit exemplum cantionum funebrium in D. Pauli Eberi Cantionem, credo Te uidisse; addit praeterea jam sub prelo esse conciones triginta in historiam resuscitati Lazari, quae circa festum natalis domini lucem uidebunt. Tu si quid noui habes, fac ut quoque cognoscam, & de statu rerum uestrarum me edoce, jucundum mihi erit auditu, detur & tua cum incolumitate. Salutem plurimam nunciabis meo nomine Costae tuae, nec non Domino Andreae (**), Pastori uestro, & omnibus, quos mihi bene uelle scis. Vale quam rectissime, ad salutarem ecclesiae Christi aedificationem. Dabantur Gorae celeri calamo. 16. Decemb. in fine anni 1600.

Tuus ex animo
MICHAEL. GEBHARD.

X. An-

(*) GEORG. WEINRICHIVS, SS. Theolog. D. Professor & Superintendens Lipsiensis, Theologus disertus, placidus, pius & perspicuitatis diligentiaeque laude commendandus u. HENN. WITTE *memoriae theolog. decad. V. p. 54. sqq.* FREHERVS *loc. cit. p. 388. sq.* J. JAC. VOGEL *in annal. Lipsienf. p. 357.* & passim JOH. HENR. CVNRADI *in Silef. togat. pag 331.* G. MATTH. KOENIG *in biblioth. V. & N. p. 865.* JOH. CASP. WEZEL. *singularia Weinrichiana praefat. §. III. pag. 4.* J. CASP. EBERTI *in ceruimontio litter. cent. I. num. XC. pag. 116. sqq.* ut taceam ANON. *Kalendarium Lipsiensium Antistitum historicum Lipf. 1698. pag. 65. sqq.* ERDMANN. VHSE *im Leben der Kirchen-Lehrer p. 994.* & *Lexicon erudit. Menckenianum*, in quo plures *Weinrichii*, sed confuse admodum recensentur adeo, ut u. g. tractatus Prof. & Med. Vrat. duobus tribuatur; & sic porro conf. clarisl. DAV. ZELLERI *Hirschberg. Merckwürdigkeiten Part. I. pag. 106. sqq.* qui in eundem lapidem impingit. Elogium ipsi condidit & jure meritoque scripsit HENELIVS *in Silesia togata MSta* prolixius, quam ut hic repeti queat.

(**) ANDREAM BAVDISIVM innuit sacrorum in ducatu & urbe Lignicensi antistitem, theologum doctrinae copia,

X.

Andr. Osiandri ad Ambros. Moibanum.

OPTIMO ET DOCTISSIMO VIRO D. AMBROSIO MOIBANO, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORI, ECCLESIASTAE VRATISLAVIENSI (*), SVO IN DOMINO CARISSIMO FRATRI

S A L V T E M.

GRatissimam mihi rem fecisti de Nicephoro, nam in codice parrhisiano prorsus nihil ejus extat. Sed continentur in eodem Eusebii de ecclesiasticis libri X. Ejusdem de uita Constantini libri V. Socratis libri VII. Theodoritae libri V. Collectanea ex Theodoro libri II. Hermii Sozomeni libri IX. Euagrii libri VI.

Suspi-

---

copia, linguarum eruditarum peritia, & facundia genti ejus nobilissimae propria inclutum, Melanchthonis ex labe seculi admiratorem nimium. uid. MELCH. ADAMI *in uit. theol. german. pag. 403. sqq.* FREHERVS *in theatro clar. uir. P. I. Sect. III. p. 378.* CVNRADI *in Silesia tog. p. 13.* Ejus extant *homiliae funebres diuerso tempore editae, aliquot disputationes theol. partim in academiis, partim in conuentibus V. D. Ministr. Lignic. habitae,* & *oratio,* qua GEORGIO THILONI A THILAV, JCt. & Princ. Lygio-Bregens. Consiliario parentauit. *Lign. 1602. 4. Dissertatio* autem *de cruce,* quam *lexicon erud.* MENCKEN. ipsi tribuit, nepotis ejus est, theologi Lignicensium nostra aetate meritissimi disertissimique. Elogium ipsius in HENELII *Silesiae togatae MSto autographo* extat lectu non indignum, nisi spatio harum paginarum excluderetur. Ejus uicem supplere poterit epitaphium apud Dn. D. JOHANN. PETR. WAHRENDORFIVM *in Lignitz. Merckwürdigkeiten P. II. c. II. p. 236. & c. III. p. 373. Homiliam in funere ipsius* habuit SIM. GRVNAEVS *Lign. 1615. ed.* ex qua uitae ejus historia penitius cognosci potest. Carminibus XLVIII. meritissimi praesulis exequias celebrarunt uiri docti & aequales uno fasce editis.

(*) AMBROSIVS MOIBANVS, Doctor Theologus, eruditione, prudentia, diligentia, fide ac pietate suo tempore Vratislauiae Princeps, LVTHERO,

Suspicor autem, quicquid Nicephorus (*) habet, ea omnia ex auto-

---

ro, Melanchthoni, Camerario, Cratoni, Peucero, aliisque uiris magnis charissimus, uoce scriptisque euangelicam doctrinam summa, qua praestabat, moderatione, propagauit, dum uiuendi finem faceret anno 1554. d. 16. Jan. aet. anno LX. uid. Melch. Adami *in uitis theol. german. p 124.* Freherus *in theatro clar. uir. P. I. Sect. III. p. 160.* Seckendorff. *in hist. Luther. supplem. ad ind. I. histor.* Jos. Simlerus *in bibliotheca pag. 31.* & praeter Cvraevm, Polivm, Lvcae aliosque rerum patriarum scriptores, Matthaevs Hansi *in memoriis concionat. Vratisl. p. 7.* B. Adam Pantke *in den Lebens-Beschreibungen derer pastor. Vrat. Elisab. pag. 7. sqq.* Cvnradi *in Silesia togata p. 189.* Elogium etiam ipsius tot elogiorum conditor doctissimus N. Henelivs prolixe eleganterque scriptum reliquit: ex qua epigramma, quo illud finiit, breue & elegans annectere placet:

Pauit oues Christi qui uerbi gramine; coelo
Jam nunc Ambrosiis pascitur ipse cibis.

(*) Lucem aliquam foenerabitur haec epistola iis, quae de codice Nicephori graeco supra obseruauimus. Quem uero Parisiensem refert Osiander, dubio procul *bibliothecae regiae* fuit a Joh. Langio *in ded. editionis suae ad Ferdinand. I. indicatus.* Osiandri etiam conjecturam uerisimilem esse dudum patuit. Ipse Langivs: *Quid,* inquit, *Nicephorus habet aliud, quam priscorum maxime patrum ex illorum libris decerpta monumenta? in epist. ad Oporinum Basil. editioni A. 1560.* praefixa. Rvardi eccles. S. Petri in Louan. Decani censuram hujus editionis paulo rarioris oppido memorabilem hic legisse non poenitebit: *Clar. Domine, non solum sine fidei & religionis periculo N. H. E. typis mandari potest, sed cum multa & publica ecclesiae utilitate, propter historiarum, quas continet, notitiam. Multis enim scribit, quae apud scriptores alios non inueniuntur. Pia solum & religiosa commendat, frequens est in sanctorum miraculis. Et in hujusmodi uetustis auctoribus ad multa dissimulari potest, propter utilia, quae continent: maxime quando scopus, quem spectare debemus, pius est & sanctus. Meo igitur judicio & eorum, qui mecum uisitarunt, tota excudi potest. Hoc tamen judicium nostrum est ex gustu, quem ex his, quae legimus, accipere potuimus, nam uniuersa pro temporis breuitate legere nequiuimus. Dominus Jesus te seruet incolumem. Vtrumque uolumen remitto; nec opus est ter-*

autoribus desumta esse, praeter pauca suae aetatis. Quod Tu quidem poteris facile conferendo uel cum latina editione aestimare. Quod si propria quaedam haberet, utilia & digna editione, libenter darem operam, ut publicarentur, & si codicem uel precario uel emptione impetrare possem, aut graece edi curarem, aut ipse in latinum transferre non grauarer. Quare dabis operam, ut si qua ratio ad ejus editionem pateat, exquiras & mihi significes. Rerum nouarum prorsus nihil. Prodigiosum silentium de comitiis (*). *Nemo nostrorum principum adhuc Ratisbonam uenit, nec quisquam putatur uenturus, ne episcopi quidem electores adsunt. Bene uale & haec pauca boni consule 6. Junii 1546. Norimbergae.*

(**) *ANDR. OSIANDER.*

XI.

---

tertium mittere, quoniam ejusdem autoris est historia, Louanii XIX. Februar. Ann. 1551.

(*) Sub initium anni 1546. *colloquium Ratisbonense* habitum erat, de quo uide SLEIDANVM *Lib. XVI. edit. Geneu. 1558. pag. 275. sqq.* illustrem SECKENDORFIVM *histor. Luther. Lib. III. Sect. XXXV. pag. 619. sqq.* JOACHIM. CAMERARIVM *de bello Smalcald. tom. III. scriptor. rer. german. Freheri edit. Struuian. pag. 467.* Cum uero, eo abrupto, irritatus Carolus V. Imper. ad imperii principes mandata daret, ut ipsi coram comparerent omnes: Hinc facile intelligi possunt, quae hic OSIANDER narrat.

(**) ANDREAS OSIANDER, Lucae nostri parens, theologus eruditionis, diligentiaeque laude non priuandus, & orientalium inprimis linguarum atque harmoniae sacrae studio inclutus, sed asperioris ingenii, morumque agrestium, nec satis ad modestiam theologicam compositorum Non inelegans est epigramma, quo nonnemo *in colloquio Wormatiensi* eum perstrinxit:

Effice mutatis ut moribus esse, quod audis,
Incipias; clarus non modo, sanctus eris.

apud ALB. A FELDE *in analect. disquisit. pag. 194.* quamdiu Norimbergae uixit, rerum suarum cum approbatione plurimorum sategit, etsi non male

male jam tum de eo VIT. THEODORICVS judicauerit: *Hoc natura habet, ut delectent eum, si quae minus sunt protrita*; & liticulam ibi etiam subortam referat: *in* MIEGII *monument. pietat. & lit. P. 2. pag. 40.* in Regium uero montem delatus tot turbas dedit, ut longa ac plena scandali illarum sit historia. conf. de eo JOH. WIGANDI *Osiandrismus Lipsi. 1586. edit. in 4to.* B. D. GOTTLIEB. WERNSDORFII *Osiandrismus in pietismo rediuiuus Vitemb. 1707.* CHRISTOPH. HARTKNOCH. *Preussische Kirchen-Historie Lib. II. cap. II. pag. 309. sqq.* ANON. *erläutertes Preussen uolum. II. pag. 69. & 867. Relationes innocuae anni 1703. ord. V. pag. 257. sqq.* HENR. PANTALEON *in prosopograph. german. Part. III. pag. 248. edit. latin.* MELCH. ADAMI *in uitis theolog. german. pag. 109.* FREHERVS *Part. I. Sect. IX. pag. 158.* B. J. FECHT. *in apparatu ad epistol. Marbachian. cap. VII. pag. 244. sqq.* ANTON TEISSIER *eloges des hommes sauans Part. I. pag. 50. sqq.* CASPAR. CVNRADI *in prosopographia melica mill. I. pag. 123.* JOS. A PINNA *in deliciis poët. german. Part. V. pag 92.* EOB. HESSVS *in opp. farragine edit. Hal. Sueu. 1539. in 8uo* admodum rara *syluar. Lib. IX. pag 331.* & nuperrime *in fortgesetzten Sammlungen theologisch. Sachen 1731. Part. II. pag 170. sqq.* Non immerito, ut hoc addam, eum ERH. SNEPFIVS Periclem quendam "germanicum & cerebrum super- "bum, uariis tamen artibus haud "uulgariter instructum uocat in epist. quadam MSta; Nec pauca ad uitam fataque ejus dilucidius exponenda in aduersarii ejus, theologi Regiomontani, MELCH. ISINDERI *fasce epistolarum ad amicos scriptarum* leguntur, de quibus D. V. alibi plura.

XI.

Epistola Th. Bezae ad Claud. Textor.

Fortasse priusquam has acceperis mihi satisfeceris. Valde enim cupio intelligere, num Tibi tempestiue redditae sint meae postremae cum exemplaribus a me annotatis, ac multo etiam magis, quomodo sint ab amicis excepta, ac praesertim quam mollem aditum in aula principis (*) ista inuenerint. Vix enim credas, quam tristia subinde mihi nuntiata, ac etiam a nonnullis perscripta sint. Neque uero quicquam ego ista moror, nulli nisi Deo (cujus ipse rei mihi testis est) addictus. Sed ut nunc tamen res sunt, ita me commotum fuisse fateor bonorum totiusque adeo illius academiae periculo, quod certum esse nuntiabatur, ut preces & lachrymas quam uehementissime intenderim. Quid enim aliud agerem? & hanc meam sollicitudinem spero bonis ingratam non fore. Recrearunt me nonnihil Langueti conterranei mei (**) literae, sed mihi certe

---

(*) AVGVSTVM, SERENISS. SAX. ELECTOREM, intelligit, quem quibus blanditiis ac artibus in partes suas Caluini asseclae pellicere conati sint, uel ex his ipsis literis patet. confer. uener. GLEICHII *annal. Sax. eccles. V. Schuzii pag. 43.*

(**) HVBERT. LANGVETVS, Legatus & Consiliarius Principis Saxon. AVGVSTI, gente Burgundus fuit & maxima Electoris hujus gratia floruit, cujus rei locupletissimum perhibent testimonium Ipsius *epistolae ad Principem suum scriptae* & cum illustris JOH. PETRI LVDOVICI, *Hal. 1699. in 4to edit.* uid. de eo JOACH. CAMERARIVM *in uita Melanchth. pag. 341. sqq.* PHIL. MORNAEVM *in praefat. lib. de uerit. relig. christian.* J. THVANVM *historiar. Lib. LXXIV. fol. 533. sq.* ANTON. TEISSIER *les eloges des hommes sauans Part. I. pag. 555. sqq.* G. M. KOENIGIVM *in bibliother. V. N. pag. 457.* & denique, ut HOFMANNVM & BAYLIVM *in lexicis suis* taceam: LVD. CAMERARIVM *in dedicat. epp.* LANGVETI *ad auum* JOACHIMVM *scriptarum Lipsi 1685. in 12.* recusarum: Imo uero quem primo loco

certe non satisfecerunt. Itaque multo uberiora abs Te expecto. Illa dico, quae ad nos, id est ad ecclesiarum pacem attinent: ne me fortasse ut πολυπράγμονα nonnulli reprehendant. Ceterum, mi TEXTOR, istud curato quam diligentissime, ne quis bonorum silentio nostro offendatur, quod cur egomet mihi indixerim, satis ipsis constare existimo. De rebus Gallicis haec habeto: Nemausi apud Occitanos proxime Auenionem coacta est Gallicarum ecclesiarum omnium, ineunte Majo, Synodus, cui & ego interfui, fratrum literis assiduisque precibus co adductus, cum alioquin adesse neque tenerer ipse, neque sane uellem. Ibi praecipue de P. Rami postulatis disceptatum est, tanti nunc certe theologi, quantus olim fuit in logicis disciplinisque omnibus, prius uidelicet summus Magister, quam infimus discipulus (*). Is igitur de tribus prae-

---

loco nominare debebam P. D. MARIVM *in uita Langueti* per JOH. PETR. LVDOVICVM edita *Hal. 1700. in 12mo.* etsi scriptor ille non minus, quam LANGVETVS ipse, partibus Caluinianis addictiorem se exhibeat & turpissimis typographi mendis foedatus sit. Pace lectoris epitaphium ipsius a BEZA *in poëm. pag. 111.* scriptum apponam, elegantissimum, & fere uitae ejus compendium:

Langueti, lector, germanis nomen in oris
Si quando audisti, fuerim uir qualis, habeto.
Aedua me genuit tellus, germania fouit,
Isto quin etiam extinctum dignata sepulchro,
Si rogitas forsitan patria cur tam procul alma,
Hic jaceam, pepulit certe me patria nunquam,
Linquere nec patriam uitium, uel jussit egestas,
Sed pietatis amor, sed magni fama Philippi,
Saxonicas haud inuitum perduxit in oras:
Hic ubi (Christe tui, fateor, quod muneris omne est)
Principibus doctisque uiris Languetus honeste
Transacta gratus uita, nec inutilis illi,
Quae me aluit, terrae, placide post fata quiesco.

(*) PETR. RAMI supra facta est mentio. Epistolam uero hanc dare hic

praecipue contendit, suscepta Morellii & alterius cujusdam defensione (*). Primum omnium presbyterio sola προβλήματα relinquit, de quibus decernere sola multitudo possit, rogatis singulorum suffragiis,

---

placuit, quod de erroribus ejus in theologia parum aut nihil habeant, qui uitam ejus descripserunt. Vniuersales biographos hic iterum excitare nil attinet. Vitam ejus *singulari L.* exposuit NANZELIVS *orationibus ejusdem* insertam *Paris. 1599. in 8uo.* itemque THEOPH. BANOSIVS, RAMI commentariis *de relig. christ. Francof. ad Moen. 1583. in 8uo* praefixam. confer. SCAEV. SAMMARTHANVS *in elogiis gallor. illustr. Lib. II. num. XXI. pag. 100. sqq. ex edit. Heumanni.* CASP. CVNRADI *in prosopogr. mel. millen. I. pag. 140.* GERHARD. JOH. VOSSIVS *de scientiis mathemat. cap. XVI. §. XXIV. pag. 66. sq.* THOM. LANSIVS *consultat. uolum. I. p. 263.* VERDIER *in prosopogr. Tom. III. pag. 2519.* GOD. ZENNER. *in Frühlings-Parnass. ann. 1693. pag. 83.* & CHRIST. FRIDER. LENZIVS *pecul. dissert. Vitemb. 1716. hab.* TEISSIER quidem controuersiae ejusdem, sed non nisi summatim, meminit: *Il auoit lâché d' introduire quelque nouueau te dans la discipline des protestans de Frara, mais son entreprise fut reprimée par l' autorité du synode national de Nimes loc. cit. P. I. pag. 400.* Ipse RAMVS etiam *in allegatis de relig. christ. commentariis* parum aut nihil de promiscuo, quem postulabat, docendi in coetu publico usu, nisi quaedam uerba *Lib. I. cap. XXII. pag. 80.* eo trahi posse uideantur. Quod uero alterum accusationis ipsius caput concernit, illis omnino accessit, qui durissime contra praesentiam corporis & sanguinis Christi in S. C. loquuntur. uid. ibidem *Lib. IV. cap. VIII. pag. 287.* & *cap. X. pag. 305. sqq.* etsi reapse BEZA aliique ab eo nihil differant, nisi quod uerbis quibusdam mentem suam tegentibus & paulo mitioribus utantur. Ipse enim *in colloquio Possiaceno* se explicuit: *Substantiae nomine non corporalem crassumque esum significari, sed spiritualem & uerum ab imaginario & phantastico discerni.* u. FAYVM *in uita ejus pag. 34.* confer. *epistola nomine synodi scripta inter* BEZAE *epistolas LXV. pag. 234.*

(*) MORELLII causa jam *A. 1562. in Synodo Aurelianensi* & *A. 1563. in Synodo Lugdun.* disceptata fuerat, u. B. THOM. ITTIGIVM *in historia synodor. eccles. gallic. Sect. III. §. VI. pag. 112. sqq.* & *Sect. IV. §. XVIII. pag. 216.* confer. BEZA *ep. LXXXIII. p. 303. sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0330
DFG

giis, quacunque de re agatur ad publicum ecclesiae statum pertinente. Deinde pro eo, qui designatus pastor silentibus ceteris concionem habere consueuit, uult praesentibus omnibus concedi loquendi partes, ea lege, ut reliqua multitudo judicium ferat. Tertio denique clamitat ex gallica confessione & liturgia expungi oportere substantiae uocem, qua Christum ipsum inprimis nobis in coena donari significatur aduersus eos, qui nos calumniantur pro re sacramenti non Christum ipsum, sed ejus tantum dona seu beneficia statuere, quae opinio cum in Rupellana (*) Synodo agitata damnataque fuisset, arripuit hanc etiam occasionem P. Ramus non modo nos perturbandi, sed etiam ab Helueticis ecclesiis disjungendi, quasi in illa Synodo damnatis, quod illae uidelicet certis quibusdam de causis ab illa substantiae uoce semper abstinuerint, minime tamen a nobis in re ipsa dissentientes. Vocatus

---

(*) Synodum Rupellanam describit auctor commentarior. *de statu religionis & reipubl. in Gallia Part. IV. Lib. X. p. 6.* conf. FAYVS *in uita Bezae p. 49.* Commentariorum illorum non ubiuis obuiorum aliquot extant editiones, quarta uero *Gen. 1577.* emendatior & longe locupletior reliquis ab ipso auctore reddita est. Quis uero ille sit, in uarias abeunt uiri docti sententias. BEZAE & GALLESIO tribuit HOORNBECKIVS u. THOM. CREENIVS *comment. philol. Part. I. pag. 161.* & HOORNBECKIVM *in theolog. practica Part. II. pag. 118.* Alii PETRVM PLACAEVM auctorem faciunt. uid. J. A. SCHERZERVM *in Anti-Bellar. p. 309.* DAHLMANN. *in masquirten Gelehrten pag. 791.* L. MEIER *de claris Bohmeris differt. II. pag. 28.* SERRANVM nominat B. G. STRVVE *in biblioth. histor. pag. 323.* & ipse JOH. DE SERRE sibi tribuere uidetur *in illustribus clar. uiror. epist. selectioribus Lugd. Bat. 1617. edit. cent. II. epist. LIV.* conf. CREENIVM *in animaduers. philol. Part. VIII. pag. 161.* & VINC. PLACCIVM *in theatr. Anonym. cap. V. num. MCXIV. pag. 282.* qui etiam etsi paulo timidius SERRANO adjudicat. Quem cum SERRANI locus fugerit, ipsa dabo uerba ejus: *Polio & persequor commentarios nostros de statu religion. & reipubl.* Addo, me obseruasse, ipsum *in inuentario histor. gallic.* poene eadem & iisdem saepe uerbis exprimere etsi gallicis, quae hic latinis exhibet.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0331
DFG

catus igitur ad synodum, ut horum rationem redderet, adesse quidem neque ipse neque hujus factionis alius quisquam sustinuit, nempe ut aliquid ipsis deinceps relinquatur, quod praetexant, quasi sint absentes damnati; sed tamen sententiam suam aliquot scriptis comprehensam miserunt. Quid plura? Synodus apertis foribus & cuique facta dicendi potestate, singula eorum argumenta audiuit, expendit, & ex DEI uerbo dijudicauit. Sic uicit ueritas, summo omnium consensu, neque duntaxat decretum est nihil neque in confessione, neque in disciplinae canonibus nouandum uideri, uerum etiam adhibita est aduersus istiusmodi turbatores cautio, quae si diligenter obseruetur, futurum spero, ut in Gallicas ecclesias non ita facile discordiae Spiritus irrepat. Quod, ni parucrint isti, extrudentur scilicet, non prius recipiendi, quam ex canibus in oues sint mutati. Habes, quid sit praecipue gestum in ista Nemausensi (*) synodo, cui, quum Dresdensis conuentus acta obtulissem, nemo inuentus est, qui non iis omnibus magno cum gaudio & gratiarum actione assentiretur, exceptis illis quibusdam de coena Domini, quae D. Bullingerus etiam obseruauit: neque defuerunt tamen, quibus uideretur de istis quoque transigi posse, si qua inter uere doctos & pios fratres de iis collocutio (**) instituereretur. Ceterum paulo post synodum ingens uul-

nus

(*) De hac synodo conf. FAYVS *loc. cit.* & AVCTOR *commentarior. allegatorum loc. cit. pag. 16.* Quae uero in hac & sequenti ex autographo a nobis productis epistolis refert BEZA; iis ualde similia habet *in opere epistolarum edit. Hanou. 1597. in 8uo. epist. LXV. pag. 237. epist. LXVII. pag. 240. epist. LXVIII. pag. 241. & epist. LXXV. pag. 257.* Ceterum haud bene in RAMVM animatum fuisse BEZAM ipse prodit *epist. XXXIV. pag. 153.* ut exprobratum etiam ipsi fuerit, quod RAMVM non inscripserit suo εἰκόνων libro, quod uero sic satis excusat FAYVS *loc. cit pag. 70.* Neque uero ante motas has lites non fauisse BEZAM RAMO ex *epist. XXXIV. p. 154. & XXXVI. p. 156.* constat, ubi etiam Geneuam inuitat, nihil obstante circa philosophica dissensu.

(**) De conuentu Dresdensi compara LEONH. HVTTERVM *in concordia*

nus nobis inflixit Dominus, amissa Nauarrena; & quidem eo ipso tempore, quo nobis plurimum prodesse potuit & uoluit. Fuit haec Regina omnibus corporis animique dotibus mirabiliter ornata, adeoque singulare nostrorum temporum ornamentum. Obiisse ferunt ex quodam pulmonis ulcere non prius animaduerso & repente dirupto, quum quinque tantum dies aegrotasset. Duos optimae indolis liberos reliquit, & in pura religione tum praeceptis tum exemplis, ipsoque rerum usu institutos, filium, qui nunc rex est Nauarrenus, annos circiter uiginti natum, & filiam nondum nubilem. Illius accelerantur nuptiae cum regis sorore ἐτεροδόξῳ, *& utinam ne quid amplius. Nec enim malo plura ominari, quamuis uehementer me exterreat ipsius Salomonis exemplum. Hoc extorsit regis auctoritas, temporum necessitas, & ipsius fortassis ecclesiae Gallicanae fatum* (*). *Itaque placide, quicquid DEVS dederit, expectemus.*

---

cordia concorde cap. III. pag. 42. sqq. edit. in fol. LOESCHERVM *in histor. motuum Lib. V. cap. IX. §. V. pag. 148. sqq.* BEZA dubio procul digitum intendit ad repetitionem breuem & succinctam orthodoxae Confess. ecclesiarum sub ditione Elect. Sax. *in synodo Dresdensi d. X. Octobr. An. 1571.* conscriptam & comprobatam, ut titulus latinae uersionis sonat *Vitemb. 1572. in suo editae*, de qua supra jam diximus. conf. iterum HVTTERVS *in concord. concord. cap. III. fol. 42. sqq.*

(*) conf. omnino BEZAM *loc. cit. pag 240. & 242. in epistolis*, ubi easdem querelas repetit, quas non inanes conjecturas fuisse tristissimus nuptiarum Parisinarum exitus docuit. *Nauarrenam* intelligit matrem HENRICI M., qui Nauarrae postea regnum cum Gallico conjunxit, magnis uirtutibus, heroica mente, uariarum linguarum usu, singulari etiam prudentia & ardentissimo in religionem reformatam zelo celebratissimam. Decessit illa d. 2. Junii Ann. 1572. uid. *lexicon histor. uniuers.* BVDDEI *pag. 814.* uarios de morbo ejus fatali rumores refert AVCTOR *commentariorum de statu religionis & reipubl. in Gallia Part. IV. pag. 19.* tandemque addit: Compertum tamen“ est certis indiciis, uenenatis chirotecis, quas unguentarius regis Italus“ ei dederat, infectam fuisse, quod“ tamen medicos latuerit, quod cerebrum“

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0333
DFG

Etemus. De Belgicis tumultibus, a quibus propius abeſtis, nihil ſcribo. Quid debeatur Albani & Hiſpanorum immanitati uideo. Sed tum audio filium DEI minantem, quod ipſe ſenſus communis dictat, longe plures mereri plagas, qui cognitam Domini uoluntatem transgrediuntur, nihil mihi laeti praeſagire poteſt animus. Valeat ergo hic quoque ἐποχὴ, non illa academica, ſed plane chriſtiana, jubens, ut ſuum quisque curet, & in ſpe ac ſilentio noſtras animas poſſideamus. Nam illud mihi quidem certum uidetur, quocunque iſta uergant, magnam ſecuturam rerum inclinationem. R. ferunt nouum P. Palatio exploſos quo fuerant

---

crebrum minime ſit deſecatum. Quae uero exceptio ſatis infirma & jejuna ualde eſt, quaſi ueſtigia ueneni manibus ingeſti non niſi in cerebro reſidere queant. Hanc narrationem ſuo confirmat calculo liberiori ſaepe & in partes Caluinianorum benigniori calamo uſus J. DE LA SERRE *in inuentaire general del hiſtoire de France uolum. II. pag. 428. edit. Geneu. in 8. 1619.* uel ideo reliquis praeferenda, quod haud pauca habeat in reliquis nitidioribus & majoribus reſecta. Operoſius id adſtruere nititur ANONYMVS, qui *Catharinae medicae uitam 1575. in 8uo ed. pag. 58.* Dubiam autem prudenter eam relinquit RICH. DINOTHVS *de bello ciuili Gallico Lib. V. pag. 338.* Nuptias denique illas ferales, de quibus tam male ominatus hic eſt BEZA, deſcripſerunt EVSEB. PHILADELPHVS *le Reueille-Matin des Francois Edimb. 1574.* VIT. FABER PITRACIVS *epiſtol. de rebus Gallicu ad Sam. Eluidium. 1573. in 4to.* EM. VARAMVNDVS *de furoribus Gallicis, Lond. 1573. in 8uo.* qui fortaſſis ipſe BEZA eſt. CAMILL. CAPILVGVS *deſcrittione del Stratagema di CAROLO IX. 1574. in 8uo.* JOH. CYPRIANI *pec. diſſert. contra Gabr. Naudaeum, Liſſ. 1674.* pluresque alii ANONYMI. De ipſa hac Principe adſcribere placet uerba HARDOVINI *de Perefixe ex hiſtoria ejus Henrici M. gallice 1662. Amſtelod. edit. pag. 28. Auoit l' eſprit & le courage au deſſus de ſon ſexe, & dont l' ame toute uirile, n' eſtoit point ſujette aux foibleſſes & aux defautes des autres femmes; mais a la uerité, ennemie paſſionée de la religion catholique.* Qui tamen narrationem *de chirotecis uenenatis* ipſe etiam refert, etſi in alteram *de morte naturali ſententiam* pronior uideri uelit.

rant ab eo, cui succesſerat, introducti, priuaſſe audiendarum confeſſionum & excipiendorum teſtamentorum facultate, ex quibus illos certum eſt, immenſas opes ſibi paucis annis congregaſſe. Hinc illa reliquorum O. inuidia, perituris interea miſeris ouiculis, quibuscunque in praedam ceſſerint. Equidem etiam ajunt neſcio quid in Hiſpanica inquiſitione temperaſſe (*). Scilicet - - - - - - Ad nos quod attinet, exigua eſt meſſis, uindemiae ſpes non admodum ſplendida, peſtis, quae uidebatur emigraſſe ex urbe longius, hac ipſa hebdomade rurſum erupit. Schola prorſus jacet. Tuemur tamen illam, quoad ejus fieri poteſt. Studiis priuatis & precibus ipſe me ſuſtento, animo aegrum, corpore ſatis adhuc ualentem. Et utinam hanc ſaltem uoluptatem nulli abrumperent, qui me ſaepe cogunt in has uoces erumpere: Vtinam abſcindantur, qui nos conturbant. Sed haec quoque ſuo tempore Dominus perficiet. Schenanium (**) accerſunt Rupellani, & quum nunc prima jaciant ſcholae fundamenta, negant ſeſe mathematices profeſſoribus adhuc indigere, qua in re ſane illis minime aſſentior. Sed uelim hoc tibi perſuaſum eſſe, me tibi non defuturum, ac fortaſſis etiam affuturum, ſi modo noſtris liceat, quod meditantur, perficere, id eſt, quam plurimas paſſim ſcholas erigere, quod utinam illis non tantum ſuadeam, uerum etiam perſuadeam. Iterum rogo Te, ut meum ſilentium apud amicos ſic excuſes, ut illud etiam probent, quod ni fecerint, ſentient quantum illis nocere poſſit imprudens amicus. Adjunxi his literis Pſalmum triceſimum nonum, ſicuti

(*) Vid. *Orationculas VII. ex* REGIN. CONSALVI *narrationibus recitatas atque editas Heidelb. 1603. in 8.* PHIL. A LIMBORCH *hiſtoriam hujus tribunalis S. prolixe luculenterque ſcriptam, Amſtelod. 1692. fol.* JOACH. VRSINI *Hiſpanicae inquiſitionis ſecretiora, Amberg. 1611. 8uo.* & PAVLI SARPII *Veneti hiſtoria inquiſitionis, Roter. 1651. in 12mo.*

(**) Quis ille ſit, ignoro: ſi conjecturae locus ſit, ANONYMVM illum eſſe exiſtimauerim, quem ad ſuſcipiendum munus publici in recens conſtituta academia Rupella-

uti (*) *est a me secundo Rhodano in Occitania properate conuersus, ut quae sint meae meditationes, quum nouerint, uicissim pro me precentur, tantisper dum nobis mutuo apud illud aeternae felicitatis tribunal occurramus. Volo enim haec ab ipsis legi, quae tibi quidem mitto, illis autem & tibi scribo. Bene uale. D. JESVS adsit peregrinantibus nobis in istis anfractibus, dum nos ad se pertrahat, & suorum misertus poenas mitiget peccatis nostris plurimis maximisque debitas, ut tanto sit illustrior ipsius in nobis gloria. Geneuae Calend. Iuliis. M D LXXII.*

TVVS BEZA.

XII.

---

na Doctoris inuitat BEZA *ep. LXVI. pag. 238.*

(*) Psalterium totum, uerba repeto WENZ. MORCKOWKII DE ZASTRISELE *ex praefat. poem. Bezae Gen. 1597. in 4to.* "curatae & optimae, ua-"riis carminum generibus latine red-"didit eruditissime & pene ad uer-"bum, uitatis, quantum potuit fieri, "paraphrasibus, quod facile ex com-"paratione cum magno illo BVCHA-"NANO apparere poterit. Saepius illud prela typographorum fatigauit, & potiores annotauerunt editiones celeberrimus J. A. FABRICIVS *in uoto Dauidico p. 75.* & HENDREICH. *in pandect. Brandeb. pag. 562.* Fortassis BEZAE eadem ex parte mens fuit, quae JVL. CAES. SCALIGERO, qui, "Piget, *inquit*, illorum operae, qui Dauid psalmos suis calamistris in-"ustos sperant efficere plausibilio-"res. Mihi Spiritus diuinus ejus-"modi placet, quo se ipsum inges-"sit a patre: Non quemadmodum" ab hominibus distortus est. Ne-"que Dauid illa cantica admirabilia" sunt mihi, nisi, quibus legibus ab" illo dicta sint, hauriantur." *in poëtices Lib. VI. cap. IV. pag. 797.* Psalterium tamen illius non sine applausu exceptum est. uid. JOH. SIMLERVS *in biblioth. pag. 780.* OL. BORRICHIVS *de poëtis diss. III. pag. 112.* J. PETRI LOTICHII *biblioth. poët. Part. IV. pag. 46.* ADR. BAILLET *jugemens des sauans P. IV. n. MCCCLXI. p. m. 63.* TEISSIER *les eloges Part. II. pag. 431.* GEORG. SERPILIVS *in bibl. Scribenten Part. VIII. pag. 364. sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0336
DFG

XII.

Ejusdem ad eundem.

Occitania totum sesquimensem me tenuit. Causa profectionis fuit altera synodus, ad quam assiduis multorum precibus euocatus, obtinere non potui, ut excusationes ullas admitterent. Ibi, id est, Nemausi actum est praecipue aduersus Democraticorum factionem Lutetiae recens exortam, cujus caput est Petrus ille Ramus, idem nunc in theologicis, qui prius in Logicis. Contendunt penes populum, id est totum ecclesiae coetum rogatis uiritim singulorum suffragiis esse oportere ecclesiasticas tum electiones tum censuras, ipsaque de doctrinae ueritate judicia, adeoque dandam singulis ex coetu prophetandi potestatem. Agnoscis, opinor uertiginosum & plane anabaptisticum spiritum. Vicit in synodo ueritas, & sigillatim expensis illorum argumentis omnibus. Sed quum illi sese praesentes sistere recusarint, & jam aliquos nacti sint sectatores, conjicio uix cessuros esse, ac proinde futurum, ut intus quoque uexentur ecclesiae Gallicanae, uix dum ab extraneorum hostium incursibus liberae. Nempe haec nostra conditio est. Itaque hoc unum superest, ut Spiritui mendaci fortiter obsistatur, quod futurum spero (*). Quod ad

(*) Prolixius haec omnia persequitur in epistolis editis locis ad priores literas allegatis. Hic saltem uerba FAYI *ex uita ejus*, quod raro haberi queat, adjiciam: An. "1572. celebrata est pariter syno-"dus Nemausi; quo euocatus est "BEZA, misso in eam rem a Ne-"mausensibus uno ex suis consuli-"bus ad Senatum Geneuensem. Itе-"rum ibi actum est *de disciplina eccle-*"*siastica*, cujus formam quandam" nouam & insolitam quidam JOH." MORELLVS Parisiens., non ani-"mo tantum, sed etiam scripto de-"signabat: eique uiri quidam do-"cti, rerum nouarum pruritu plus" aequo laborantes, adhaerebant, &" magna uerborum argumentorum-"que acie, opinionem illius muni-"

ad nos attinet, DEI beneficio, concordes & quieti omnes sumus, neque nos sed semet ipsos deturbarunt, qui sua morositate & ἀυθαδείᾳ, ne quid asperius dicam, quietem nostram hyeme superiore interturbarunt. Pestis quoque jam uidetur plane desiisse. Sed innumerabilis est, tum in urbe, tum in uicinis omnibus regionibus febricitantium numerus; & schola nostra prorsus adhuc jacet, cujus ruinam fulcimus, quantum uires nostrae ferunt. Venio ad literas tuas datas 14. Martii, sed mihi demum circiter 10. Junii redditas. Ex iis intelligo isthic accidisse, quod difficile non fuit praesagire, futurum uidelicet ut isti morsum ueritatis non ferentes extrema tentarent. Sed benedictus sit DOMINVS DEVS noster, qui neque causae suae neque suis defuit, nec porro certe deerit, si constantes ad extremum fuerimus (*). Spero Te accepisse, quae superioribus nundinis ad Te misi, de quibus etiam scire pereupio, quid amicis uideatur. Cur autem ipse ad illos non scribam, jam antea Tibi significaui, in hac sententia permansurus, nisi aliud eis placere cognouero, quum alioqui nihil mihi possit grauius accidere, quam si diuturna ἀπροσηγορία coeptam inter nos amicitiam dissolueret. Itaque quid hic mihi faciendum, id est, quid illis gratum futurum censeas, uelim ut mihi significare non graueris, & singulos interea meo nomine quam officiosissime salutes. Illustrissimi uestri Principis responsum nuper accepi, beneuole & humaniter scriptum,

---

"tam defendebant. Illorum ta-
"men conatui sese opposuit BE-
"ZA, doctissime & disertissime rem
"totam ediserens. Ejus senten-
"tiam tota synodus unanimi con-
"sensu approbauit, receptamque an-
"tea disciplinam, noua illa opinio-
"ne reiecta, retinuit ac confirma-
"uit. *pag.* 49. Conf. iterum AVCTOR *commentarior. de statu relig. reip. Gall. Lib. X. Part. IV. pag.* 16.

(*) Vid. MARIVM *in uita* LANGVETI *pag.* 87. &, ut ueritas ex contraria prorsus relatione magis eluceseat, confer HVTTERVM *in concordia concorde cap. II. fol.* 36. *sqq.*

ptum, sic tamen ut non dissimulet, sibi gratius futurum, ab hujusmodi sibi mittendis abstinuero, quod & ipsum Selneccero significauerit (*). *Belgici belli euentus nos ualde sollicitos & anxios tenet.*

(*) AVGVSTVM, PRINCIPEM ELECTOREM SAXON. innuit, cui modestam & christianam, quam uocat, defensionem ad NIC. SELNECCERI maledicam & uirulentam responsionem dedicauerat. *Gen. 1572. in 8uo.* Integra litis & libellorum ultro citroque scriptorum historia haec est: SELNECCERVS *breuem & necessariam commonefactionem de uerbis Act. III, 21.* ediderat *Henricopoli in 8uo 1571.* qua justum BEZAE nouo testamento statuit pretium, uersionem uero ejus loci ex illo a Crypto-Caluinianis Vitembergensibus in catechismo suo adoptatam improbat. Hanc ANONYMVS quidam edita statim disputatione grammaticam ejusdem dicti Vitemb. eodem anno adortus est, quem ESRAM. RVDINGERVM fuisse SELNECCERVS contra BEZAM A. 4. & *in respons. christ.* c. eundem B. 2. prodit. Hanc disputationem additis ab altero latere glossis prolixioribus refutauit SELNECCERVS eo ipso adhuc anno. Successit hinc ipse BEZA breui & necessaria ad NIC. SELNECCERI calumnias, ut titulus sonat, *responsione Geneu. 1571,* exacerbato animo & calamo fel-le bileque tincto scripta. Quam uero statim excepit ad THEOD. BEZAE calumnias breuis & necessaria NIC. SELNECCERI *responsio. Henricop. 1571.*; quam Principi AVGVSTO inscripsit: Cujus consilii sui graues sane & narrationem BEZAE hanc suspectam reddentes edisserit, quae profecto modestiae limites non transilire uidetur. Addita etiam est *apologia dissertationis suae inaugur. Vitemb. habitae An. 1570.* jam scripta & hactenus ab ipsomet suppressa. Sequebatur defensio BEZAE ab initio allegata sale pipereque plenissima, quicquid *in dedic. ad Electorem AVGVSTVM* dissimulet. Neque uero arenam deseruit causaeque ueritatis oppugnatae defuit SELNECCERVS publicata *Ann. 1572. Responsione uera & christiana ad* BEZAE *falsam & minime christianam, uenenatam defensionem & censuram*, ubi durius omnino in eum inuehitur fortasse ad acerbius scribendi genus incitatus sparsa famosa charta, cujus auctorem narrat sibi ceu Diaboli Nepoti funem & suspendium imprecari &c. *An. 1573.* BEZA *apologiam tertiam* adornauit ad SELNECCERI κοπρυσμὸς

net. Vesontii (quam urbem imperialem esse non ignoras in comitatu Burgundiae sitam) emerserunt tandem nostri, qui jam ad aliquot annos in priuatis aedibus coetus suos habuerant. Inde ingens inter ciues tumultus, cujus etiam tempestatis exitum suspensis animis expectamus (*). Jacobitae illius ubiquitarii Apostoli historiam quam petis, quia nondum Mompelgardo accepi, ad Te mittere non possum (**). Procuratorium tuum instrumentum apud me asseruo, sicut petiisti, literas autem ad fratrem tuas statim misi idoneum tabellarium nactus. Habes hic alteras ab illo, quas eodem fere tempore accepi. Si quid hic uel alibi

---

Geneu. in 8uo. ut reliqua omnia, plena irarum & contumelioſorum in SELNECCERVM uerborum. Sed SELNECCERVS etiam BEZAM pro meritis excepit *responsione & apologia tertia ad* BEZAE *tergiuersationem & criminationem Henricop. 1583.* qua uelitationem hanc finitam existimo, de qua notari debet, quod ipse BEZA fateatur: totum istud a se perfunctorie esse scriptum *epist. LXXXI. pag. 263.*

(*) Vesontio ciuitas imperialis libera, sequanorum metropolis docte diligenterque 2. partibus descripta est a JOH. JAC. CHIFLETIO, Archiatro Vesontino, *Lugd. 1650. in 4to*, qui *Part. I. cap. LXVI. pag. 250.* expulsos A. 1573., quos uocat, haereticos anno 1575., sed irrito conatu rediisse animo partium studio nimis praeoccupato narrat, ut omnino conferri mereatur *epistola non* "*neminis* a MARIO *in uita Langueti pag. 73. sqq.* producta. Breuem status hujus urbis recentioris descriptionem uid. apud JOH. MABILLONIVM *in itinere germanico pag. 4. sqq. edit. Fabric.*

(**) JACOBVM ANDREAE contumelioſa hac descriptione a BEZA indigitari nullum est dubium. Historia uero, cujus meminit, acta illius cum ipso habiti colloquii esse non possunt, quod anno demum 1586. habitum est: & in quo reapse BEZA expertus se illum sine ratione contemptim habuisse. Ipse infensissimus protestantium hostis FLOR. RAEMVNDVS, rarae do-" &trinae & magni ingenii hominem" uocat apud B. FECHTIVM *in appamatu ad epp. Marbachian. cap. IV. pag. 103.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0340
DFG

alibi possum tua caussa, uelim Tibi persuadeas, Te, cui charior sis quam mihi, habere neminem. Salenio nostro meliorem ualetudinem ex animo precor. Scripsi nuper quaedam de Gallicae nostrae linguae pronunciatione, nondum a quoquam animaduersa, quae si edidero, & ille in suo munere perrexerit, curabo ad illum mittenda (*). Bene uale mi Frater.

(*) Dubio procul nunquam lucem uidit publicam. Nec ullus eorum, qui uitam BEZAE scripserunt, mentionem fecit. ADAMI, FREHERVM, VERHEIDEN, TEISSIER, similesque plures excitare opus non est. Nemo elegantius, accuratius nemo de *uita & obitu ejus* commentatus est ANTON. FAYO, BEZAE dum uiueret Collega, *Geneu. 1606. in 4. maj.*, quem jam aliquoties laudauimus. Enimuero HIER. BOLSECI *chartas scommatibus plenas Lugd. 1577.* gallice protrusas, & a PANTAL. THENENNIO, *Ingolst.* latine redditas *1584. in 8uo.* illisque JAC. LAINGERI non absimilem libellum *Paris. 1585. in 8uo* editum legisse uix operae pretium erit. FAYI *hypomnematica gallica ueste indutum* stitit ANT. TEISSIER *Geneu. 1681. in 12mo.* neque contemnenda est *oratio* JAC. LECTII *de uita Bezae*, quae *in orationibus ipsius Geneu. 1615.* reperitur. Addat. JAC. SPOON *histoire de Geneue Part. II. Lib. III. pag. 195. sqq. a Lyon. 1682. in 12.* ADRICI BAILLET. *uol. VIII. Jugemens des sauans pag. 66.* & *des enfans celebres cap. LVI. pag. 181.* ANT. DVVERDIER *prosopograph. Tom. III. pag. 2515.* Theologus inter suos omnino fuit omnibus modis clarissimus, cujus laudibus nec ipsius aduersarii quicquam derogarunt. Audiamus SELNECCERVM *responsi. breuis & necessariae ad B. Calumnias p. 1.* laudabili candore differentem: De D. BEZA certe semper sensi & statui ea, quae de uiro praeclare docto & non male de ecclesia merito statui debent, & non tam publico nomine, quam meo gratias me illi non solum scriptis uel priuatis uel publicis, sed etiam in ipsius faciem coram habere & agere posse, saepenumero optaui. Comitem ipsi demus DAN. HOFMANNVM, Theol. Helmstad. qui non minori affectu uirum acuti ingenii, exacti judicii, elegantis eruditionis, disertae linguae, politi styli, & laborioso disputationum exercitio ueteranum uocat " *in dedic. quaestion. & responsi. de S. coena* BEZAE *quaestionibus & responsionibus oppositarum*

Part. I.

ter. DOMINVS JESVS exaudiat suorum gemitus, mitiget poenas peccatis nostris debitas, & Satanae rabiem potenter infringat. Geneuae 28. Aug. 1572.

TVVS BEZA.

VIRO ET PIO ET DOCTO CLAVDIO TEXTORI (*), GALLO MATHEMATICES DOCTORI

Vitembergae.

Part. I. Helmst. in suo ed. pag. 2. Addatur J. FECHTIVS, incomparabilis nostrae aetate theologus, *in apparatu ad epist. Marbach. c. IV. p. 185.*

(*) TEXTORES eruditos complures habemus, quos KOENIGIVS *in bibliotb. uet. & nou. pag. 796.* & MENCKENIANVM *lexicon erudit. pag. 1236.* quorum facile numerus augeri posset. Neque tamen hujus nostri aliqua mentio facta alicubi fuit. BEZA eo familiariter ejusque officiis in academia Vitembergensi ad conciliandos sectae suae Saxonum animos usus est. Hinc plures ad eum dedit epistolas, quarum aliquae ad manus meas peruenerunt, eumque amicis commendauit *in opere epistolarum editar. epist. LXVI, pag. 239. epist. LXVII, pag. 240.*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0342
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0344
DFG

VIII.

Epistola M. Mylii (*) ad Sim. Grunaeum.

EDidi ante annos complusculos, exulante apud nos Clarissimo Chronologo, Abrahamo Buchholtzero, edidi, inquam, libellum hoc titulo.

(*) M. Mart. Mylivs Gorlic. P. L. & quidem Melissëus, quod magno honori tum temporis habebatur uid. Lavbani *Musa Lyrica L. II. od. XIV. p. 101.* ejusne autem, an alterius Mart. Mylii cujusdam carmen sit de obitu Car. V. Imp. quod in Sim. Schardii *orat. fun. T. I.* legitur, definire nolim, ex collega docentium tandem Gymnasii patrii Rector optime meritus fuit. Obiit rude donatus 1611. 27. Jul aet. 69. Scriptis uariis cum theologicis, tum philosophicis & philologicis inclaruit. Ejus annales Gorlicenses e tenebris erutos *operi scriptorum Lusatic.* inseruit celeberrimus Hoffmannvs. Multam etiam industriam colligendis *orationum Melanchthon. tomis posterioribus* impendit. uid. de eo Casp. Cvnradi *prosopogr. mel. mill. I. p. 118.* H. Witte *in diar. biogr. ad annum diemque indicatum.* God. Lvdovici *in historia rect. & gymnasior. P. I. num. VII. p. 84.* Sam. Grosser *Lausitz. Merckwürdigk. P. IV. c. III. p. 122.* Joh. Bened. Carpzovivs *im Ober-Lauss. Ehren-Tempel Lib. I. c. XXI. § VII. p. 359. sqq.* Vir fuit spectatae eruditionis & industriae. Hinc pro more illius temporis symbolum ejus *Dan. XII. 3.* Viri docti suis carminibus passim exposuerunt uid. G. Tilenvm *poëm. L. VIII. p. 603.* Andr. Calagivm *epigramm. L. III. p. 100.* Tob. Alevtnervm *in epigramm. misc. cent. III. num. XXIV. p. 98.* Sal. Frenzelivm *P. I. epigr. sem. I. p. 59. sq.* Fabricivm *in poëmat. p. 302.* Nec difficile foret integram librorum ejus historiam ex poëtis coaeuis conficere: Sic e. g. De scripto, quod Arithmologiam Philologam in XII. numeros uocat u. Balth. Exnervm *carmin. miscell. L. II. p. 88.* Alevtnervm *epigramm. cent. IV. p. 158.* De uita hortoque ejus philosophico Calagivm *epigramm. L. IV. p. 123.* Sal. Frenzelivm *P. II. Lib. I. miscell. p. 50.* & inprimis uenustum Tavbmanni pro horto hoc epigramma *in Melodaesia L. I. epigr. p. 340.* qui per errorem, quem cum Koenigio *in bibl. V. N. p. 564.* communem habet Silesivm uocat: ut nullo jure ipsi Johnivs *in parnasso Siles. cent. II. p. 115.* locum assignauerit. Plura eum juuentutis bono exarata presslisse ipsi quasi exprobrat Alevthner. *cent. VII. pag 322.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn878212515/phys_0345
DFG